


II

Ep. Catholice

un Z ad apocalypsim

36

N. Inn

+

~~Evangelium~~ Luce. Acta apostolorum ~~et~~ Ep(isto)le catholice et apocalypsis

Cicero de officiis.

Chronica Romanorum.

Et de septem Philosophis.

[illegible marginal note]

Lucas anthiocensis natione syrus cuius in ewangelio laus canitur
apud anthiochiam medicine artis egregius et apostolorum xpi discipulus
fuit postea usque ad confessionem paulum secutus est apostolum sine crimine
in virginitate permanens deo maluit deservire qui octoginta
quatuor agens etatis annos in bithinia obyt plenus spiritu sancto.
Hic igitur spiritu sancto instigante postquam in achaye partibus ewangelium
scribens grecis fidelibus incarnationem domini fideli narratione osten-
dit eundemque ex stirpe david descendisse monstravit non
immerito apostolorum actuum potestas in ministerio datur ut deo in deum
pleno et filio perditionis extincto oratione ab apostolis facta sorte do-
minice electionis numerus compleretur sicque paulus consummationem
apostolicis actibus daret quem diu contra stimulum calcitrantem dominus
elegisset. Quod legentibus ac requirentibus deum breviter volui
potius sermone ostendere quam prolixius aliquid fastidientibus
prodidisse sciens quia laborantem agricolam oportet de fructibus suis
edere. Cuius ita divina est subsecuta gratia ut non solum corporibus
sed etiam animabus languoribus eius proficeret medicina.

Primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile que 1448

[illegible]

cepit ihus facere et docere usqz in diem qua precipiens apostolis
per spm scm quos elegit assumptus est/ quibus et prebuit se ipm
vivum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta
apparens eis/ et loquens de regno dei/ Et convescens precepit eis
ab ierosolimis ne discederent sed expectarent promissionem patris quam
audistis inquit per os meum/ quia iohannes quidem baptisavit aqua
vos autem baptisamini spu sancto non post multos hos dies/ Igitur qui
convenerant interrogabant eum dicentes/ dne si in tempore hoc restitues
regnum israel/ Dixit autem eis/ non est vestrum nosse tempora vel momenta que
pater posuit in sua potestate/ sed accipietis virtutem supervenientis spus sancti
in vos et eritis michi testes in ierusalem et in omni iudea et samaria et
usqz ad ultimum terre/ Et cum hec dixisset videntibus illis elevatus est et
et nubes suscepit eum ab oculis eorum/ Cumqz intuerentur in celum
euntem illum/ ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis
qui et dixerunt/ viri galilei quid statis aspicientes in celum/ hic
ihus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet quemadmodum
vidistis eum euntem in celum/ Tunc reversi sunt ierosolimam
a monte qui vocatur oliveti qui est iuxta ierusalem sabbati habens

Utrum fuerit bapt^i baptismus xpi · quia est aqua et spiritu [illegible] 5

[illegible] Johannes [illegible] quos [illegible] aqua et sp[irit]u 2

[illegible] in nomine [illegible]

[illegible] est [illegible] baptismus [illegible]

[illegible] est bapt[ismus] [illegible] . [illegible] Pauli

[illegible] ad fidem [illegible] fit baptismus [illegible]

[illegible] est [illegible] apostolis [illegible]

[illegible] Johannes [illegible]

[illegible] baptismalis [illegible] baptismus [illegible]

[illegible]

[illegible] baptismum [illegible] ad [illegible]

[illegible] baptizatos [illegible] baptismo [illegible]

[illegible] baptizatos [illegible] baptizari [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] baptismus [illegible]

[illegible] baptizabantur [illegible] est [illegible]


[illegible] baptisabat [illegible]

[illegible] Johannes

bapt[ismus] [illegible]

[illegible] est [illegible] aqua [illegible]

[illegible] baptizandus [illegible]



Utrum repententes [illegible] debeant [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] X.
3
Ista questio quod inducunt ad manifestum [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et hoc fit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible] [illegible] non debent repententes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ista questio quod [illegible] ad manifestum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] X. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] hoc fit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] aliis ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]

4 Ecclesia primitiva fuit usque tempore [illegible]

1 Ad electionem Mathie actuum 1

2 Ad electionem 7 diaconorum actuum 6

3 Ad non imponendum legalia gentilibus actuum [illegible]

4 Ad tollendum ceremonias ad opera legalia actuum 22

Utrum licitum sit sortibus uti. Et videtur primo sortes sunt divin[illegible]

ad aliquid fit ut eius eventu considerato aliquid occultum innotescat

ut si queritur iudicio sortium quid cui sit exhibendum et hec vocatur sors divisoria. 1.

Sive quid agendum et hec vocatur sors consultoria. Sive quid sit futurum 2. 3.

et hec vocatur sors divinatoria. Ubi notandum [illegible]

[illegible] de Demouth [illegible]

[illegible]

[illegible] in hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] Saul [illegible] Jonatham filium suum [illegible]
[illegible] [illegible] Et Zacharias [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]

Item papa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] alios
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] ab aliis pro xxx denariis [illegible] [illegible] [illegible]
vendebant in templo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] xxi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Judas [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de templo [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Joachim Maria Joseph Jhesus
Cleophas Maria Alpheus Jacobus minor, Joseph iustus Barsabas, Simon, Judas
Salomas Maria Zebedeus Jacobus maior, Johannes evangelista

iter. Et cum introissent in cenaculum ascenderunt ubi manebat petrus et
iohannes iacobus et andreas philippus et thomas bartholomeus et
matheus iacobus alphei et symon zelotes et iudas iacobi. Hii erant
~~omnes perseverantes in oratione unanimiter cum mulieribus et maria~~
~~matre ihesu et fratribus eius~~. In diebus illis exurgens petrus in
medio fratrum dixit. Erat autem turba hominum simul fere ~~centum viginti~~
Viri fratres oportet impleri scripturam quam predixit spiritus sanctus per os david
de iuda qui fuit dux eorum qui comprehenderunt ihesum qui connumeratus
erat in nobis et sortitus est sortem ministerii huius. Et hic quidem possedit
agrum de mercede iniquitatis et suspensus crepuit medius et diffusa
sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus ierusalem
ita ut appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach hoc est ager
sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum fiat habitatio ~~eorum~~ eius
deserta et non sit qui inhabitet in ea et episcopatum eius accipiat alter.
Oportet ergo ex hiis viris qui nobiscum congregati sunt in omni tempore quo
intravit et exivit inter nos dominus ihesus incipiens a baptismate iohannis
usque in diem qua assumptus est a nobis testem resurrectionis eius
nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos ioseph qui
nominabatur barsabas qui cognominatus est iustus et mathiam.
Et orantes dixerunt ~~Tu domine qui corda nosti omnium~~ ostende quem ele-
geris ex istis duobus unum accipere locum ministerii huius et apostolatus de

Sorte

Sonus

quo preuaricatus est Judas ut abiret in locum suum/ Et dederunt sortes
eis/ et cecidit sors super mathiam et adnumeratus est cum undecim apostolis
¶ Dum complerentur dies penthecostes erant omnes discipuli pariter
in eodem loco/ et factus est repente de celo sonus tamquam aduenientis
spiritus uehementis/ et repleuit totam domum ubi erant sedentes/ Et appa-
ruerunt illis dispertite lingue tamquam ignis/ seditque supra singulos
eorum et repleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui uariis
linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis/ Erant autem in ierusalem
habitantes iudei uiri religiosi ex omni natione que sub celo est/ Facta
autem hac uoce conuenit multitudo et mente confusa est/ quoniam audi-
ebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem
omnes et mirabantur dicentes/ Nonne ecce omnes isti qui loquuntur
galilei sunt/ Et quomodo nos audiuimus unusquisque linguam nostram in qua
nati sumus/ parthi et medi et elamite et qui habitant mesopo-
tamiam/ et iudeam et capadociam pontum et asiam frigiam et pam-
philiam egiptum et partes libie que est circa cirenen et aduene
romani/ iudei quoque et proseliti cretes et arabes audiuimus eos lo-
quentes nostris linguis magnalia dei/ Stupebant autem omnes
et mirabantur dicentes ad inuicem quidnam uult hoc esse/ Alii autem

[illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in amore dei et [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] et apud [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

in [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

inridentes respondentes dicebant quia musto pleni sunt isti. Stans autem
petrus cum undecim levavit vocem suam et locutus est eis
Viri iudei et qui habitatis ierusalem universi hoc vobis notum sit et
auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos estimatis hii
ebrii sunt, cum sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictum
est per prophetam Iohel. Et erit in novissimis diebus dicit dominus
effundam de spiritu meo super omnem carnem et prophetabunt
filii vestri et filie vestre et iuvenes vestri visiones videbunt
et seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super servos
meos et super ancillas meas in diebus illis effundam de
spiritu meo et prophetabunt. Et dabo prodigia in celo sursum
et signa in terra deorsum sanguinem et ignem et vaporem
fumi. Sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem
antequam veniat dies domini magnus et manifestus. Et
erit quicumque invocaverit nomen domini salvus erit

Viri israelite audite verba hec / Ihesum nazarenum virum approbatum
a deo in nobis virtutibus / et prodigiis / et signis / que fecit per
illum deus in medio vestri / sicut vos scitis / hunc diffinito
consilio et prescientia dei traditum per manus iniquorum
affigentes interemistis / quem deus suscitavit solutis dolo-
ribus inferni / iuxta quod impossibile erat teneri
eum ab eo / David enim dicit in eum / providebam dominum
in conspectu meo semper / quoniam a dextris est michi ne com-
movear / propter hoc delectatum est cor meum et exultavit
lingua mea / insuper et caro mea requiescet in spe
quoniam non derelinques animam meam in inferno / nec dabis
sanctum tuum videre corruptionem / Notas michi fecisti vias
vite adimplebis me iocunditate cum facie tua / Viri
fratres liceat audenter dicere ad vos de patriarcha
David quia defunctus est et sepultus / et sepulcrum eius

est apud nos usque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset
et sciret quia iureiurando iurasset illi deus de fructu lumbi
eius sedere super sedem eius, providens locutus est de resur-
rectione Christi, quia neque derelictus est in inferno neque caro eius
vidit corruptionem. Hunc Ihesum resuscitavit deus, cui omnes
nos testes sumus. Dextera igitur dei exaltatus et pro-
missione spiritus sancti accepta a patre effudit hunc quem
vos videtis et auditis. Non enim David ascendit in
celos. Dicit autem ipse: Dixit dominus domino meo: Sede a dextris
meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum
tuorum. Certissime ergo sciat omnis domus Israel quia et
dominum eum et Christum deus fecit hunc Ihesum quem vos cruci-
fixistis. His autem auditis compuncti sunt corde et dixerunt ad
Petrum et ad reliquos apostolos: Quid faciemus viri fratres?
Petrus vero ait ad illos: Penitentiam inquit agite et bapti-
zetur unusquisque vestrum in nomine Ihesu Christi in remissionem

[illegible marginal gloss]

peccatorum vestrorum et accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim est
repromissio et filiis vestris et omnibus qui longe sunt
quoscumque advocaverit dominus deus noster. Aliis autem etiam
verbis plurimis testificatus est et exhortabatur eos dicens
Salvamini a generatione ista prava. Qui ergo receperunt
sermonem eius baptizati sunt et apposite sunt in
illa die anime circiter tria milia. Erant autem omnes
perseverantes in doctrina apostolorum et communicatione
fractionis panis et orationibus instantes unanimes.
Fiebat autem omni anime timor. Multa quoque prodigia
et signa per apostolos fiebant in Jerusalem et metus erat
magnus in universis. Omnes etiam qui credebant erant
pariter et habebant omnia communia. Possessiones et
substantias vendebant et ponebant ante pedes
apostolorum cotidie et illa dividebant omnibus prout

cuique opus erat | Cottidie quoque perdurantes unanimiter in templo
et frangentes circa domos panem | sumebant cibum cum
exultatione | et simplicitate cordis | collaudantes deum | et
habentes gratiam ad omnem plebem | Dominus autem augebat qui
salvi fierent cottidie in idipsum

3 Petrus autem et Johannes simul ascendebant in templum
ad horam orationis nonam | Et quidam vir qui erat clau-
dus ex utero matris sue baiulabatur | quem ponebant cottidie ad
portam templi que dicitur speciosa | ut peteret elemosinam
ab introeuntibus in templum | Is cum vidisset Petrum et Joha-
nem incipientes introire in templum rogabat ut elemo-
sinam acciperet | Intuens autem in eum Petrus cum Johanne
dixit | respice in nos | At ille intendebat in eos sperans se
aliquid accepturum ab eis | Petrus autem dixit argentum et
aurum non est mihi | quod autem habeo hoc tibi do | In nomine Ihesu
Christi Nazareni | surge | et ambula | et apprehensa manu

Salit.

eius dextera alleuauit eum / et protinus consolidate

sunt bases eius / et plante / et exiliens stetit / et am-

bulabat / Et intrauit cum illis in templum ambulans

et exiliens / et laudans deum / et uidit omnis populus eum

ambulantem et laudantem deum / Cognoscebant autem

illum quia ipse erat qui ad elemosinam sedebat ad spe-

ciosa porta templi / et impleti sunt stupore et extasi in

eo quod contigerat illi / Cum ~~tenet~~ autem petrum et johannem

~~ipse qui sanus effectus fuerat~~ cucurrit omnis populus ad eos

ad porticum que appellatur salomonis stupentes / Videns autem

petrus respondit ad populum / Viri israhelite quid miramini in

hoc / aut nos quid intuemini quasi nostra uirtute aut potestate

fecerimus hunc ambulare / Deus abraham et deus ysaac

et deus jacob / patrum nostrorum glorificauit filium suum ihesum

quem uos quidem tradidistis / et negastis ante faciem pilati

iudicante illo dimitti/ Vos autem iustum et sanctum negastis

et petistis virum homicidam donari vobis/ auctorem vero vite inter-

fecistis/ quem suscitavit a mortuis deus [deus] cuius nos testes sumus

et in fide nominis eius hunc quem vos videtis et nostis confirmavit

nomen eius et fides/ que per eum est dedit integram sanitatem

istam in conspectu omnium vestrum/ Et nunc fratres scio quia per ignorantiam

fecistis sicut et principes vestri/ Deus autem qui prenunciavit

per os omnium prophetarum pati christum suum implevit sic/ Penitemini igitur

et convertimini ut deleantur vestra peccata ut cum venerint tempora refri-

gerii a conspectu domini et miserit eum qui predicatus est vobis

ihesum christum/ quem oportet quidem celum suscipere usque in tempora restitucionis

omnium que locutus est deus per os sanctorum suorum a seculo prophetarum/

Moyses quidem dixit/ quia prophetam vobis suscitabit dominus deus

vester de fratribus vestris/ tamquam me ipsum audietis iuxta omnia

quecumque [que] locutus fuerit vobis/ Erit autem omnis anima que non

audierit prophetam illum exterminabitur de plebe sua. Et omnes
prophete a Samuele et deinceps qui locuti sunt annunciaverunt
dies istos. Vos estis filii prophetarum et testamenti quod disposuit
deus ad patres vestros dicens ad abraham. In semine tuo bene-
dicentur omnes familie terre. Vobis primum deus suscitans
filium suum misit eum benedicentem vobis ut convertat se unus-
quisque a nequitia sua.

Loquentibus autem illis ad plebem supervenerunt sacerdotes
et magistratus templi et saducei dolentes quod docerent
populum et annunciarent in ihesum resurrectionem ex mortuis. Et inie-
cerunt in eos manus et posuerunt eos in custodiam in crastinum.
Erat enim iam vespera. Multi autem eorum qui audierant
verbum crediderunt. Et factus est numerus virorum quinque milia.
Factum est autem in crastinum ut congregarentur principes eorum

et seniores et scribe in ihrlm et annas princeps sacerdotum et cay-

Johannes

fas et Jonathas et Allexander et quotquot erant de genere

sacerdotali ~~cum eis~~ et statuentes eos in medio interrogabant

In qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos Tunc petrus

repletus spiritu sancto dixit ad eos principes populi seniores audite

Si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi in quo iste

salvus est factus Notum sit omnibus vobis et omni plebi israhel

domini

in nomine ihesu xpi nazareni ~~quem nos~~ quem vos crucifixistis quem

deus suscitavit a mortuis in hoc iste astat coram vobis sanus Hic

est lapis qui reprobatus est a vobis edificantibus et factus est in

caput anguli et non est in aliquo alio salus ~~Nec enim nomen~~

~~aliud est sub celo datum hominibus in quo oportet nos salvos fi~~

Videntes autem petri ~~constan et io~~ constantiam et Johannis comperto

quod homines essent sine litteris et ydiote mirabantur et

cognoscebant eos quoniam cum ihesu fuerant Hominem quoque videntes

stantem cum eis qui curatus fuerat nichil poterant contradicere

Iusserunt autem eos foras extra concilium secedere et conferebant

ad invicem dicentes Quid faciemus ~~viri fratres~~ hominibus istis

quoniam quidem notum signum factum est per eos omnibus habitantibus Ierusalem

manifestum est et non possumus negare Sed ne amplius divulgetur

in plebem comminemur eis ne ultra loquantur in nomine hoc ulli

hominum Et vocantes eos denunciaverunt ne omnino loquerentur neque

docerent in nomine Ihesu Petrus vero et Iohannes responderunt

dicentes ad eos Si iustum est in conspectu dei vos potius

audire quam deum iudicate Non enim possumus que vidimus et

audivimus non loqui At illi comminantes dimiserunt eos non

invenientes quomodo punirent eos propter plebem quia omnes ~~glo~~

clarificabant ~~dominum in~~ id quod factum erat in eo quod acciderat

Annorum enim erat amplius quadraginta homo in quo factum

erat signum istud sanitatis Dimissi autem venerunt ad suos

et annunciaverunt eis quanta ad eos principes sacerdotum et seniores

dixissent/ Qui cum audissent vnanimit levavit vocem
ad deum et dixerunt/ Dne tu fecisti celum et terram mare
et omnia que in eis sunt/ Qui in spu sancto pos patris nostri
david pueri tui dixisti/ Quare fremuerunt gentes et populi
meditati sunt inania/ Astiterunt reges terre et principes
convenerunt in unum adversus dnm et adversus xpm eius/ Con-
venerunt enim vere in civitate ista adversus sctm puerum
tuum ihm quem vnxisti/ herodes et pontius pilatus cum
gentibus et populis isrl facere que manus tua et consilium
tuum decreverunt fieri/ Et nunc dne respice in minas eorum
~~et da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum~~
In eo quod manum tuam extendas ad sanitates et signa
et prodigia fieri per nomen sci filii tui ihu/ Et cum orassent
motus est locus in quo erant congregati et repleti sunt
omnes spu sancto/ et loquebantur verbum dei cum fiducia

Omnia

Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una
nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat sed
erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testi-
monium resurrectionis Ihesu Christi domini et gratia magna erat in
omnibus illis. Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot
enim possessores aut agrorum aut domorum erant vendentes afferebant
precia eorum que vendebant et ponebant ante pedes apostolorum.
Dividebatur autem singulis prout cuique opus erat. Joseph autem
qui cognominatus est barnabas ab apostolis quod est inter-
pretatum filius consolationis levites cyprius genere
cum haberet agrum vendidit illum et attulit pretium et posuit
ante pedes apostolorum.

Vir autem quidam nomine ananias cum saphira uxore sua ven-
didit agrum et fraudavit de pretio agri conscia uxore sua
et afferens partem quandam ad pedes apostolorum posuit. Dixit

Fraus

[illegible]

aut petrus ad eum Anania cur temptavit sathanas cor tuum
mentiri te spiritui sancto et fraudare de precio agri Nonne
manens tibi manebat et venundatum in tua erat potestate Quare
posuisti in corde tuo hanc rem Non es mentitus hominibus sed
deo Audiens aut Ananias hec verba cecidit et expiravit
Et factus est timor magnus in omnes qui audierunt Surge
tes aut iuvenes amoverunt eum et efferentes sepelierunt.
Factum est aut quasi horarum trium spacium et uxor ipsius nesciens
quod factum fuerat introivit Respondit aut ei petrus dic
michi mulier si tanti agrum vendidistis At illa dixit etiam
tanti Petrus aut ad eam Quid utique convenit vobis temp-
tare spiritum sanctum Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum
ad hostium et efferent te Et confestim cecidit ante pedes eius
et expiravit Intrantes aut iuvenes invenerunt illam
mortuam et extulerunt et sepelierunt ad virum suum Et

[illegible]

[illegible interlinear gloss]

factus est timor magnus in universa ecclesia et in omnes
qui audierunt hec. Per manus autem apostolorum fiebant signa
et prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter omnes in
porticu salomonis. Ceterorum autem nemo audebat se coniungere
illis. Sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur
credentium in domino multitudo virorum ac mulierum ita ut in
plateas eicerent infirmos et ponerent in lectulis et grabatis
ut venientes petro saltem umbra illius obumbraret quemquam
eorum et liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem et
multitudo vicinarum civitatum ierusalem afferentes egros et ve-
xatos a spiritibus immundis qui curabantur omnes. Exurgens
autem princeps sacerdotum et omnes qui cum illo erant que
est heresis saduceorum repleti sunt zelo et iniecerunt manus
in apostolos et posuerunt illos in custodia publica. Angelus
autem domini per noctem aperiens ianuas carceris et educens

eos dixit Ite et stantes loquimini in templo plebi omnia verba
vite huius. Qui cum audissent intraverunt diluculo in templum
et docebant. Adveniens autem princeps sacerdotum et qui cum
eo erant convocaverunt concilium et omnes seniores filiorum
Israel et miserunt in carcerem ut adducerentur. Cum venissent
autem ministri et aperto carcere non invenissent illos reversi nun-
ciaverunt dicentes Carcerem quidem invenimus clausum cum omni dili-
gentia et custodes stantes ante ianuas. aperientes autem nemi-
nem intus invenimus. Ut autem audierunt hos sermones magistratus templi
et principes sacerdotum ambigebant de illis quidnam fieret. Adve-
niens autem quidam nunciavit eis quia ecce viri quos posuistis
in carcere sunt in templo stantes et docentes populum. Tunc abiit
magistratus cum ministris et adduxit illos sine vi. timebant
enim populum ne lapidarentur. Et cum adduxissent illos
statuerunt in concilio. et interrogavit eos princeps sacerdotum
dicens Precipiendo precepimus vobis ne doceretis in nomine isto.

et ecce replestis ihrlm vestra doctrina et vultis inducere super nos sanguinem hominis

istius. Respondens autem petrus et apostoli dixerunt ~~Obedire oportet~~

~~deo magis quam hominibus.~~ Deus patrum nostrorum suscitavit ihesum

quem vos interemistis suspendentes in ligno. hunc deus princi-

pem ac salvatorem exaltavit dextera sua ad dandam penitentiam

israel et remissionem peccatorum. et nos sumus testes horum verborum

et spiritus sanctus quem dedit deus omnibus obedientibus sibi

hec cum audissent dissecabantur et cogitabant interficere illos

Surgens autem quidam in concilio phariseus Gamaliel nomine

legis doctor honorabilis universe plebi iussitque ~~homines~~

foras ad breve fieri. dixitque ad illos viri israelite attendite

vobis super hominibus istis quid acturi sitis. Ante hos enim

dies extitit theodas dicens se esse aliquem magnum cui

consensit numerus virorum circiter quadringentorum qui occisus

est et omnes qui credebant ei dissipati sunt et redacti

est ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galileus in diebus
professionis et avertit populum post se, et ipse periit et omnes quotquot
consenserunt ei dispersi sunt. Et nunc itaque dico vobis discedite
ab hominibus istis et sinite illos; quoniam si est ex hominibus consilium
hoc aut opus dissolvetur; si vero ex deo est non poteritis dissolvere
eos, ne forte et deo repugnare inveniamini. Consenserunt
autem illi et convocantes apostolos cesis denuntiaverunt ne loquerentur
in nomine Ihesu et dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gau-
dentes a conspectu concilii quia digni habiti sunt pro nomine
Ihesu contumeliam pati. Omni autem die in templo et circa domos
non cessabant docentes et evangelizantes Ihesum Christum.

In diebus autem illis crescente numero discipulorum factum est
murmur adversus Hebreos Grecorum eo quod despicerentur in ministerio
cotidiano vidue eorum. Convocantes autem duodecim multitudinem
discipulorum dixerunt: Non est equum nos relinquere verbum dei et

septem

ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex nobis bonis testi-
monii septem plenos spiritu sancto et sapientia quos constituamus super
hoc opus. Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus
Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt stephanum 28
virum plenum fide et spiritu sancto. philippum. et prochorum. et nicanorem
et parmenam
et parmenam et timonem. et nicolaum advenam antiochenum
Hos statuerunt ante conspectum apostolorum. et orantes imposuerunt
eis manus. et verbum domini crescebat. et multiplicabatur numerus discipulorum
in ierusalem valde. Multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei
Stephanus autem plenus gratia et fortitudine faciebat signa et
prodigia magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga
que appellatur libertinorum. et cyrenensium. et alexandrinorum. et
eorum qui erant a cilicia et asia. disputantes cum stephano. et
non poterant resistere sapientie et spiritui qui loquebatur. Tunc
summiserunt viros qui dicerent se audisse eum dicentem verba


18

17

18

Dy Lune, quin s quin Stanislai

Sancti spiritus assit nobis gracia amen



blasphemie in Moysen et deum. Commoverunt itaque plebem
et seniores et scribas et concurrentes rapuerunt eum et addu-
xerunt eum in concilium et statuerunt testes falsos qui dicerent
homo iste non cessat loqui verba blasphemie adversus locum
sanctum et legem audivimus enim dicentem eum quia Ihesus
nazarenus hic destruet locum istum et mutabit tradiciones
quas tradidit vobis moyses. Et intuentes in eum omnes
qui in concilio sedebant viderunt faciem eius tamquam faciem angeli.

Dixit autem princeps sacerdotum stephano Si hec ita se
habent. Qui ait Viri fratres et patres audite. Deus glorie apparuit
patri nostro abraham cum esset in mesopotamia syrie priusquam
moraretur in charan ~~et inde transmigravit illum in terram caldeorum~~ (Charram)
Genesis xii — et dixit ad illum Exi de terra tua et de cognatione tua et
veni in terram quam tibi monstravero. Tunc exiit de terra caldeorum
et habitavit in charan. Et inde postquam mortuus est pater

eius sustulit illum in terram istam in qua nunc vos habitatis. Et non

dedit illi hereditatem in ea nec passum pedis, sed repromisit eam

dare illi in possessionem, et semini eius post illum, cum non haberet

filium. Locutus est autem ei Deus, quia erit semen eius accola

in terra aliena, et servituti eos subiicient, et male tractabunt

eos annis quadringentis, et gentem cui servierint

iudicabo ego, dixit Dominus. Et post hec exibunt, et deservient

mihi in loco isto. Et dedit illi testamentum circumcisionis. Et

sic genuit Isaac, et circumcidit eum die octavo. Et Isaac

Iacob, et Iacob duodecim patriarchas. Et patriarche emulantes

Ioseph vendiderunt in Egyptum. Et erat Deus cum eo, et

eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius. Et dedit ei gratiam

et sapientiam in conspectu Pharaonis regis Egypti, et constituit

eum prepositum super Egyptum, et super omnem domum suam.

Venit autem fames in universam Egyptum et Canaan, et

Genesis 13

Genesis 27

Genesis 41

Genesis 42

tribulatio magna et non inveniebant cibos patres nostri. Cum
audisset Iacob autem esse frumentum in Egipto misit patres nostros
primum et in secundo cognitus est Ioseph a fratribus suis et ma-
nifestatum est pharaoni genus eius. Mittens autem Ioseph

Exodi 1

accersivit Iacob patrem suum et omnem cognationem suam in
animabus septuaginta quinque. Et descendit Iacob in Egiptum

Genesis 49

et defunctus est ipse et patres nostri et translati sunt in sychem
et positi sunt in sepulcro quod emit abraham precio
argenti a filiis emor filii sychem. Cum appropinquaret autem
tempus repromissionis quod confessus erat deus abrahe crevit
plebs et multiplicata est in egipto quoadusque surgeret rex
alius in egipto qui non sciebat Ioseph. Hic circumveniens genus
nostrum afflixit patres nostros ut exponerent infantes suos ne vivi-
ficarentur. Eodem tempore natus est moyses et fuit gratus deo qui
nutritus est tribus mensibus in domo patris sui. Perdit
eum cum elegante puerum exposito autem illo in flumine

Moyses

pater Sichem
filius Emor Seor
filius Efron

sustulit eum filia pharaonis et enutriuit eum sibi in filium

et eruditus est moyses omni sapientia egyptiorum et erat potens in verbis

et in operibus suis. Cum autem impleretur ei quadraginta annorum

tempus ascendit in cor eius ut visitaret fratres suos filios israel. Et

cum vidisset quendam iniuriam patientem vindicauit illum et

fecit ultionem ei qui iniuriam sustinebat percusso egyptio. Existi-

mabat autem intelligere fratres quoniam deus per manum ipsius daret

salutem illis. At illi non intellexerunt. Sequenti vero die apparuit illis

litigantibus et reconciliabat eos in pace dicens. Viri fratres

estis ut quid nocetis alterutrum. Qui autem iniuriam faciebat pro-

ximo suo repulit eum dicens. Quis te constituit principem et

iudicem super nos. Numquid interficere me tu vis quemadmodum interfe-

cisti heri egyptium. Fugit autem moyses in verbo isto et factus est

aduena in terra madyan. ubi generauit filios duos. Et expletis

annis quadraginta apparuit illi in deserto montis syna angelus

[illegible interlinear and marginal glosses]

in igne rubi flammę / moyses aut(em) videns admiratus est visu(m)

Et accedente illo ut consideraret / facta est vox d(omi)ni ad eu(m) dicens

Ego sum deus patru(m) tuorum. deus abraham. et deus ysaac et deus

iacob / Tremefactus aut(em) moyses no(n) audebat considerare / dixit

aut(em) illi d(omi)n(u)s Solve calciamentu(m) pedu(m) tuorum / locus eni(m) in quo

tu stas t(er)ra s(an)c(t)a est / Videns vidi afflictione(m) p(o)p(u)li mei qui est in egipto

et gemitu(m) eius audivi / et descendi liberare eos / et nu(n)c veni et

mittam te in egiptu(m) / Hunc moysen que(m) negaverunt dicentes / quis

te constituit principem et iudicem sup(er) nos / hunc deus principem

et redemptorem misit / cu(m) manu angeli qui apparuit illi in rubo

Hic eduxit illos faciens prodigia et signa in t(er)ra egipti / et in

rubro mari et in deserto annis quadraginta / Hic est moyses qui

dixit filiis isr(ae)l p(ro)phetam vobis suscitabit deus de fratribus v(est)ris

tamq(uam) me ipsum audietis / Hic est qui fuit in ecclesia in solitu

dine cum angelo qui loquebatur ei in monte syna / et cu(m) patrib(us)

n(ost)ris / qui accepit verba vite dare vobis / Cui noluerunt obedire

[illegible marginal glosses]

patres nostri sed repulerunt et aversi sunt cordibus suis in egiptum

~~et dixerunt~~ dicentes ad aaron fac nobis deos qui precedant nos moyses enim

hic qui eduxit nos de terra egipti nescimus quid factum sit ei et

vitulum fecerunt in illis diebus et obtulerunt hostiam simulacro

et letabantur in operibus manuum suarum convertit autem deus et

tradidit eos servire milicie celi sicut scriptum est in libro prophetarum

Numquid victimas aut hostias obtulistis michi annis quadraginta

in deserto domus israel et suscepistis tabernaculum moloch et sidus

dei vestri rempha figuras quas fecistis adorare eas et transferam

vos trans babilonem tabernaculum testimonii fuit cum patribus nostris in

deserto sicut disposuit deus loquens ad moysen ut faceret illud

secundum formam quam viderat quod et induxerunt suscipientes patres

nostri cum ihesu in possessionem gentium quas expulit deus a facie patrum

nostrorum usque in diebus david qui invenit graciam ante deum

et peciit ut inveniret tabernaculum deo iacob Salomon autem edificavit

illi domum sed non excelsus in manufactis habitat sicut propheta dicit

[illegible]

Stephanus ad eius

celum michi sedes est / terra autem scabellum pedum meorum / Quam domum
edificabitis michi dicit dominus / aut quis locus requietionis mee est / Nonne
manus mea fecit hec omnia / Dura cervice / et incircumcisi cordibus
et auribus vos semper spiritui sancto restitistis / sicut patres vestri et vos / Quem
prophetarum non sunt persecuti patres vestri / et occiderunt eos qui prenunciabant
de adventu iusti / cuius vos nunc proditores / et homicide fuistis /
qui accepistis legem in dispositione angelorum / et non custodistis / Audientes
autem hec dissecabantur cordibus suis / et stridebant dentibus in eum / Cum
autem esset stephanus plenus spiritu sancto intendens in celum vidit gloriam
dei / et ihesum stantem a dextris dei / et ait / Ecce video celos
apertos et filium hominis stantem a dextris virtutis dei / Exclamantes autem
voce magna / continuerunt aures suas / et impetum fecerunt una-
nimiter in eum / Et eicientes eum extra civitatem lapidabant /
Et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui
vocabatur saulus / Et lapidabant stephanum invocantem et dicentem
domine ihesu suscipe spiritum meum / Positis autem genibus clamavit voce magna

Lapidat

[illegible marginal glosses]

dicens domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset obdormiuit in domino.

Saulus autem erat consentiens neci eius. Facta est autem in illa 8.

die persecutio magna in ecclesia que erat ierosolimis. Et omnes dispersi

sunt per regiones iudee et samarie preter apostolos. Curauerunt autem

stephanum viri timorati et fecerunt planctum magnum super illum.

Saulus vero deuastabat ecclesiam per domos intrans et trahens viros

ac mulieres tradebat in custodiam. Igitur qui dispersi erant

pertransibant ewangelizantes verbum dei ~~per ciuitates et castella~~

Philippus autem descendens in ciuitatem samarie predicabat

illis christum. Intendebant autem turbe hiis que a philippo dicebantur

unanimiter audientes et videntes signa que faciebat. Multi

enim eorum qui habebant spiritus immundos clamantes voce magna

exibant. Multi autem paralitici et claudi curati sunt. Factum

est ergo magnum gaudium in illa ciuitate. Vir autem quidam nomine

Symon qui ante fuerat in ciuitate magus seducens gentem

[illegible]

samarie, dicens se esse aliquem magnum / cui auscultabant omnes
a minimo usque ad maximum dicentes / Hic est virtus dei que vocatur
magna / Attendebant autem eum propter quod multo tempore magicis
suis ~~artibus~~ dementasset eos / Cum vero credidissent philippo
ewangelisanti de regno dei et in nomine ihesu christi baptisabantur
viri ac mulieres / tunc symon et ipse credidit et cum baptisatus
esset adherebat philippo. videns etiam signa et virtutes maximas
fieri stupens admirabatur / Cum autem audissent apostoli qui

feria 3 post pentecosten

erant ierosolimis quia recepit samaria verbum dei miserunt
ad ~~eos~~ illos petrum et johannem. qui cum venissent oraverunt pro ipsis
ut acciperent spiritum sanctum / Nondum enim in quemquam illorum venerat /
sed baptisati tantum erant / in nomine domini ihesu / Tunc imponebant
manus super illos et accipiebant spiritum sanctum / Cum audisset autem
symon quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus
obtulit eis pecuniam dicens / Date et michi hanc potestatem
ut cuicumque imposuero manus accipiat spiritum sanctum / Petrus autem
dixit ad eum / pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum

[illegible]

Origo Simonie

dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars neque sors in sermone
isto. cor enim tuum non est rectum coram deo. penitenciam itaque age ab hac nequicia
tua et roga deum si forte remittatur tibi hec cogitacio cordis tui. In felle
enim amaritudinis et obligacione iniquitatis video te esse. Respondens autem
Symon dixit precamini vos pro me ad dominum ut nichil veniat super me
horum que dixistis. Et illi quidem testificati et locuti verbum domini
redibant Ierosolimam et multis regionibus samaritanorum euangelizabant.
Angelus autem domini locutus est ad philippum dicens Surge et vade
contra meridianum ad viam que descendit ab Ierusalem in Gazam hec est
deserta. Et surgens abiit. et ecce vir ethiops eunuchus potens Can-
dacis regine ethiopum qui erat super omnes gazas eius venerat
adorare in Ierusalem et revertebatur sedens super currum suum legensque prophetam
ysayam. Dixit autem spiritus philippo accede et adiunge te ad currum
istum. Accurrens autem philippus audivit illum legentem ysayam
prophetam et dixit putasne intelligis que legis. Qui ait quomodo

possum nisi aliquis ostenderit michi. Rogavitque philippum ut ascenderet
et sederet secum. locus autem scripture quem legebat erat hic. Tamquam
ovis ad occisionem ductus est. et sicut ~~ovis~~ agnus coram tondente se sine
voce obmutescit sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius
sublatum est. generationem ~~autem~~ eius quis enarrabit. quoniam tolletur
de terra vita eius. Respondens autem eunuchus philippo dixit. obse-
cro te de quo propheta dicit hoc. de se an de alio aliquo. Aperiens
autem philippus os suum et incipiens a scriptura ista evangelizavit
illi ihesum. Et dum irent per viam. venerunt ad quandam aquam. Et ait
eunuchus. Ecce aqua quis prohibet me baptizari. dixit autem phi-
lippus. si credis ex toto corde licet. Et respondens ait Credo filium
Dei esse ihesum christum. Et iussit stare currum et descenderunt uterque in aqua
philippus et eunuchus. et baptizavit eum. Cum autem ascen-
dissent de aqua. spiritus domini rapuit philippum. et amplius
non vidit eum eunuchus. Ibat enim per viam suam gaudens
Philippus autem inventus est in azoto. et pertransiens evan-
gelizabat civitatibus cunctis. donec veniret Cezaream.

Saulus

Saulus autem adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini
accessit ad principem sacerdotum et petiit ab eo epistolas in damascum
ad synagogas ut si quos invenisset huius vie viros ac mulieres
vinctos perduceret in ierusalem. Et cum iter faceret contigit ut appropinquaret
damasco et subito circumfulsit eum lux de celo et cadens in
terram audivit vocem dicentem sibi Saule saule quid me persequeris
Qui dixit quis es domine. Et ille: Ego sum ihesus [Nazarenus] quem tu persequeris
Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens
dixit domine quid me vis facere. Et dominus ad eum. Surge et ingre-
dere civitatem et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem
illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti audientes quidem
vocem neminem autem videntes. Qui vero loquebatur ad illos
levate me de terra. Surrexit autem saulus de terra apertisque oculis
nichil videbat. ad manus autem illum trahentes introduxerunt
damascum. et erat tribus diebus non videns et non manducavit.

neque bibit / Erat autem quidam discipulus damasci nomine ananias

et dixit ad illum in visu dominus / anania / at ille ait / Ecce ego

domine / Et dominus ad illum / Surge et vade in vicum qui vocatur rectus

et quere in domo iude saulum nomine tarsensem / ecce enim orat

Et vidit virum ananiam nomine / introeuntem et imponentem

sibi manus ut visum recipiat / Respondit autem ananias / Domine

Audivi a multis de viro hoc / quanta mala sanctis tuis in ierusalem fecerit

et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui

invocant nomen tuum / Dixit autem ad eum dominus / vade quoniam

vas electionis est michi iste / Ego enim ostendam illi quanta oportet

ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis israel

Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pati pro nomine meo /

Et abiit ananias et introivit domum et imponens manus

et dixit Saule frater / dominus ~~deus~~ ihesus misit me qui apparuit

tibi in via qua veniebas ut videas et implearis spiritu sancto

Et confestim ceciderunt ab oculis eius tamquam squame et

visum recepit Et surgens baptisatus est ~~in nomine xpi~~ et

cum accepisset cibum confortatus est. Fuit aut cum discipulis

~~saulus~~ qui erant damasci p dies aliquot. Et continuo ~~paulus~~ ingressus

in synagogis p̄dicabat ihm quoniam hic est filius dei. Stupebant

aut omnes qui audiebant, et dicebant. Nonne hic est qui

expugnabat in ierlm eos qui nomen istud [invocabant], et huc venit ad

hoc, ut vinctos illos duceret ad principes sacerdotum. Paulus aut

multomagis convalescebat et confundebat iudeos qui habitabant

damasci, affirmans [et docens] quia hic est xpus. Cum implerentur aut

dies multi consilium fecerunt in deos ut eum interficerent. Note aut

facte sunt paulo insidie eorum. Custodiebant et portas die ac

nocte ut eum interficerent. Accipientes aut eum discipuli nocte

p murum dimiserunt eum submittentes in sporta. Cum aut

venisset in ierlm temptabat iungere se discipulis, et omnes timebant

eum non credentes quia esset discipulus. Barnabas aut

apprehensum illum duxit ad aplos, et narravit illis quo

in via vidisset dominum et quia locutus est ei et quomodo in damasco fidu-
cialiter egit in nomine Ihesu. Et erat cum illis intrans et exiens
in Ierusalem fiducialiter agens in nomine domini. loquebatur quoque gentibus
et disputabat cum grecis. Illi autem querebant occidere eum. quod
cum cognovissent fratres deduxerunt eum Cesaream nocte et
dimiserunt Tharsum. Ecclesia quidem per totam Iudeam et Galileam
et Samariam habebat pacem et edificabatur ambulans in timore
domini et consolatione spiritus sancti replebatur. Factum est autem Petrum
dum transiret universos devenire ad sanctos qui habitabant Lydde.
Invenit autem ibi hominem quendam nomine Eneam ab annis
octo iacentem in grabato qui erat paraliticus. Et ait illi Petrus
Enea sanat te dominus Ihesus Christus. surge et sterne tibi. et continuo
surrexit et viderunt illum omnes qui habitabant Lydde et
Sarone qui conversi sunt ad dominum. In Ioppe autem fuit quedam
discipula nomine Tabita que interpretata dicitur Dorcas. hec
erat plena operibus bonis et elemosinis quas faciebat. Factum

... pro grabato ... pro lecto ponit grabatum

Et factum est autem in diebus illis ut infirmata moreretur / quam cum lavissent po-
suerunt eam in cenaculo / Cum autem prope esset Lidda ab Joppe discipuli
audientes quia Petrus esset in ea / miserunt duos viros ad eum
rogantes ne pigriteris venire usque ad nos / Exurgens autem Petrus
venit cum illis / Et cum advenissent duxerunt illum in cenaculum
et circumsteterunt illum omnes vidue flentes / et ostendentes tu-
nicas et vestes quas faciebat illis Dorcas / Eiectis autem omnibus
foras Petrus ponens genua oravit / et conversus ad corpus dixit
Tabita surge / At illa aperuit oculos suos / et viso Petro resedit
Dans autem illi manum erexit eam / Et cum vocasset sanctos et viduas
assignavit eam vivam / Notum autem factum est per universam Joppe / et
crediderunt multi in domino ~~Jesu Christo~~ 10
Factum est autem ut dies multos moraretur in Joppen apud
quendam Symonem coriarium / Vir autem quidam erat in Cesarea
nomine Cornelius centurio cohortis que dicitur ytalica religiosus

et timens deum cum omni domo sua faciens elemosinas multas
plebi et deprecans deum semper vidit in visu manifeste quasi hora
nona diei angelum dei introeuntem ad se et dicentem sibi Corneli
At ille intuens eum timore correptus dixit Quis es domine
Dixit autem illi Orationes tue et elemosine tue ascenderunt
in memoriam in conspectu dei Et nunc mitte viros in joppen et
accerse symonem quendam qui cognominatur petrus hic hospitatur
apud symonem quendam coriarium cuius est domus iuxta mare
hic dicet tibi quid oporteat te facere Et cum discessisset angelus
qui loquebatur illi vocavit duos domesticos suos et militem
metuentem dominum ex hiis qui illi parebant quibus cum narrasset
omnia misit illos in joppen Postera autem die iter illis facien
tibus et appropinquantibus civitati ascendit petrus in superiora
domus ut oraret circa horam sextam Et cum esuriret voluit gustare
Parantibus autem illis cecidit super eum mentis excessus Et vidit

Vas

celum apertum et descendens vas quoddam velud linteum magnum
quatuor initiis submitti de celo in terram in quo erant omnia
quadrupedia et serpentia terre et volatilia celi. Et facta est vox
ad eum ~~dicens~~ Surge petre occide et manduca. Ait autem
petrus: Absit domine quia nunquam manducavi omne quod est
immundum. Et vox iterum secundo ad eum: ~~que deus purificavit tu~~
~~ne commune dixeris~~. Hoc autem factum est per ter. Et statim receptum est vas
in celum. Et dum intra se hesitaret petrus quid nam esset visio
quam vidisset, Ecce viri qui missi erant a cornelio inquirentes domum
Symonis astiterunt ad ianuam. Et cum vocassent interrogabant
si symon qui cognominatur petrus illic habet hospitium. ~~haberet~~ Petro autem cogitante
de visione dixit spiritus ei: Ecce viri tres querunt te. Surge itaque
et descende et vade cum eis nichil dubitans quia ego misi
illos. Descendens autem petrus ad viros dixit: Ecce ego sum

Viri dixerunt

quem queritis que causa est propter quam venistis / Cornelius centurio vir

iustus et timens deum et testimonium habens ab universa gente

iudeorum responsum accepit ab angelo sancto accersire te in domum

suam et audire verba abs te / Introducens ergo eos recepit hospitio:

Sequenti autem die surgens profectus est cum eis / et quidam ex fratribus

ab ioppe comitati sunt eum / ut petro testes essent / Altera autem

die introivit cesaream / Cornelius vero expectabat illos / Convocatis

cognatis suis et necessariis amicis / Et factum est cum introisset

petrus obvius venit ei cornelius / et procidens ad pedes eius

adoravit eum / petrus vero levavit eum dicens / Surge / et ego

ipse homo sum sicut et tu / Et loquens cum illo intravit et

invenit multos qui convenerant / Dixit que ad illos / vos scitis

quomodo abhominatum sit viro iudeo coniungi aut accedere

ad alienigenam / sed michi ostendit deus neminem communem aut

immundum dicere hominem / propter quod sine dubitatione veni ad vos

[illegible interlinear gloss]

accersitus. Interrogo ergo vos quam ob causam accersistis me. Et cornelius ait. A nudius quarta die usque in hanc horam orans eram et ieiunans hora nona in domo mea. et ecce vir stetit ante me in veste candida et ait. Corneli exaudita est oratio tua et elemosine tue commemorate sunt in conspectu dei. Mitte ergo in ioppen et accersi symonem qui cognominatur petrus. hic hospitatur in domo symonis coriarii iuxta mare. qui cum advenerit loquetur tibi. Confestim igitur misi ad te et tu benefecisti veniendo. Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo assumus audire omnia quecumque tibi precepta sunt a domino. Aperiens autem petrus os suum dixit. In veritate comperi quia non est personarum acceptor deus sed in omni gente qui timet eum et operatur iusticiam acceptus est illi. Verbum misit filiis israel annuncians pacem per ihesum christum. hic est omnium dominus. Vos scitis quod factum est verbum per universam iudeam. Incipiens enim a galilea post baptismum quod predicavit iohannes

Ihesum a nazareth quomodo unxit eum deus spiritu sancto et virtute

pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a dyabolo quoniam

deus erat cum illo et nos testes sumus omnium que fecit in regione

iudeorum et in ierusalem quem occiderunt suspendentes in ligno.

Hunc deus suscitavit tertia die et dedit eum manifestum

fieri non omni populo sed testibus preordinatis a deo nobis qui

manducavimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis

et precepit nobis predicare populo et testificari quia ipse est qui

constitutus est a deo iudex vivorum et mortuorum. Huic omnes

prophete testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius

omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente petro verba hec

cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et ob-

stupuerunt ex circumcisione fideles qui venerant cum petro quia

et in naciones gracia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos

loquentes linguis et magnificantes deum. Tunc respondit

petrus / Numquid aquam quis prohibere potest ut non baptizentur hii qui spiritum
sanctum acceperunt sicut et nos / Et iussit eos in nomine Ihesu
Cristi baptizari / Tunc rogaverunt eum ut maneret apud eos aliquot diebus /
Audierunt autem apostoli et fratres qui erant in Iudea quoniam
et gentes receperunt verbum dei / Petrus ergo post multum temporis voluit
ire ierusalem et convocans fratres et confirmans egressus est. tamquam
plurimum sermonem faciens per regiones docens eos / Cum ascen-
disset autem petrus ierusalem disceptabant adversus illum qui erant ex

Disceptant

circumcisione dicentes / Quare introisti ad viros preputium habentes
et manducasti cum illis / Incipiens autem petrus exponebat illis
ordinem dicens / Ego eram in civitate Joppe orans et vidi in excessu
mentis visionem / Descendens vas quoddam velud linteum
magnum quatuor initiis submitti de celo et venit usque ad me
In quod intuens considerabam et vidi quadrupedia terre et
bestias et reptilia et volatilia celi / Audivi autem et vocem dicentem

michi Surge petre occide et manduca / Dixi autem Nequaquam domine
quia commune aut inmundum nunquam intravit in os meum / Respondit autem vox
secundo de celo / que deus mundavit tu ne commune dixeris
hoc autem factum est per ter / et recepta sunt sursum omnia
in celum / Et ecce confestim tres viri astiterunt in domo
in qua eram missi a cesarea ad me / Dixit autem spiritus michi ut
irem cum illis nichil hesitans / Venerunt autem mecum et sex fratres
isti / et ingressi sumus in domum viri / Narravit autem nobis quomodo
vidisset angelum in domo sua stantem et dicentem sibi / Mitte
in Joppen et accersi Symonem qui cognominatur petrus / qui lo-
quetur tibi verba in quibus salvus eris tu et universa domus
tua / Cum autem cepissem loqui cecidit spiritus sanctus super
eos sicut et in nos in initio / Recordatus sum autem verbi domini
sicut dicebat / Johannes quidem baptisavit aqua vos autem
baptisabimini spiritu sancto / Si ergo eandem graciam dedit illis deus
sicut et nobis qui credimus in dominum Jhesum Christum / ego quis

eram qui possem prohibere deum ne daret spiritum sanctum credentibus
in nomine ihesu christi. His auditis tacuerunt et glorificaverunt deum
dicentes Ergo et gentibus deus penitentiam ad vitam dedit. Et illi
quidem qui dispersi fuerant a tribulatione que facta fuerat sub
stephano perambulaverunt usque phenicem et cyprum et anthiochiam
nemini loquentes verbum nisi solis iudeis. Erant autem quidam
ex eis viri cyprii et cirenei qui cum introissent anthiochiam
loquebantur et ad grecos annunciantes dominum ihesum. Et erat
manus domini cum eis multusque numerus credentium conversus est
ad dominum. Pervenit autem sermo ad aures ecclesie que erat ierosolimis
super istis et miserunt barnabam usque ad anthiochiam. Qui cum per-
venisset et vidisset gratiam dei gavisus est et hortabatur omnes
in proposito cordis permanere in domino quia erat vir bonus et plenus
spiritu sancto et fide. Et apposita est turba multa domino. Profectus
est autem tharsum ut quereret saulum, quem cum invenisset perduxit

Anthiochia / et annum totum conversati sunt in ecclesia / et docuerunt turbam
multam ~~ita ut cognominarentur primum anthiochie discipuli christiani~~
In hys autem diebus supervenerunt ab ierosolimis prophete anthiochiam / Et
surgens unus ex eis nomine agabus / significabat per spiritum famem
magnam futuram in universo orbe terrarum / que facta est sub claudio
~~cesare~~ / discipuli autem / prout quisque habebat, proposuerunt singuli in ministerium
mittere habitantibus in iudea fratribus / quod et fecerunt mittentes
ad seniores per manus barnabe et sauli /

12 Eodem autem tempore misit herodes rex manus ut affligeret
quosdam de ecclesia / Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio
Videns autem quia placeret iudeis / apposuit apprehendere et petrum /
Erat autem dies azimorum / quem cum apprehendisset misit in carcerem
tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum eum
volens post pascha producere eum populo / Et petrus quidem servabatur
in carcere / Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum
pro eo / Cum autem producturus esset eum herodes in ipsa nocte

Herodes

erat petrus dormiens int(er) duos milites vinctus kathenis duab(us)

et custodes ante hostiu(m) custodiebant carce(rem) Et ecce angelus domini

astitit et lumen refulsit in habitaculo carceris. p(er)cussoq(ue) latere petri

excitavit eum dicens Surge velociter, et ceciderunt kathene de

manibus eius Dixit aut(em) angelus ad eum precingere et calcia

te caligas tuas et fecit sic Et dixit illi Circumda tibi vestimen

tu(m) et sequere me Et exiens sequeba(tur) eum et nesciebat quia

verum est quod fiebat p(er) angelum Estimabat aut(em) se visum vid(ere)

Transeuntes aut(em) p(ri)ma(m) et secunda(m) custodia(m) venerunt ad porta(m)

ferrea(m) que ducit ad civitate(m) que ultro ap(er)ta est eis Et exeuntes

processerunt vicum unu(m) et continuo discessit angelus ab eo.

Et petrus ad se reversus dixit Nunc scio vere quia misit d(omin)us

angelum suum et eripuit me de manu herodis et de omni expe

ctatione plebis iudeo(rum) Consideransq(ue) venit ad domu(m) marie

Marie Johannis qui cognominatus est marcus ubi erant multi

Petrus

congregati et orantes. Pulsante autem eo hostium ianue processit puella
ad audiendum nomine rode. Et ut cognouit vocem petri pre gaudio non
aperuit ianuam sed intro currens nunciauit stare petrum ante ianuam.
At illi dixerunt ad eam insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem
dicebant angelus eius est. Petrus autem perseuerabat pulsans. Cum
autem aperuissent hostium viderunt eum et obstupuerunt. Annuens
autem eis manu ut tacerent narrauit quomodo dominus eduxisset eum de carcere.
Dixitque nunciate iacobo et fratribus hec. Et egressus abiit in alium
locum. Facta autem die erat non parua turbatio inter milites quidnam
de petro factum esset. Herodes autem cum requisisset eum et
non inuenisset inquisitione facta de custodibus iussit eos duci.
Descendensque a iudea in cesarea commoratus est. Erat autem iratus
tyris et sydoniis. At illi vnanimes venerunt ad eum et persuaso
blasto qui erat super cubiculum regis postulabant pacem eo quod
alerentur regiones eorum ab illo. Statuto autem die herodes vestitus
veste regia sedit pro tribunali et concionabatur ad eos. Populus autem

acclamabat. Dei voces et non hominis. Confestim autem percussit eum angelus
domini eo quod non dedisset honorem deo. Et consumptus a vermibus expi-
ravit. Verbum autem domini crescebat et multiplicabatur. Barna-
bas autem et saulus reversi sunt ab ierusalem expleto ministerio assump-
to Johanne qui cognominatus est marcus.

Erant autem in ecclesia que erat antiochie prophete et doctores
in quibus barnabas. et symeon qui vocabatur niger et lucius
cyrenensis. et Manaen qui erat herodis tetrarche collactaneus
et saulus. Ministrantibus autem illis domino et ieiunantibus dixit
illis spiritus sanctus. Segregate michi barnabam et saulum in opus mi-
nisterii quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes et orantes impo-
nentesque eis manus dimiserunt eos. Et ipsi quidem missi a spiritu
sancto abierunt seleuciam. et inde navigaverunt cyprum. Et cum venissent
salaminam predicabant verbum dei in synagogis iudeorum. Habebant
autem et Johannem in ministerio. Et cum perambulassent universam insulam

usque paphum invenerunt quendam virum magum pseudo prophetam iudeum
cui nomen erat bariesu qui erat cum proconsule sergio paulo viro pru-
dente. hic accersitis barnaba et paulo desiderabat audire verbum dei
Resistebat autem illis elimas magus sic enim interpretatur nomen eius quae-
rens avertere proconsulem a fide. Saulus autem qui et paulus, repletus
spiritu sancto intuens in eum dixit O plene omni dolo et omni fallacia
fili dyaboli inimice omnis iustitie Non desinis subvertere vias
domini rectas Et nunc ecce manus domini super te et eris cecus non
videns solem usque ad tempus Et confestim cecidit in eum caligo
et tenebre et circuiens querebat qui ei manum daret Tunc pro-
consul cum vidisset factum credidit admirans super doctrina
domini Et cum a papho navigassent paulus et qui cum eo
erant venerunt pergen pamphilie Iohannes autem disce-
dens ab eis reversus est iherusalem Illi vero pertranseuntes pergen
venerunt anthiochiam pisidie Et ingressi synagogam die sabba-
torum sederunt post lectionem autem legis et prophetarum miserunt

principes synagoge ad eos dicentes. Viri fratres si quis in vobis sermo est ex-
hortationis ad plebem dicite. Surgens autem paulus et manu silentium
indicens ait. Viri israelite et qui timetis deum audite. Deus plebis
israel elegit patres nostros et plebem exaltavit cum essent incole in terra
egipti. et in brachio excelso eduxit eos ex ea. et per quadraginta annorum
tempus mores eorum sustinuit in deserto. et destruens gentes septem
in terra canaan sorte distribuit eis terram eorum quasi post quadrin-
gentos et quadraginta annos. et post hec dedit iudices usque
ad samuel prophetam. et exinde postulaverunt regem. et dedit eis
deus Saul filium cis virum de tribu beniamyn annis quadraginta
Et amoto illo suscitavit illis david regem. cui et testimonium
perhibens dixit. Inveni david filium yesse virum secundum cor meum
qui faciet omnes voluntates meas. Huius deus ex semine
secundum promissionem eduxit israel salvatorem ihesum predicante
Johanne ante faciem adventus eius baptismum penitencie omni
populo israel. Cum impleret autem Johannes cursum suum dicebat

quem me arbitramini esse non sum ego sed ecce venit post me cuius non
sum dignus calciamenta pedum solvere. Viri fratres filii generis abraham et
qui in vobis timent deum vobis verbum salutis huius missum
est. Qui enim habitabant ierusalem et principes eius hunc ignorantes et
voces prophetarum que per omne sabbatum leguntur iudicantes imple-
verunt, et nullam causam mortis invenientes in eo petierunt a pilato
ut interficerent eum. Cumque consummassent omnia que de eo scripta erant
deponentes eum de ligno posuerunt in monumento. Deus vero
suscitavit eum a mortuis tertia die qui visus est per multos dies his
qui simul ascenderant cum eo de galilea in ierusalem qui usque nunc sunt
testes eius ad plebem. Et nos vobis annuntiamus eam que ad patres nostros
repromissio facta est quoniam deus hanc adimplevit filiis nostris
resuscitans ihesum sicut et in psalmo secundo scriptum est filius meus
es tu ego hodie genui te. Quod autem suscitavit eum a mortuis
amplius iam non reversurum in corruptionem ita dixit quia dabo
vobis sancta david fidelia. Ideoque et alias dicit non dabis sanctum
tuum videre corruptionem. David enim in sua generatione cum

administrasset, voluntati dei dormivit et appositus est ad patres

Quem vero deus suscitavit non vidit corruptionem

suos et vidit corruptionem. Notum igitur sit vobis viri fratres
quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur ab omnibus quibus
non potuistis in lege moysi iustificari. In hoc omnis qui
credit iustificatur. Videte ergo ne superveniat vobis quod dictum
est in prophetis. Videte contemptores et admiramini et disperdimini
quia opus operor ego in diebus vestris opus quod non credetis si
quis enarraverit vobis. Exeuntibus autem illis rogabant
ut sequenti sabbato loquerentur sibi verba hec. Cumque dimissa
esset synagoga secuti sunt multi iudeorum et colentium ad-
venarum paulum et barnabam qui loquentes ad eos suadebant
eis ut permanerent in gratia dei. Factum est autem per universam civitatem
diffamari verbum. Sequenti vero sabbato pene universa civitas
convenit audire verbum domini. Videntes autem turbas iudei repleti
sunt zelo et contradicebant hiis que a paulo dicebantur

blasphemantes. Tunc constanter paulus et barnabas dixerunt. Vobis
oportebat primum loqui verbum dei. sed quoniam repulistis illud et indignos vos
iudicastis eterne vite. Ecce convertimur ad gentes. Sic enim precepit nobis
dominus. Posui te in lumen gentium ut sis in salutem gentibus usque
ad extremum terre. Audientes autem gentes gavise sunt et glorifica-
bant verbum domini. Et crediderunt quotquot erant preordinati
ad vitam eternam. Disseminabatur autem verbum domini per universam regionem.
Iudei autem concitaverunt religiosas mulieres et honestas et primos
civitatis et excitaverunt persecutionem in paulum et barnabam
et eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso pulvere pedum
in eos venerunt yconium. Discipuli quoque replebantur gaudio et spiritu sancto.

IX. Factum est autem in yconio ut simul introirent synagogam
iudeorum et loquerentur ita ut crederet iudeorum et grecorum copiosa
multitudo. Qui vero increduli fuerunt iudei suscitaverunt et ad
iracundiam concitaverunt animas gentium adversus fratres.

autem dedit ipso patre. Multo igitur tempore demorati sunt fiducialiter a-
gentes in domino testimonium perhibente verbo gratie sue dante signa et
prodigia fieri per manus eorum. Divisa est autem multitudo civitatis et
quidam quidem erant cum iudeis, quidam vero cum apostolis. Cum autem
factus esset impetus gentium et iudeorum cum principibus suis ut
contumeliis afficerent et lapidarent eos, intelligentes confugerunt
ad civitates licaonie listram et derben, et universam in circuitu regionem
et ibi evangelizantes erant. Et commota est omnis multitudo
doctrina eorum paulus autem et barnabas commorabantur listris. Et
quidam vir listris infirmus pedibus sedebat claudus ex utero
matris sue qui numquam ambulaverat. Hic audivit paulum loquentem.
Qui intuitus eum et videns quia haberet fidem ut salvus fieret
dixit magna voce: Surge super pedes tuos rectus. Et exilivit
et ambulabat. Turbe autem cum vidissent quod fecerat paulus
levaverunt vocem suam licaonice dicentes: Dii similes facti hominibus

descenderunt ad nos et vocabant barnabam iovem paulum vero mercurium

quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoque iovis qui erat ante civitatem — Iovis thauros

thauros et coronas ~~ante fores~~ afferens ante clamans cum populis volebat sacrifi-

care. quod ubi audierunt apostoli barnabas et paulus conscissis

tunicis suis exilierunt in turbas clamantes et dicentes viri quid

hoc facitis et nos mortales sumus similes vobis homines annunciantes

vobis ab his vanis converti ad deum vivum qui fecit celum et terram

mare et omnia que in eis sunt. qui in preteritis generationibus dimi-

sit omnes gentes ingredi vias suas et quidem non sine testimonio

semetipsum reliquit benefaciens de celo dans pluvias et tempora

fructifera implens cibo et leticia corda vestra. Et hec dicentes vix

sedaverunt turbas ne sibi immolarent. Supervenerunt autem quidam

ab anthiochia et yconio iudei et persuasis turbis lapidantes

que paulum traxerunt extra civitatem existimantes eum mor-

tuum esse. Circumdantibus autem discipulis eum surgens

intravit civitatem. ~~et post~~ die profectus est cum barnaba in

postera autem

Cumque evangelisassent civitati illi et docuissent multos reversi
sunt listram et yconium et anthiochiam confirmantes animas discipulorum
exhortantes ut permanerent in fide. Et quoniam per multas tribulationes oportet
nos intrare in regnum dei. Et cum constituissent illis per singulas
ecclesias presbiteros et orassent cum ieiunationibus commendaverunt eos
domino in quem crediderunt. Transeuntes quoque pisidiam venerunt in
pamphiliam et loquentes in perge verbum dei descenderunt in
ytaliam et inde navigaverunt anthiochiam unde erant traditi gratie
dei in opus quod compleverunt. Cum autem venissent et congregassent
ecclesiam retulerunt quanta fecisset deus cum illis quia aperuisset hostium
fidei gentibus. Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis.

Et quidam descendentes de iudea docebant fratres quia nisi
circumcidamini secundum morem moysi non potestis salvari. Facta ergo
seditione non minima paulo et barnabe adversus illos dicebat
paulus manere illos ita ut crediderunt. Et statuerunt ut ascenderent

paulus et barnabas et quidam alii ex aliis ad apostolos et presbiteros in ierusalem
super hac questione. Illi igitur deducti ab ecclesia pertransibant phenicem et
samariam narrantes conversionem gentium et faciebant gaudium magnum omnibus
fratribus. Cum autem venissent ierusalem paulus et barnabas et qui
cum illis erant suscepti sunt ab ecclesia et ab apostolis et senioribus annun-
ciantes quanta fecisset deus cum illis. Surrexerunt autem quidam de heresi
phariseorum qui crediderant dicentes quia oportet circumcidi eos
precipereque servare legem moysi. Conveneruntque apostoli et seniores
videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret surgens petrus
dixit ad eos. Viri fratres vos scitis quoniam ab antiquis diebus in
nobis elegit deus per os meum audire gentes verbum evangelii
et credere. et qui novit corda deus testimonium perhibuit dans illis
spiritum sanctum sicut et nobis et nichil discrevit inter nos et illos
fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid temptatis deum imponere
iugum super cervicem discipulorum quod neque patres nostri neque nos
portare potuimus. Sed per gratiam domini nostri ihesu christi credimus salvari

q3 Iugum

[illegible]

quemadmodum et illi. Tacuit autem omnis multitudo et audie-

bant barnabam et paulum narrantes quanta fecisset deus signa et

prodigia in gentibus per eos. Et postquam tacuerunt respondit iacobus

dicens. Viri fratres audite me. Symon narravit quemadmodum

primum deus visitavit sumere ex gentibus populum nomini suo. Et huic

concordant verba prophetarum sicut scriptum est. Post hec revertar et reedificabo

tabernaculum david quod decidit et diruta eius reedificabo

et erigam illud ut requirant ceteri hominum dominum et omnes gentes

super quas invocatum est nomen meum dicit dominus faciens hec. Notum

a seculo est domino opus suum. Propter quod ego iudico non inquietari

eos qui ex gentibus convertuntur ad deum. Sed scribere ad eos ut abstineant

se a contaminationibus simulacrorum et fornicatione et suffocatis

et sanguine. Moyses enim a temporibus antiquis habet in singulis

civitatibus qui eum predicent in synagogis ubi per omne sabbatum

legitur. Tunc placuit apostolis et senioribus cum omni ecclesia eligere
viros ex eis et mittere Anthiochiam cum paulo et barnaba iudam
qui cognominabatur barsabas et silam viros primos in fratribus
scribentes per manus eorum. Apostoli et seniores fratres hiis qui sunt
anthiochie et sirie et silicie fratribus ex gentibus salutem.
Quoniam audivimus quia quidam ex nobis exeuntes turbaverunt
vos verbis evertentes animas vestras quibus non mandavimus. Pla-
cuit nobis collectis in unum eligere viros et mittere ad vos cum
karissimis nostris barnaba et paulo hominibus qui tradiderunt
animas suas pro nomine domini nostri ihesu christi. Misimus ergo iudam
et silam qui et ipsi vobis verbis referent eadem. Visum est enim
spiritui sancto et nobis nichil ultra imponere vobis oneris quam hec necessaria ut
abstineatis vos ab ymolatis simulacrorum et sanguine suffocato
et fornicatione et ea que vobis fieri non vultis aliis ne feceritis.
A quibus custodientes vos bene agetis. valete. Illi igitur
dimissi descenderunt anthiochiam et congregata multitudine tradiderunt

epistolam quam cum legissent gavisi sunt super consolatione. Iudas autem
et Silas et ipsi cum essent prophete verbo plurimo consolati sunt
fratres et confirmaverunt eos. Facto autem ibi aliquanto tempore dimissi sunt
cum pace a fratribus ad eos qui miserant illos. Visum est autem
Sile remanere ibi. Solus autem Iudas abiit Ierusalem. Paulus autem et
Barnabas demorabantur Anthiochie docentes et evangelizantes
cum aliis pluribus verbum domini. Post aliquot autem dies dixit
ad Barnabam Paulus: Revertentes visitemus fratres per universas
civitates in quibus predicavimus verbum domini quomodo se habeant. Barnabas
autem volebat secum assumere et Iohannem qui cognominabatur
Marcus. Paulus autem rogabat eum dicens et quia discessisset
ab eis de Pamphilia et non isset cum eis in opus ministerii eum
non debere recipi. Facta est autem dissensio
inter eos ita ut discederent abinvicem. Et Barnabas quidem assumpto
Marco navigaret Cyprum. Paulus vero electo Sila profectus

est traditus gratie domini a fratribus. Perambulabat syriam et ciliciam (aut)
confirmans ecclesias precipiens custodire precepta apostolorum et seniorum.
Pervenit autem in derben et listram
16 Et cum perambulasset has nationes pervenit autem in derben et
listram. Et ecce discipulus quidam erat ibi nomine thimotheus filius mu-
lieris iudee fidelis patre gentili. Huic testimonium reddebant qui
in listris erant et yconio fratres. Hunc voluit paulus secum
proficisci et assumens circumcidit eum propter iudeos qui erant in illis
locis. Sciebant enim omnes quod pater eius gentilis esset. Cum
autem pertransirent civitates tradebant eis custodire dogmata que
erant decreta ab apostolis et senioribus qui erant [in Ierusalem]. Et ecclesie
quidem confirmabantur fide et habundabant numero cottidie. Transeuntes
autem frigiam et galatie regionem vetiti sunt a spiritu sancto loqui
verbum in asia. Cum autem venissent in Mysiam temptabant
ire Bithiniam et non permisit eos spiritus ihesu. Cum autem pertransissent

Mysiam descenderunt troadem. et visio per noctem paulo ostensa est

Vir Macedo quidam erat stans et deprecans eum et dicens Tran

siens in Macedoniam adiuva nos. Ut autem visum vidit statim

quesivimus proficisci in Macedoniam certi facti quod vocasset

nos deus evangelizare eis. Navigantes autem a troade recto cursu

venimus samotrachiam et sequenti die neapolim et inde philippis

que est prima partis Macedonie civitas colonia. Eramus

autem in hac urbe diebus aliquot consistentes. Die autem sabbatorum

egressi sumus foras portam iuxta flumen ubi videbatur oratio esse et sedentes

loquebamur mulieribus que convenerant. Et quedam mulier nomine

lidia purpuraria civitatis thyatirenorum colens deum audivit

cuius dominus aperuit cor intendere hys que dicebantur a paulo

Cum autem baptisata esset et domus eius deprecata est dicens si

iudicastis me fidelem esse domino introite in domum meam et manete

iudicastis

Et coegit nos. Factum est autem euntibus nobis ad oracionem, puellam
quandam habentem spiritum phitonis obviare nobis, que questum magnum
prestabat dominis suis divinando. Hec subsecuta paulum et nos, cla-
mabat dicens: Isti homines servi dei excelsi sunt qui annunciant
vobis viam salutis. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem
paulus et conversus spiritui dixit: precipio tibi in nomine ihesu
xpi exire ab ea. Et exiit eadem hora. Videntes autem domini eius quia
exiit spes questus eorum, apprehendentes paulum et silam perduxerunt
in forum ad principes, et offerentes eos magistratibus dixerunt: Hii homines
conturbant civitatem nostram cum sint iudei, et annunciant morem
quem non licet nobis suscipere neque facere cum simus romani. Et
concurrit plebs adversus eos, et magistratus scissis tu-
nicis eorum iusserunt virgis cedi. Et cum multas plagas
eis imposuissent miserunt eos in carcerem precipientes custodi
ut diligenter custodiret eos. Qui cum tale preceptum accepisset

spes questus

inmisit eos in interiore carcere et pedes eorum strinxit in ligno/

Media autem nocte paulus et silas adorantes laudabant deum

et audiebant eos qui in custodia erant/ Subito vero terre motus

factus est magnus ita ut moverentur fundamenta carceris. Et stati(m)

aperta sunt omnia hostia. et universorum vincula soluta sunt

Expergefactus autem custos carceris et videns apertas ianuas carceris

evaginando gladium volebat se interficere/ estimans fugisse

vinctos/ Clamavit autem paulus voce magna dicens. Nichil

feceris tibi mali/ universi enim hic sumus/ Petito quoque lumine

ingressus est/ et treme factus/ procidit ~~paulo et sile~~ ad pedes

Pauli et Sile

et producens eos foras ait/ Domini quid me oportet facere/ ut

salvus fiam/ At illi dixerunt/ Crede in deum ihm et salvus

eris tu et domus tua/ Et locuti sunt ei verbum domini cum omnibus

qui erant in domo eius/ et tollens eos in illa hora noctis

lavit plagas eorum / Et baptisatus est ipse et omnis domus eius

continuo / Cumque perduxisset eos in domum suam apposuit eis mensam

et letatus est cum omni domo sua credens deo / Et cum dies

factus esset miserunt magistratus lictores dicentes / Dimitte ho-

mines illos / Nunciavit autem custos carceris verba hec paulo / quia

miserunt magistratus ut dimittamini / Nunc igitur exeuntes ite

in pace / Paulus autem dixit eis / Cesos nos publice indempna-

tos homines romanos miserunt in carcerem / et nunc occulte nos

eiciunt / Non ita sit sed veniant / et ipsi nos eiciant / Nuncia-

verunt autem lictores magistratibus verba hec / Timueruntque

audito quod romani essent / et venientes deprecati sunt

eos / et educentes rogabant ut egrederentur de urbe / Exeuntes

autem de carcere introierunt ad lidiam / et visis fratribus conso-

lati sunt eos / et profecti sunt

Cum autem perambulassent amphipolim et appoloniam
et venerunt tessalonicam ubi erat synagoga iudeorum. Secundum
consuetudinem autem paulus introivit ad eos et per sabbata tria
disserebat eis de scripturis adaperiens et insinuans quia
~~Christum oportuit pati et resurgere a mortuis~~ Et quia hic est Christus ihesus
quem ego annuncio vobis. Et quidam ex eis crediderunt et ad-
iuncti sunt paulo et sile et de colentibus gentilibusque multi-
tudo magna et mulieres nobiles non pauce. Zelantes
autem iudei assumentesque de vulgo viros quosdam malos et
turba facta concitaverunt civitatem et assistentes domui iasonis
querebant eos producere in populum. Et cum non invenissent eos
trahebant iasonem et quosdam fratres ad principes civitatis
clamantes et dicentes quoniam hii sunt qui urbem concitant et huc venerunt
quos suscepit iason et hii omnes contra decreta cezaris

fecerunt regem aliu[m] dicentes esse ih[esu]m/ Concitaverunt aut[em] plebem
et p[ri]ncipes civitatis audientes hec. Et accepta satisfactione ab
Jasone et ceteris. dimiserunt eos// Fratres v[er]o confestim p[er] nocte[m]
dimiserunt paulu[m] et silam in beroen (Berocam)/ Qui cum (ad) venissent in
synagoga[m] iudeoru[m] introierunt. Hii aut[em] erat nobiliores eoru[m]
qui sunt tessalonice qui susceperunt v[er]bum cu[m] om[n]i aviditate
cottidie scrutantes scripturas /si ita h[ec] se h[ab]erent/ quemadmodu[m]
paulus annunciaret/ Et multi quide[m] crediderunt ex eis et gentilium
mulieru[m] honestaru[m] et viri no[n] pauci/ Cum aut[em] cognovissent
in tessalonica iudei quia et in beroe predicatu[m] est a paulo v[er]bu[m] d[e]i
venerunt et illuc commoventes et (con)turbantes multitudine[m].
Statim q[ue] tunc paulu[m] dimiserunt fratres ut iret usq[ue]
ad mare Silas aut[em] et thimotheus remanserunt ibi/ Qui
aut[em] (De)ducebant paulu[m] p[er]duxerunt (eum ad) usq[ue] athenas/ Et
accepto mandato ab eo ad silam et thimoteu[m] ut q[uam] celerit[er]

Athenas

venirent ad illum profecti sunt. Paulus autem cum athenis eos expe

ctaret incitabatur spiritus eius in ipso videns ydolatrie deditam civitatem.

Disputabat igitur in synagoga cum iudeis et colentibus deum

et in foro ~~ubi conveniebat omnibus diebus~~ per omnes dies ad eos qui aderant

dicunt. Quidam autem epicurei et stoyci philosophi disserebant cum

eo. Et quidam dicebant quid vult ~~seminator verborum~~ hic dicere alii

vero dicebant novorum demoniorum videtur annuntiator esse

quia ihesum et resurrectionem annuntiabat eis. Et apprehensum eum ad

ariopagum duxerunt dicentes possumus scire que est hec nova que

a te dicitur doctrina. Nova enim quedam infers auribus nostris volumus ergo

scire quid nam velint hec esse. Athenienses autem omnes et advene

hospites ad nichil aliud vacabant nisi aut dicere aut audire

aliquid novi. Stans autem paulus in medio ariopagi dixit viri

athenienses per omnia quasi superstitiosos vos video. Preteriens enim

et videns simulacra vestra inveni et aram in qua scriptum erat

[illegible marginal and interlinear glosses]

Ignoto deo. Quod ergo ignorantes colitis hoc ego annuntio vobis.

Deus qui fecit mundum et omnia que in eo sunt, hic
celi et terre cum sit dominus non in manufactis templis habitat
nec manibus humanis colitur indigens aliquo cum ipse
det omnibus vitam et inspirationem et omnia. Fecitque ex uno homine
omne genus hominum inhabitare super universam faciem terre, diffiniens
statuta tempora et terminos habitationis eorum, querere deum si forte
attractent eum aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum.
In ipso enim vivimus et movemur et sumus, sicut et quidam
vestrorum poetarum dixerunt: ipsius enim et genus sumus. Genus ergo cum
simus dei, non debemus estimare auro aut argento aut lapidi
sculpture artis et cogitationis hominis divinum esse simile.
Et tempora quidem huius ignorantie despiciens deus nunc annun-
tiat hominibus ut omnes ubique penitentiam agant, eo quod statuit
diem in qua iudicaturus est orbem in equitate in viro in quo

[illegible marginal glosses]

statuit fidem prebens omnibus suscitans eum a mortuis. Cum
audissent autem resurrectionem mortuorum quidam quidem irridebant
quidam uero dixerunt audiemus te de hoc iterum. Sic paulus exiuit
de medio eorum. Quidam uero viri adherentes ei crediderunt. in quibus
et dyonisius ariopagita et mulier nomine damaris et alii cum eis. 18
Post hec egressus est ab athenis venit corinthum. et inve-
niens quendam iudeum nomine aquilam ponticum genere qui nuper
venerat ab ytalia et priscillam uxorem eius eo quod precepisset
claudius discedere omnes iudeos a roma. et accessit ad eos. et
quia eiusdem erat artis manebat apud eos et operabatur. Erat
autem scenofactorie artis. et disputabat in synagoga per omne
sabbatum interponens nomen domini ihesu. suadebatque iudeis
et grecis. Cum venissent autem de macedonia sylas
et thimotheus instabat verbo paulus testificans iudeis
esse christum ihesum. Contradicentibus autem eis et blasphemantibus

excuciens vestimenta sua dixit ad eos Sanguis vester super caput vestrum
mundus ego ex hoc ad gentes vadam Et migrans inde intravit
in domum cuiusdam nomine Titi iusti colentis deum Cuius domus erat
coniuncta synagoge Crispus autem archisynagogus credidit domino
cum omni domo sua Et multi corinthiorum audientes credebant
et baptizabantur Dixit autem dominus nocte per visionem paulo Noli timere
sed loquere et ne taceas propter quod ego sum tecum et nemo apponetur
tibi ut noceat te quoniam populus est michi multus in hac civitate
Sedit autem ibi annum et sex menses docens apud eos verbum dei Galli
one autem proconsule achaye insurrexerunt uno animo iudei in paulum
et adduxerunt eum ad tribunal dicentes quia contra legem hic
persuadet hominibus colere deum Incipiente autem paulo aperire
os dixit gallio ad iudeos siquidem esset iniquum aliquid aut facinus
pessimum o viri iudei recte vos sustinerem Si vero questiones sunt
de verbo et nominibus legis vestre vos ipsi videritis iudex ego horum nolo esse

Sostenen

eminavit eos a tribunali. Apprehendentes autem omnes Sosthenem
principem synagoge percutiebat eum ante tribunal et nihil horum
Gallioni cure erat. Paulus vero cum adhuc sustinuisset dies multos
fratribus valefaciens navigavit Syriam et cum eo Priscilla et Aquila
qui sibi totonderat in Cencris caput habebat enim votum. Devenit
Devenit Ephesum et illos ibi reliquit. Ipse vero ingressus synagogam
disputabat cum Iudeis. Rogantibus autem eis ut ampliori tempore manerent
non consensit sed valefaciens et dicens oportet me sollempnem diem ad
venientem facere Iherosolimis et iterum revertar ad vos deo volente pro
fectus est ab Epheso et descendens Cesaream ascendit et salutavit ecclesiam
et descendit Anthiochiam et facto ibi aliquanto tempore profectus est ab Epheso
et perambulans ex ordine Gallaticam regionem et Phrigiam confirmans
omnes discipulos. Iudeus autem quidam Appollo nomine Allexandrinus
natione vir eloquens devenit Ephesum potens in scripturis. Hic erat
edoctus viam domini et fervens spiritu loquebatur et docebat diligenter ea

que sunt ihesu, sciens tantum baptisma iohannis. Hic ergo cepit fiducia-
agere in synagoga. Quem cum audisset priscilla et a-
quila assumpserunt eum et diligentius exposuerunt ei viam domini.
Cum autem vellet ire achayam, exhortati fratres scripserunt discipulis
ut susciperent eum. Qui cum venisset contulit multum hiis qui credi-
derant. Vehementer enim iudeos revincebat publice, ostendens per scripturas
19 Factum est autem cum apollo esset corinti et paulus esse ihesum christum
peragratis superioribus partibus veniret ephesum et inveniret
quosdam discipulos dixitque ad illos eos: Si spiritum sanctum accepistis
credentes. At illi dixerunt ad eum: Sed neque si spiritus sanctus est
audivimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui di-
xerunt: In iohannis baptismate. Dixit autem paulus: Iohannes
baptizavit baptismo penitentie populum, dicens in eo ~~meum~~ qui venturus esset post
ipsum ut crederent, hoc est in ihesum. His auditis baptizati sunt
in nomine domini ihesu. Et cum imposuisset illis manum

paulus venit spiritus sanctus super eos et loquebantur linguis et prophetabant

ita ut ipsi sibi interpretarentur. Erant autem omnes viri fere duodecim.

Ingressus autem in synagogam cum fiducia loquebatur per tres

menses disputans et suadens de regno dei. Cum autem quidam

indurarentur et non crederent maledicentes viam domini coram multitudine

discedens ab eis segregavit discipulos cottidie disputans in scola

tyranni cuiusdam ab hora quinta usque ad horam quintam decimam. Hoc

autem factum est per biennium ita ut omnes qui habitabant in asia

audirent verbum domini iudei atque gentiles. Virtutes quoque non modicas

deus faciebat per manus pauli ita ut etiam super languidos deferrent

a corpore eius sudaria vel semicinctia et recedebant ab eis languores

et spiritus nequam egrediebantur. Temptaverunt autem quidam et de

circumeuntibus iudeis exorcistis invocare super eos qui habebant

spiritus malos nomen domini ihesu dicentes Adiuro vos per ihesum quem

paulus predicat. Erant autem quidam sceve iudei principis sacerdotum

septem filii qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus nequam dixit
eis Ihesum novi et paulum scio vos autem qui estis. Et insiliens
homo in eos in quo erat demonium pessimum et dominatus est amborum
et invaluit contra eos ita ut nudi et vulnerati effugerent de
domo illa. Hoc autem notum factum est omnibus iudeis atque gentilibus
qui habitabant ephesi. Et cecidit timor super omnes illos et magni-
ficabatur nomen domini ihesu. Multique credentium veniebant confi-
tentes peccata sua [et annunciantes actus suos]. Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati contu-
lerunt libros et combusserunt eos coram omnibus et computatis preciis
illorum invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta milium.
Ita fortiter verbum dei crescebat et confirmabatur. His autem expletis
proposuit paulus in spiritu transire a Macedonia et achaia et
ire Ierusalem dicens quoniam postquam fuero ibi oportet me et romam
videre. Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi thy-
motheum et erastum ipse remansit ad tempus in Asia. Facta

Est autem in illo tempore turbatio non minima de via domini. Demetrius
enim quidam nomine argentarius faciens edes argenteas dyane
prestabat artificibus non modicum questum. Viri scitis quia de
hoc artificio acquisitio est nobis. Et nos conuocans et eos qui
eiusmodi erant opifices dixit. Viri scitis quia de hoc artificio
acquisitio est nobis. Et videtis et auditis quia non solum ephesi
sed pene totius asye paulus hic suadens auertit multam turbam
dicens quoniam non sunt dij qui manibus fiunt. Non solum autem hec
periclitabitur nobis pars in redargutionem venire sed et ma-
gne dyane templum in nichilum reputabitur sed et destrui
incipiet maiestas eius quam tota asya et orbis colit. Hys auditis
repleti sunt ira et exclamauerunt dicentes. Magna dyana
ephesiorum. Et impleta est ciuitas confusione et impetum
fecerunt vno animo in theatrum. Et rapto gayo et aristarco ma-
cedonibus comitibus pauli. Paulo autem volente intrare

in populum non permiserunt eum discipuli. Quidam autem et de Asie
principibus qui erant amici eius miserunt ad eum rogantes
ne se daret in theatrum. Alii autem aliud clamabant. Erat enim
autem ecclesia confusa et plures nesciebant qua ex causa conveni-
ssent. De turba autem detraxerunt quendam Alexandrum propellentibus
eum Iudeis. Alexander autem manu silentio postulato volebat
rationem reddere populo. Quem ut cognoverunt Iudeum esse
vox facta est una omnium quasi per horas duas clamantium
Magna Diana Ephesiorum. Et cum sedasset scriba turbas dixit
Viri Ephesii quis enim est hominum qui nesciat civitatem Ephe-
siorum cultricem esse Magne Diane Iovisque prolis. Cum ergo
his contradici non possit oportet vos sedatos esse et nihil
temere agere. Adduxistis enim homines istos neque sacrilegos
neque blasphemantes deam vestram. Quod si Demetrius et qui cum
eo sunt artifices habent adversum aliquem causam conveniunt

forenses aguntur et proconsules sunt accusent se invicem. Si
quid autem alterius rei queritis, in legittima ecclesia poterit absolvi.
Nam et periclitamur argui seditionis hodierne cum nullus
obnoxius sit de quo possimus reddere rationem concursus istius.
Et cum hec dixisset dimisit ecclesiam.

Postquam autem cessavit tumultus vocatis Paulus discipulis 20
et exhortatus eos valedixit et profectus est ut iret in Macedoniam.
Cum autem perambulasset partes illas et exhortatus eos fuisset multo
sermone venit ad Greciam. Ubi cum fecisset menses tres, facte
sunt illi insidie a Iudeis navigaturo in Syriam. Habuitque con-
silium ut reverteretur per Macedoniam. Comitatus est autem eum Sopater
Pyrri Beroensis. Thessalonicensium vero Aristarcus et
Secundus et Gayus Derbeus et Thimotheus. Asiani vero Tychicus
et Trophimus. Hii cum precessissent sustinebant nos Tro-
ade. Nos vero navigavimus post dies azimorum a Philippis

ubi expectabant comites pauli qui eum precesserant

et venimus ad eos troadem in diebus quinque ubi demorati sumus

diebus septem. In una autem sabbati cum convenissemus ad frangendum

panem paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum

protraxitque sermonem usque in mediam noctem. Erant autem

lampades copiose in cenaculo ubi eramus congregati. Sedens

autem quidam adolescens nomine euthicus super fenestram

cum mergeretur sompno gravi cecidit de tercio cenaculo deorsum

et sublatus est mortuus. Ad quem cum descendisset paulus

incubuit super eum et complexus dixit. Nolite turbari

anima enim ipsius in ipso est. Ascendens autem frangensque

panem et gustans satisque allocutus usque in lucem sic pro

fectus est. Adduxerunt autem puerum viventem et consolati

sunt non minime. Nos autem ascendentes navem

navigavimus in asson inde suscepturi paulum. Sic enim

disposuerat ipse per terram iter facturus. Cum autem convenisset

s. paulo

nos in ason assumpto eo venimus mytilenen et inde navi-
gantes sequenti die venimus contra chium et alia die applicuimus
samum et sequenti die venimus myletum. Proposuerat enim paulus
transnavigare ephesum ne aliqua mora illi fieret in asya. Festina-
bat enim si possibile sibi esset ut diem penthecostes faceret ierusalem.
A mileto autem mittens ephesum vocavit maiores natu ecclesie.
Qui cum venissent ad eum et simul essent dixit eis. Vos scitis
a prima die qua ingressus sum in asya qualiter vobiscum per omne
tempus fuerim serviens domino cum omni humilitate et
mansuetudine lacrimis et temptationibus que michi acciderunt
ex insidiis iudeorum quo nichil subtraxerim vobis utilium quo
minus annunciarem vobis et docerem vos publice et per domos
testificans iudeis atque gentilibus in deum penitenciam et fidem in dominum
nostrum ihesum christum. Et nunc ecce ego alligatus spiritu vado
in ierusalem et que in ea ventura sunt michi ignorans

Nisi quod spiritus sanctus per omnes civitates protestatur michi dicens quoniam
vincula et tribulationes me manent. Sed nichil horum
vereor nec facio animam meam preciosiorem quam me dummodo consumem
cursum meum et ministerium verbi quod accepi a domino Ihesu
testificari ewangelium gratie dei. Et nunc ecce ego scio quia am-
plius non videbitis faciem meam vos omnes per quos transivi predicans regnum dei.
Quapropter contestor vos hodierna die quia mundus
sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi quominus annunciarem
omne consilium dei vobis. Attendite vobis et universo gregi
in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei quam
acquisivit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post disces-
sionem meam lupi rapaces in vos non parcentes gregi. Et
ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa ut abducant
discipulos post se. Propter quod vigilate memoria retinentes
quoniam per triennium nocte et die non cessavi cum lacrimis

monens unum quemque vestrum. Et nunc commendo vos deo et verbo

gratie ipsius qui potens est edificare et dare hereditatem

in sanctificatis omnibus. Argentum et aurum et vestem

nullius concupivi, sicut ipsi scitis, quoniam ad ea que michi

opus erant et hiis qui mecum sunt ministraverunt manus iste.

Omnia ostendi vobis quoniam sic laborantes oportet suscipere

infirmos ac meminisse verbi domini Ihesu quoniam ipse dixit beatius

est magis dare quam accipere. Et cum hec dixisset positis genibus

suis cum omnibus illis oravit. Magnus autem fletus factus est

omnium et procumbentes super collum Pauli osculabantur eum

dolentes maxime in verbo quod dixerat quoniam amplius

faciem eius non essent visuri. Et deducebant eum ad

navem.

Cum autem factum esset ut navigaremus abstracti ab eis 21

recto cursu venimus Choum et sequenti die Rhodum

et inde patara[m] ~~deinde myra~~ Et cum invenissemus navem

transfretantem in phenicem ascendentes ~~navem~~ navigavimus ~~in syriam et venimus~~

Cum apparuissemus autem Cypro relinquentes eam ad sinistram navigavimus ~~Thyrum Ibi~~

~~Cum autem appropinquassemus cyprum relinquentes eam ad~~

gavimus in Syriam et venimus Thirum

~~sinistram navigavimus in syria et venimus in thyrum~~ Ibi enim

erat navis expositura onus. Invenientes autem discipulos

mansimus ibi diebus septem qui paulo dicebant per spiritum ne ascenderet ierusalem

Et expletis diebus profecti ibamus deducentibus nos omnibus

cum uxoribus et filiis usque foras civitatem. Et positis genibus

in litore oravimus. Et cum valefecissemus invicem ascendimus

in navem. Illi autem redierunt in sua. Nos vero navigatione

expleta a tyro descendimus ptolomaidem et salutatis

fratribus mansimus die una ~~apud illos~~. Alia autem die pro-

fecti venimus cesaream. Et intrantes domum philippi evan-

geliste qui erat unus de septem diaconibus mansimus apud

Zona

cum. Huic aut erant filie quatuor virgines prophetantes. Et
cum moraremur dies ibi aliquot supervenit quidam a iudea pro-
pheta nomine agabus. Is cum venisset ad nos tulit zonam pauli
et alligans sibi pedes et manus dixit. Hec dicit spiritus sanctus.
Virum cuius zona hec est sic alligabunt in ierusalem iudei et tradent
in manus gentium. Quod cum audissemus rogabamus nos
et qui loci erant ne ascenderet ipse ierusalem. Tunc respondit paulus
et dixit. Quid facitis flentes et affligentes cor meum. ~~Ego enim~~
~~non solum alligari sed et mori in ierusalem paratus sum propter nomen~~
~~domini ihesu.~~ Et cum ei suadere non possemus quievimus
dicentes. Domini fiat voluntas. Post dies aut istos preparati
ascendebamus ierusalem. Venerunt aut quidam ex discipulis a cesarea
nobiscum adducentes secum apud quem hospitaremur iasonem
quendam cyprium antiquum discipulum. Et cum venissemus ierusalem
libenter exceperunt nos fratres. Sequenti aut inde die

Expositio ...

introibat paulus nobiscum ad iacobum / omnesque collecti sunt
seniores quos cum salutasset narrabat per singula que fecisset
deus in gentibus per ministerium ipsius At illi cum audissent ma-
gnificabant deum / Dixeruntque ei / Vides frater quot milia sunt
in iudeis qui crediderunt / et omnes emulatores sunt legis.
/ Audierunt autem de te quia discessionem doceas a moyse
eorum qui per gentes sunt iudeorum dicens non debere eos circumci-
dere filios suos neque secundum consuetudinem ingredi debere / Quid
ergo est utique oportet convenire multitudinem / Audient enim
te supervenisse / hoc ergo fac quod tibi dicimus / Sunt nobis viri
quatuor votum habentes super se / hiis assumptis sanctifica te cum
illis et impende in illis ut radant capita sua et sciant
omnes quia que audierunt de te falsa sunt / sed ambulans
et ipse custodiens legem / De hiis autem qui crediderunt ex gen-
tibus nos scripsimus iudicantes ut abstineant se ab ydolo-
et immolato et sanguine et suffocato et a fornicatione / Tunc
paulus assumptis viris postera die purificatus cum illis

intravit in templum annuncians expletionem dierum purificationis

donec offerretur pro uno quoque eorum oblatio. Dum autem septem dies

consummarentur hii qui de Asia erant iudei cum vidissent

paulum in templo concitaverunt omnem populum et miserunt ei

manus clamantes. Viri israhelite adiuvate nos. Hic est homo

qui adversus populum et legem et locum hunc omnes ubique docens

insuper et gentiles induxit in templum et violavit sanctum

locum istum. Viderant enim trophimum ephesium in civitate

cum ipso quem estimaverunt quoniam in templum introduxisset paulus.

Commotaque est civitas tota et facta est concursio populi. Et apprehe-

dentes paulum trahebant eum extra templum et statim clause

sunt ianue. Querentibus autem eum occidere nunciatum est

tribuno cohortis quia tota confunditur Iherusalem. Qui statim assumptis

militibus et centurionibus decucurrit ad illos. Qui cum

vidissent tribunum et milites cessaverunt percutere paulum.

Tunc accedens tribunus apprehendit eum et iussit

alligari kathenis duabus/ et interrogabat quis esset et quid fe
cisset / alii autem aliud clamabant in turba Et cum non posset certum
cognoscere pre tumultu, iussit duci eum in castra / Et cum ve
nisset paulus ad gradus contigit ut portaretur a militibus propter
vim populi/ Sequebatur enim multitudo populi clamans
tolle eum/ Et cum cepisset induci in castra/ paulus dicit tri
buno/ si licet michi loqui aliquid ad te/ qui dixit Grece
nosti/ Nonne tu es egiptius qui ante hos dies tumultum
concitasti et duxisti in desertum quatuor milia virorum
sicariorum/ Et dixit ad eum paulus/ Ego homo sum quidem
iudeus natus a tharso cilicie non ignote civitatis municeps
Rogo autem te permitte michi loqui aliquid ad populum
Et ille cum permisisset, paulus stans in gradibus annuit
manu ad plebem et magno silencio facto allocutus est ebrea
lingua dicens
Viri fratres et patres audite quam ad vos nunc
reddo rationem/ Cum audissent autem quidam quia ebrea

loquebatur

lingua loqueretur ad illos magis praestiterunt silentium. Et dixit

Ego sum vir Iudaeus natus Tharsis Ciliciae nutritus autem in ista

civitate secus pedes Gamalielis eruditus iuxta veritatem paternae

legis aemulator legis existens sicut et vos omnes estis

hodie. Qui hanc viam persecutus sum usque ad mortem alli-

gans et tradens in custodias viros ac mulieres sicut

princeps sacerdotum mihi testimonium reddit et omnes

maiores natu a quibus et epistolas (epistolam) accipiens ad fratres

Damascum pergebam ut adducerem vinctos inde in Ierusalem ut

punirentur. Factum est autem eunte me et appropinquante Da-

masco media die subito de caelo circumfulsit me lux copiosa

et decidens in terram audivi vocem de caelo dicentem mihi Saule

Saule quid me persequeris durum est tibi contra stimulum calcitrare

Ego autem respondi Quis es domine Dixit ad me Ego

sum Ihesus Nazarenus quem tu persequeris Et qui mecum

erant lumen quidem viderunt vocem autem non audierunt

eius qui loquebatur mecum. Et dixi quid faciam domine. Dominus
autem dixit ad me. Surgens vade damascum et ibi tibi dicetur
de omnibus que (quid) te oporteat facere. Et cum non viderem pre claritate
luminis illius, ad manum deductus a comitibus veni damascum.
Ananias autem quidam vir secundum legem habens testimonium ab omnibus
cohabitantibus (damasco) ibi iudeis veniens ad me et astans dixit mihi
Saule frater respice in me. Et ego eadem hora respexi in eum.
(Et) At ille dixit michi. Deus patrum nostrorum preordinavit te ut cognos-
ceres voluntatem eius et videres iustum et audires vocem
ex ore eius quia eris testis illius ad omnes homines eorum
que vidisti et audisti. Et nunc quid moraris? Exurge (vade) et bapti-
zare et ablue peccata tua invocato nomine ipsius. Factum est
autem revertenti mihi in Ierusalem et oranti in templo fieri me in
stupore mentis et videre illum dicentem michi. Festina et
exi velociter ex Ierusalem quoniam non recipient testimonium tuum de
me. Et ego dixi. Domine ipsi sciunt quia ego eram concludens

in carcerem et cedens per synagogas eos qui credebant in te. Et cum

funderetur sanguis stephani testis tui ego astabam et consentiebam

et custodiebam vestimenta interficientium illum. Et dixit ad me. Vade

quoniam ego ad nationes longe mittam te. Audiebant autem eum usque

adhoc verbum et levaverunt vocem suam dicentes tolle de terra eiusmodi

Non enim fas est eum vivere. Vociferantibus autem eis et proicientibus

vestimenta sua et pulverem iactantibus in aerem iussit tribunus

induci eum in castra et flagellis cedi et torqueri eum ut

sciret propter quam causam sic ~~acclamarent~~ acclamaret ei. Et cum

astrinxisset eum loris dixit astanti sibi centurioni paulus.

Si hominem romanum et indempnatum licet vobis flagellare.

Quo audito centurio quia civem romanum se esse dixit

accessit ad tribunum et nunciavit dicens. Quid acturus

es. Hic enim homo civis romanus est. Accedens autem tribunus

dixit illi. Dic michi si tu romanus es. At ille dixit

etiam. Et respondit tribunus. Ego multa summa civitatem

flagellis

hanc consecutus sum. Et paulus ait Ego autem et natus sum. Protinus
ergo discesserunt ab illo qui eum torturi erant. Tribunus quoque
timuit postquam rescivit quia civis romanus esset et quia alli-
gasset eum. Postera autem die volens scire diligentius qua 23
ex causa accusaretur a iudeis, solvit eum et iussit sacerdotes convenire
et omne concilium. Et producens paulum statuit inter illos.
Intendens autem in concilium paulus ait. Viri fratres ego omni
conscientia bona conversatus sum ante deum usque in hodiernum
diem. Princeps autem sacerdotum ananias precepit astantibus sibi Index
percutere os eius. Tunc paulus dixit ad eum. Percutiet te deus
paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundum legem et contra
legem iubes me percuti. Et qui astabant dixerunt sacerdotem dei
summum maledicis. Dixit autem paulus. Nesciebam fratres quia
princeps est sacerdotum. Scriptum est enim. Principi populi tui non ma-
ledices. Sciens autem paulus quia una pars esset saduceorum et altera
phariseorum exclamavit in concilio. Viri fratres ego phariseus sum

Saducei
Pharizei
Esseni

filius phariseorum de spe et de resurrectione mortuorum ego iudicor

Et cum hec dixisset facta est dissensio inter phariseos et saduceos et

soluta est multitudo Saducei enim dicunt non esse resurrectionem mortuorum

neque angelum neque spiritum pharisei autem utraque confitentur Factus est

autem clamor magnus Et surgentes quidam phariseorum pugnabant

inter se dicentes Nichil mali invenimus in homine isto Quod

si spiritus locutus est ei aut angelus Et cum magna dissensio facta

esset timens tribunus ne discerperetur paulus ab ipsis iussit

milites descendere et rapere eum de medio eorum ac deducere in castra

Sequenti autem nocte assistens ei dominus ait Constans esto paule

sicut enim testificatus es de me in ierusalem sic te oportet et rome testi-

ficari Facta autem die collegerunt se quidam iudeorum et devoverunt

se dicentes neque manducaturos neque bibituros donec occiderent

paulum Erant autem plus quam quadraginta viri qui hanc

coniurationem fecerant Qui accesserunt ad principes sacerdotum

et seniores et dixerunt Devotione devovimus nichil nos

gustaturos donec occidamus paulum. Nunc autem (ergo) vos notum facite tribuno

cum concilio ut producat (per) illum ad vos tamquam aliquid certius cognituri

de eo. Nos vero prius quam appropiet parati sumus interficere illum. Quod cum audisset

filius sororis pauli insidias, venit et intravit in castra nunciavitque

paulo. Vocans autem paulus ad se unum ex centurionibus ait: Adole-

scentem hunc perduc ad tribunum, habet enim aliquid indicare illi.

Et ille quidem assumens eum duxit ad tribunum et ait: Vinctus

paulus vocans rogavit me hunc adolescentem perducere ad te

habentem loqui aliquid tibi. Apprehendens autem tribunus manum

illius secessit cum eo seorsum et interrogavit illum: Quid est hoc

quod habes indicare michi? Ille autem dixit: Iudeis convenit rogare

te ut crastina die paulum producas (per) in concilium quasi aliquid

certius inquisiturus sit de illo. Tu vero ne credideris illis. Insidiantur

enim ei ex eis viri amplius quam quadraginta, qui se devoverunt

non manducare neque bibere donec interficiant eum. Et nunc parati

sunt expectantes promissum tuum. Tribunus igitur dimisit

adolescentem precipiens ne cui loqueretur quod nota hec sibi fecisset
Et convocatis duobus centurionibus dixit ad eos parate milites
ducentos ut eant usque cesaream et equites septuaginta et lance-
arios ducentos a tercia hora noctis et iumenta preparate ut
imponentes paulum salvum perducerent ad felicem presidem.
Timuit enim ne forte raperent eum iudei et occiderent et ipse
postea calumpniam sustineret quasi munera accepisset scribens
ei epistolam continentem hec. Claudius lysias optimo presidi
felici salutem. Virum hunc apprehensum a iudeis et incipientem
interfici ab eis superveniens cum exercitu eripui cognito quia
romanus est volensque scire causam quam obiciebant illi deduxi
eum in concilium eorum quem inveni accusari de questionibus legis
ipsorum nichil vero dignum morte aut vinculis habentem crimen. Et
cum michi perlatum esset de insidiis quas paraverant ei confestim
misi ad te denuncians et accusatoribus ut dicant apud te.
Vale. Milites ergo secundum preceptum sibi assumentes paulum duxerunt

per noctem in antipatridem. Et postera die dimissis equitibus
ut irent cum eo reversi sunt ad castra. Qui cum venissent Ce-
zaream et tradidissent epistolam presidi statuerunt ante illum
et paulum. Cum legisset autem et interrogasset de qua provincia
esset et cognoscens quia de Cilicia [illegible] Audiam te inquit
cum accusatores tui venerint. Iussitque in pretorio herodis custodiri eum.

28 Post quinque autem dies descendit princeps sacerdotum nomine
ananias cum senioribus quibusdam et tertullo quodam
oratore qui adierunt presidem adversus paulum. Et citato paulo
cepit accusare tertullus dicens. Cum in multa pace agamus
per te et multa corrigantur per tuam providentiam semper et ubique suscipimus
primus optime felix cum omni gratiarum actione. Ne diutius
autem protraham oro breviter ut audias nos pro tua
clementia. Invenimus hunc hominem pestiferum et conci-
tantem seditiones [illegible] in universo orbi terrarum
omnibus iudeis et auctorem seditionis secte nazarenorum
in universo orbe

Felix

qui etiam templum violare conatus est / quem et apprehensum

et voluimus secundum legem nostram iudicare / Superveniens autem

tribunus lysias cum vi magna eripuit eum de manibus nostris /

iubens accusatores eius ad te venire / a quo poteris ipse iudicans de

omnibus istis cognoscere de quibus nos accusamus eum / Adiecerunt

autem et iudei dicentes hec ita se habere / Respondit autem paulus annuente

sibi preside dicere / Ex multis annis esse te iudicem genti huic sciens bono

animo pro me satisfaciam / Potes enim cognoscere quia non plus sunt dies

michi quam duodecim ex quo ascendi adorare in ierusalem / Et neque in templo

invenerunt me cum aliquo disputantem / aut concursum facientem

turbe / neque in synagogis / neque in civitate / neque probare possunt tibi de quibus

nunc accusant me / Confiteor autem hoc tibi quod secundum sectam quam dicunt

heresim sic deservio patri deo meo credens omnibus que in lege

et prophetis scripta sunt / et in ihesu nazareno impleta sunt / spem habens

in deum quam et ipsi hii expectant resurrectionem futuram bonorum iustorum

et iniquorum / In hoc et ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere

ad deum et ad homines semper. Post annos autem plures elemosinas
facturus in gentem meam veni et oblationes et vota in quibus
invenerunt me purificatum in templo non cum turba neque cum tumultu
et apprehenderunt me clamantes et dicentes tolle inimicum
nostrum. Quidam autem ex Asia iudei quos oportebat apud te presto esse
et ut accusarent si quid haberent adversum me. Aut hii ipsi dicant
si quid invenerunt in me iniquitatis cum stem in concilio nisi
de una hac plurium voce qua clamavi inter eos stans quoniam
de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie a vobis. Distulit
autem illos felix certissime sciens de via dicens cum tribunus lysias
descenderit audiam vos. Iussitque centurioni custodire eum et habere
requiem nec quemquam prohibere de suis ministrare ei. Post aliquot
autem dies veniens felix cum drusilla uxore sua que erat iudea
vocavit paulum et audivit
rogavit ut videret paulum et audiret ab eo fidem que est in christo
ihesu. Disputante autem illo de iusticia et castitate et iudicio futuro
tremefactus felix respondit quod nunc attinet vade tempore autem
opportuno accersiam te. Simul et sperans quia pecunia daretur

ei a paulo / propter quod et accersiens eum frequenter loquebatur cum eo. Bi-
ennio autem expleto accepit successorem felix porcium festum / volens autem
gratiam prestare iudeis felix / reliquit paulum vinctum /

Festus

Festus ergo cum venisset in provinciam post triduum ascendit Ierusalem
a cesarea / Adieruntque eum principes sacerdotum et primi iudeorum
adversus paulum et rogabant eum postulantes gratiam adversus 27
eum / ut iuberet perduci eum ierusalem / insidias tendentes ut eum interfi-
cerent in via / festus quidem autem respondit servari quidem paulum in cesarea
se autem maturius profecturum / Qui ergo in vobis ait potentes sunt
descendentes simul si quod est in viro crimen accusent eum / De-
moratus autem inter eos dies non amplius quam octo aut decem
descendit cesaream / Et altera die sedit pro tribunali et iussit
paulum adduci / Qui cum perductus esset circumsteterunt eum
qui ab ierusolima descenderant iudei multas et graves causas
obicientes ei / quas non poterant probare / paulo autem rationem
reddente quia neque in legem iudeorum / neque in templum neque in

[illegible]

cezarem quicquam peccavi. Festus autem volens iudeis graciam prestare respondens

paulo dixit. Vis ierosolimam ascendere et ibi de hiis iudicari apud

me? Dixit autem paulus. Ad tribunal cezaris sto, ibi me oportet

iudicari. Iudeis non nocui sicut tu melius nosti. Si enim nocui

aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori. Si vero nichil

est horum in quibus hii accusant me, nemo potest illis me donare.

Cezarem appello. Tunc festus cum consilio locutus respondit. Cezarem

appellasti, ad cezarem ibis. Et cum dies aliquot transacti essent

Agrippa rex et beronice descenderunt cezaream ad salutandum

festum. Et cum dies plures ibi morarentur, festus regi indicavit

de paulo dicens. Vir quidam est derelictus a felice vinctus de quo

cum essem ierosolimis adierunt me principes sacerdotum et seniores

iudeorum postulantes adversus illum dampnacionem. Ad quos

respondi quia non est consuetudo romanis aliquem hominem

dampnare prius quam is qui accusatur presentes habeat

accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina

que ei obiciuntur. Cum ergo huc convenissent sine ulla

dilatione sequenti die sedi pro tribunali iussi adduci virum de quo
cum astitissent accusatores nullam causam deferebant de quibus ego sus-
picabar malum questiones vero quasdam de sua superstitione habebant
adversus eum et de quodam Ihesu defuncto quem affirmabat paulus
vivere. Hesitans autem ego de huiusmodi questione dicebam si vellet ire Ierosolimam
et ibi iudicari de istis. Paulo autem appellante ut servaretur ad Augusti
cognitionem iussi servari eum donec mittam eum ad Cesarem. Agrippa autem
ad Festum dixit. Volebam et ipse hominem audire. Cras inquit
audies eum. Altera autem die cum venisset Agrippa et Beronice
cum multa ambitione et introissent in auditorium cum tribunis et
viris principalibus civitatis iubente Festo adductus est paulus
Et dixit Festus Agrippa rex et omnes qui simul adestis nobiscum
viri videtis hunc hominem de quo omnis multitudo Iudeorum
interpellavit me Ierosolimis petentes et acclamantes non oportere
eum vivere amplius. Ego vero comperi nichil eum morte di-
gnum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum iudicavi
mittere. De quo quid certum scribam domino meo non habeo.

a paulo

produxi eum ad vos et maxime ad te rex agrippa ut interrogatione

facta habeam quid scribam. Sine ratione enim michi videtur vinctum et causas eius

Agrippa

26 Agrippa vero ad paulum ait: permittitur tibi loqui pro temet ipso.

Tunc paulus extenta manu cepit racionem reddere. De omnibus

quibus accusor a iudeis rex agrippa estimo me beatum apud te cum

sim defensurus me hodie, maxime te sciente omnia que apud

iudeos sunt consuetudines et questiones. Propter quod obsecro pa-

tienter me audias. Et quidem vitam meam a iuventute que ab

inicio fuit in gente mea in ierosolimis noverunt omnes

iudei prescientes me ab inicio si velint testimonium perhibere

quoniam secundum certissimam sectam nostre religionis vixi phariseus. Et

nunc in spe que ad patres nostros repromissionis facta est a deo sto

iudicio subiectus in qua duodecim tribus nostre nocte ac die deser-

vientes sperant devenire. De qua spe accusor a iudeis rex.

Quid incredibile iudicatur apud vos si deus mortuos suscitat.

Et ego quidem existimaveram me adversus nomen ihesu nazareni

debere multa contraria agere, quod et feci ierosolimis, et multos

sanctorum ego in carceribus inclusi a principibus sacerdotum potestate accepta

Et cum occiderentur detuli sententiam. Et per omnes synagogas frequenter puniens
eos compellebam blasphemare nomen ihesu. et amplius insa-
niens in eos persequebar usque in exteras civitates. In quibus
dum irem damascum cum potestate et promissione principum sacerdotum
die media in via vidi rex de celo supra splendorem solis circumfulsis-
se me lumen et eos qui mecum simul erant. Omnesque nos
cum decidissemus in terram audivi vocem loquentem michi ebraica
lingua. Saule saule. quid me persequeris. durum est tibi contra
stimulum calcitrare. Ego autem dixi. Quis es domine. Dixit autem
dominus. Ego sum ihesus nazarenus quem tu persequeris. Sed exurge
et sta super pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi ut constituam
te ministrum et testem eorum que vidisti et eorum quibus apparebo
tibi eripiens te de populo et gentibus in quas nunc ego mitto te
aperire oculos eorum ut convertantur a tenebris ad lucem et de potestate sa-
thane ad deum ut accipiant remissionem peccatorum et sortem inter
sanctos per fidem que est in me. Unde rex agrippa non fui
incredulus celesti visioni. Sed hys qui sunt damasci
primum et ierusolimis et in omnem regionem iudee et gentibus

annunciabam ut penitentiam agerent et converterentur ad deum digna penitentie

opera facientes. Hac ex causa me iudei cum essem in templo com-

prehensum temptabant ~~volentes me~~ interficere. Auxilio autem

adiutus dei usque in hodiernum diem sto testificans minori atque maiori

nichil extra dicens quam ea que prophete sunt locuti et moyses futura

esse. Si passibilis est christus, si primus ex resurrectione mortuorum

lumen annunciaturus est populo et gentibus. Hec loquente eo et ratione

reddente festus magna voce dixit. Insanis paule, multe

littere te ad insaniam convertunt. Et paulus ~~att~~ Non insanio inquit

optime feste, sed veritatis et sobrietatis verba eloquor. Scit enim de

hiis rex ad quem et constanter loquor. Latere enim eum nichil horum

arbitror. Neque enim ~~in~~ in angulo quicquam horum gestum est. Credis

rex agrippa prophetis? Scio quia credis. Agrippa autem ad paulum:

~~att~~ In modico suades me christianum fieri. Et paulus: Opto apud

deum et in modico et in magno non tantum te sed et omnes hos

qui audiunt hodie fieri tales qualis et ego sum exceptis vinculis

hiis. Et surrexit rex et beronice et preses et qui assidebant

eis. Et cum secessissent loquebantur ad invicem dicentes

quia nichil morte aut vinculorum dignum quid fecit homo iste Agrippa

aut festo dixit Dimitti poterat homo hic si non appellasset cesarem.

~~Et ut iudicavit ita eum presidem dimittere eum cesari~~

26

Roma

Ut autem iudicatum est eum navigare in ytaliam et tradi paulum

cum reliquis custodiis centurioni nomine iulio cohortis

auguste. Ascendentes autem navem adrumentinam incipientes

navigare circa asye loca sustulimus perseverante nobiscum aristarcho

macedone thessalonicense. Sequenti autem die devenimus sydonem

humane autem tractans iulius paulum permisit ad amicos

ire et curam sui agere. Et inde cum sustulissemus subnavigavimus

cyprum propterea quod essent venti contrarii. Et pellagus

cilicie et pamphilie navigantes venimus lystram que est licie

et ibi inveniens centurio navem alexandrinam navigantem

in ytaliam transposuit nos in eam. Et cum multis diebus tarde navi

garemus et vix devenissemus contra gnidum prohibente nobis

vento adnavigavimus crete iuxta salmonen et vix iuxta navigantes
venimus in locum quendam qui vocatur boniportus cui iuxta
erat civitas thessalica multo autem tempore peracto et cum iam non esset
tuta navigatio eo quod et ieiunium iam preterisset consolabatur
eos paulus dicens eis viri video quia cum multa iniuria et
multo dampno non solum oneris et navis sed etiam animarum
nostrarum incipit esse navigatio Centurio autem gubernatori et
nauclero magis credebat quam hiis que a paulo dicebantur
Et cum aptus portus non esset ad hyemandum plurimi sta
tuerunt consilium navigare inde si quo modo possent devenientes
phenicen hyemare portum crete respicientem ad africum et ad chorum
Aspirante autem austro estimantes se propositum tenere cum
sustulissent de asson legebant cretam non post multum
autem misit se contra illam ventus typhonicus qui vocatur
euroaquilo Cumque arrepta esset navis et non posset
conari in ventum data nave flatibus ferebamur
In insulam autem quandam decurrentes que vocatur

cauda potuimus vix obtinere schapham. qua sublata adiutoriis
utebantur accingentes navem timentes ne in syrtim inci-
derent submisso vase sic ferebantur. Valida autem nobis tempestate
iactatis sequenti die iactum fecerunt et tertia die suis manibus
armamenta navis proiecerunt in mare. Neque autem sole neque
sideribus apparentibus per plures dies et tempestate non exigua
imminente iam ablata erat spes omnis nostre salutis. Et cum multa
ieiunatio fuisset facta tunc stans paulus in medio eorum dixit
Oportebat quidem o viri audire me non tollere a creta lucrique facere
iniuriam hanc et iacturam. Et nunc vobis suadeo bono animo esse. a-
missio enim nullius anime erit ex vobis preterquam navis. Astitit
enim michi hac nocte angelus dei cuius sum ego et
cui servio dicens. Ne timeas paule cesari te oportet assistere
Et ecce donavit tibi deus omnes qui navigant tecum. propter quod
bono animo estote viri. Credo enim deo meo quia sic erit quemad-
modum dictum est michi. In insulam autem quandam oportet nos

aborta tempestate

Venerunt autem postea quasi quartadecima die nox supervenit navi-

gantibus nobis in Adriatico circa media noctem suspicabantur

naute apparere sibi aliquam regionem. Qui et submittentes bo-

lidem invenerunt passus viginti et post pusillum inde separati

invenerunt passus quindecim. Timentes autem ne in aspera loca

incideremus de puppi mittentes anchoras quatuor optabant

diem fieri ut sciremus an salvi esse possemus. Nautis vero queren-

tibus fugere de navi cum misissent scapham in mare occasionem

querentes sub obtentu quasi a prora inciperent anchoras exten-

dere ut tutius navis staret. Dixit paulus centurioni

et militibus. Nisi hi in navi manserint, vos salvi fieri

non potestis. Tunc absciderunt milites funes scaphe

et passi sunt eam excidere. Et cum lux inciperet fieri rogabat paulus

omnes sumere cibum dicens quartadecima die hodie expectan-

tes ieiuni permanetis nihil accipientes. Propter quod rogo

vos accipere cibum pro salute vestra. quia nullius vestrum capillus

de capite peribit. Et cum haec dixisset sumens panem gratias egit deo
in conspectu omnium. Et cum fregisset coepit manducare. Animaequiores
autem facti omnes et ipsi sumpserunt cibum. Eramus vero
universae animae in navi ducentae septuaginta sex. Et saciati cibo
alleviabant navem iactantes triticum in mare. Cum autem dies
factus esset terram non agnoscebant. Sinum vero quendam considerabant
habentem litus in quem cogitabant si possent eicere navem. Et cum
anchoras sustulissent committebant se mari simul laxantes iun-
cturas gubernaculorum. Et levato artemone secundum flatum
aurae tendebant ad litus. Et cum incidissemus in locum dithalassum
ubi duo maria concurrebant inpegerunt navem. Et prora
quidem fixa manebat immobilis puppis vero solvebatur
a vi maris. Militum autem consilium fuit ut custodias occiderent
ne quis cum enatasset effugeret. Centurio autem volens servare
paulum prohibuit fieri. iussitque eos qui possent natare mitti

se in mare primos et evadere et exire ad terram et ceteros alios in tabulis

ferebant quosdam autem super ea que de navi erant et factum est ut

omnes anime evaderent ad terram

28 Et cum evasissemus tunc cognovimus quia Militene insula

vocabatur. Barbari autem prestabant non modicam humanitatem

nobis. Accensa enim pyra reficiebant nos omnes propter ymbrem

qui imminebat et frigus. Cum congregasset autem paulus sarmen-

torum aliquantam multitudinem et imposuisset super ignem

vipera a calore cum processisset invasit manum eius. Ut vero

viderunt barbari pendentem bestiam de manu eius ad in-

vicem dicebant utique homicida est homo hic qui cum evaserit

de mari ulcio divina non sinit eum vivere. Et ille quidem

excuciens bestiam in ignem nichil mali passus est. At illi

existimabant eum in tumorem convertendum et subito casurum

et mori. Diu autem illis expectantibus et videntibus nichil

mali in eo fieri convertentes se dicebant eum esse deum

Serpens

aut illis erant predia principis insule nomine publii qui nos

suscipiens triduo humane benigne exhibuit. Contigit autem patrem

publii febribus et dissenteria vexatum iacere. ad quem paulus

intrauit. Et cum orasset et imposuisset illi manum saluauit

eum. Quo facto et omnes qui in insula habebant infirmitates

accedebant et curabantur. qui etiam multis honoribus nos ho-

norauerunt et nauigantibus imposuerunt que necessaria erant

Post menses autem tres nauigauimus in naui alexandrina

que in insula hyemauerat. cui erat insigne castorum. Et

cum venissemus siracusam. mansimus ibi triduo. Inde

circumlegentes deuenimus regium. Et post unum diem flante

austro secunda die venimus puteolos. ubi inventis fratribus

rogati sumus manere apud eos dies septem. et sic venimus

romam. Et inde cum audissent fratres. occurrerunt nobis

usque ad appii forum. et tribus tabernis. Quos cum vidisset

paulus gratias agens deo accepit fiduciam. Cum autem introissemus
romam centurio tradidit vinctos prefecto. permissum est paulo manere
sibi met foris extra castra cum custodiente se milite. Post tertium
autem diem convocavit primos iudeorum. Cumque convenissent dicebat
eis. Ego viri fratres nichil adversus plebem faciens aut morem
patrum vinctus ab iherusalem traditus sum in manus romanorum
Qui cum interrogationem de me habuissent voluerunt me dimittere
eo quod nulla causa esset mortis in me. Contradicentibus autem iudeis
coactus sum appellare cesarem non quasi gentem meam habens aliquid
accusare. sed ut eruerem animam meam de morte. propter hanc igitur causam
rogavi vos videre et alloqui. propter spem enim israhel catena hac
circumdatus sum. At illi dixerunt ad eum. nos neque litteras
accepimus de te a iudea. neque adveniens aliquis fratrum
nunciavit aut locutus est quid de te malum. Rogamus autem
a te audire que sentis. Nam de secta hac notum est nobis
quia ubique ei contradicitur. Cum constituissent autem illi diem
venerunt in hospitium ad eum plures. quibus exponebat testificans

regnum dei suadensque eis de Ihesu ex lege Moysi et prophetis a mane usque

ad vesperum. Et quidam credebant his que dicebantur a Paulo, quidam

vero non credebant. Cumque invicem non essent consentientes discedebant dicente

Paulo unum verbum: quia bene Spiritus sanctus locutus est per Ysayam prophetam

ad patres nostros dicens: Vade ad populum istum et dic: Aure audietis

et non intelligetis, et videntes videbitis et non perspicietis. Incrassatum

est enim cor populi huius, et auribus graviter audierunt, et oculos

suos compresserunt, ne forte videant oculis et aure auribus

audiant et corde intelligant et convertantur, et sanem eos. Notum

ergo sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare dei, ipsi

et audient. Et cum non essent intelligentes egressi sunt Iudei

multam inter se habentes conquisitionem. Mansit autem Paulus biennio toto

in suo conducto disputans et suscipiebat omnes qui ingrediebantur

ad eum a Iudeis et Grecis, predicans regnum dei et

docens que sunt de domino Ihesu Christo quia hic est Christus filius dei per quem omnis mundus incipit iudicari

cum omni fiducia sine prohibitione. Amen.

Circa canonicas epistolas causae videnda sunt quo genere [illegible] dicuntur ad librorum
ordinem et hic in quo [illegible]. Per hunc textum potest liber [illegible] esse [illegible]
[illegible] [illegible] quod [illegible]
[illegible] et [illegible] textu [illegible]
Subiectum [illegible] ad [illegible]
Titulus epistole [illegible] i. regulares
Exterius [illegible] [illegible] et [illegible] plantare
Subordinatio [illegible] theologie.
Causa efficiens principalis est Spiritus. Scriptores est Jacobus, Petrus, Johannes et Judas
Causa materialis est [illegible] [illegible] in epistola Jacobi.
[illegible] [illegible] in epistola Petri. [illegible] [illegible] et [illegible]
in epistola Johannis. Fuga [illegible] [illegible] in epistola Jude.
Causa finalis est [illegible] [illegible] et plantare [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] operum
Causa formalis ~~consistit in [illegible] et ordine epistolarum.~~
est duplex scilicet tractatus et tractandi. Forma tractandi consistit
in modo agendi [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] et iste
[illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
est [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible]
est [illegible] ut [illegible] ad [illegible] [illegible]. Forma tractatus
consistit in [illegible] libri. [illegible] ad libri iste in [illegible] [illegible]
consistit in [illegible] et [illegible] [illegible] Jacobi. Prologus [illegible]
in [illegible] et [illegible] epistolas [illegible] apud latinos corrupte [illegible]
in [illegible]. Primo [illegible] epistolarum [illegible] ad [illegible] ordinem [illegible]
[illegible]. 2o [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] abusio
[illegible] [illegible] [illegible]. 3o [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. In [illegible] [illegible] epistola
[illegible]. 4o [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] ordo apud grecos qui integre fidem
[illegible]. [illegible] [illegible] est [illegible] est [illegible] [illegible] epistolarum apud
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]. [illegible] est [illegible] [illegible] epistolarum apud
[illegible] [illegible] [illegible] invenitur in antiquis codicibus apud latinos
grecos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] / [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est in [illegible] [illegible] / [illegible] [illegible] [illegible] et epistola
in [illegible] [illegible] [illegible] est in [illegible] [illegible] / [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible]
ad [illegible] [illegible] [illegible] in latino / [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible]
aliqua [illegible] [illegible] [illegible] / [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] aliqua [illegible] ab [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
in ordine epistolarum.
Nota [illegible] epistola [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Nota [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] / [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] sub [illegible] epistolarum / [illegible] quia in [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] / [illegible] quia [illegible] [illegible] [illegible].
Prima epistola est Jacobi. Iste fuit Jacobus Alphei dictus frater domini [illegible]
[illegible] Jerosolimitanus qui [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] epistola
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quia [illegible] qui [illegible] [illegible] [illegible] Judeis
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quia [illegible] Jerosolimitani [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

Oz . d . Aliud sed cuius corrupt . Sicut cum papirus sit quod dicitur dicit
a aliud Et sit quod non corrupt . Si aliud quod mutato . Ad quel .
Et quis volo aliud sit id quod accipit cum . Mutato fit . Super
corrupt quod sine et spondere dispositione id et indifferentiam non statuit .
proinde solo quod dico dispositi id ad veritatem clare contemplat .

Et 3 d. Item sed. alius recipit. Sicut cum papa sed quod dicit dispar
in aliud. Sed sed quod non recipit. Si aliud quod intellectus. Ad quod.
de quo volo aliud petere id quod accepit causa. Intellectus sit sic
recipit quod sicut et prandio de prima sed et indifferentiam [illegible] statur p.
pondo solid quod dicit dispar id ad venit eius quemadmodum.

Non ita ordo est apud grecos qui integre sapiunt et fidem
rectam sectantur epistolarum septem que canonice nuncupantur
sicut in latinis codicibus invenitur. Et quia sicut petrus primus
est in numero apostolorum ita prime sunt etiam eius epistole in ordine ceterarum.
Sed sicut evangelistas dudum ad veritatis lineam correximus ita has
epistolas christo domino nos iuvante reddidimus. Est enim prima
earum una Iacobi petri due Iohannis tres et iude una. Que
si sicut ab eis digeste sunt ita quoque ab interpretibus fideliter in latinum eloquium
verterent nec ambiguitatem legentibus facerent nec sermonum sese
varietas impugnaret illo precipue loco ubi de unitate trinitatis
in prima Iohannis epistola positum legimus in qua etiam ab infidelibus
translatoribus multum erratum esse a fidei veritate comperimus trium tantummodo
vocabula hoc est aque sanguinis et spiritus in ipsa sua editione
ponentibus et patris verbique ac spiritus testimonium omittentibus.
In quo maxime et fides katholica roboratur et patris et filii et

spiritus sancti una divinitatis substantia comprobatur. In ceteris vero epistolis
quantum a nostra aliorum distet editio lectoris prudentie derelinquo. Sed
tu virgo christi Eustochium dum a me perpensius scripture veritatem
inquiris, meam quodammodo senectutem invidorum dentibus corrodendam
exponis, qui me falsarium corruptoremque sanctarum pronuntiant scripturarum.
Sed ego in tali opere nec emulorum meorum invidentiam pertimesco nec
sancte scripture veritatem poscentibus denegabo.

Iacobus dei et domini nostri ihesu christi servus duodecim tribubus
que sunt in dispersione salutem. Omne gaudium existimate
fratres mei cum in temptationes varias incideritis, scientes quod
probatio fidei vestre patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum
habet, ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes. Si quis autem
vestrum indiget sapientia, postulet a deo, qui dat omnibus affluenter
et non improperat, et dabitur ei. Postulet autem in fide nichil hesitans.
Qui enim hesitat similis est fluctui maris qui a vento movetur

et circumfertur. Non ergo existimet homo ille quod accipiat aliquid a

Domino. Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua, dives autem

in humilitate sua, quoniam sicut flos feni transibit. Exortus est enim

sol cum ardore et arefecit fenum, et flos eius decidit, et decor

vultus eius deperiit; ita et dives in itineribus suis marcescet.

Beatus vir qui suffert temptationem, quia cum probatus fuerit

accipiet coronam vite, quam repromisit Deus diligentibus se.

Nemo cum temptatur dicat quoniam a Deo temptatur. Deus

enim intemptator malorum est, ipse enim neminem temptat.

Unusquisque vero temptatur a concupiscentia sua abstractus

et illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum,

peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem. Nolite itaque errare

fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum et omne donum

perfectum desursum est descendens a patre luminum, apud quem

Suffert

no est transmutacio nec vicissitudinis obumbracio. Voluntarie enim ge-

nuit nos verbo veritatis, ut simus inicium aliquod creature eius.

Scitis enim fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad

audiendum, tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram. ~~iracundiam~~

~~viri iusticiam dei non operatur.~~ Propter quod abicientes omnem immundiciam

et habundanciam malicie in mansuetudine suscipite insitum

verbum quod potest salvare animas vestras. Estote autem factores verbi et

non auditores tantum fallentes vos metipsos. Quia si quis auditor

est verbi et non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum

nativitatis sue in speculo. Consideravit enim se et abiit et statim

oblitus est qualis fuerit. Qui autem prospexerit in legem perfecte

libertatis et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus

sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Si quis autem

putat se religiosum esse non refrenans linguam suam sed

seducens cor suum huius vana est religio. Religio autem munda et im-
maculata apud deum et patrem hec est visitare pupillos et
viduas in tribulacione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc seculo.

2 Fratres mei nolite in personarum accepcione habere fidem domini
nostri ihesu christi glorie. Etenim si introierit conventum ~~in conspectu~~ vestrum
vestrum vir aureum anulum habens in veste candida, introierit
autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum qui in-
dutus est veste preclara, et dixeritis ei tu sede hic bene, pauperi
autem dicatis tu sta illic aut sede sub scabello pedum meorum
nonne iudicatis apud vosmetipsos et facti estis iudices cogi-
tacionum iniquarum. Audite fratres mei dilectissimi. Nonne deus
elegit pauperes in hoc mundo divites in fide et heredes regni
quod repromisit deus diligentibus se. Vos autem exhonoratis
pauperem. Nonne divites per potenciam opprimunt vos et ipsi
trahunt vos ad iudicia. Nonne ipsi blasphemant bonum nomen

quod invocatum est super vos. Si tamen legem perficitis regalem secundum
scripturas: Diliges proximum tuum sicut teipsum bene facitis. Si autem
personas accipitis peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores. Qui-
cumque autem totam legem servaverit offendat autem in uno factus est
omnium reus. Qui enim dixit non mechaberis, dixit et non occides.
Quod si non mechaberis, occides autem, factus es transgressor legis.
Sic loquimini et sic facite, sicut per legem libertatis incipientes
iudicari. Iudicium enim sine misericordia illi qui non facit misericordiam.
Superexaltat autem misericordia iudicium. Quid prodest fratres mei si fidem
quis dicat quis habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare
eum? Si frater autem aut soror nudi sint et indigeant victu
cottidiano, dicat autem aliquis de vobis illis: Ite in pace calefacimini
et saturamini, non dederitis autem eis que necessaria sunt corpori, quid
prodest? Sic et fides si non habeat opera mortua est in semetipsa.
Sed dicat quis: Tu fidem habes et ego opera; ostende michi fidem

sine operibus / et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam

Tu credis quoniam unus est deus bene facis et demones credunt et

contremiscunt. Vis autem scire o homo inanis quoniam fides sine operibus

ociosa est. Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est

offerens ysaac filium suum super altare. Vides quoniam fides cooperabatur

operibus illius. et ex operibus fides consummata est / et suppleta est

scriptura dicens. Credidit abraham deo et reputatum est ei ad iusticiam

et amicus dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur

homo et non ex fide tantum. Similiter autem et raab meretrix nonne

ex operibus iustificata est suscipiens nuncios et alia via eiciens.

~~Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est. ita et fides sine operibus mortua est.~~

Nolite plures magistri fieri, scientes quoniam maius

iudicium sumitis. ~~In multis enim offendimus omnes. Si quis in~~

~~verbo non offendit hic perfectus est vir.~~ potest et freno circumducere

totum corpus. Si autem equorum frenos in ora mittimus ad consen-

ciendum nobis et omne corpus eorum circumferimus. Ecce et

naves cum magne sint et a ventis validis minentur / circumferuntur

a modico gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit. Ita et

lingua modicum quidem membrum est et magna exaltat. Ecce quantus

ignis quam magnam silvam incendit. Et lingua ignis est. Et universitas

iniquitatis lingua constituitur in membris nostris / que maculat

totum corpus et inflammat rotam nativitatis nostre / inflammata

a gehenna. Omnis autem natura bestiarum et volucrum et serpentium

etiam ceterorum domantur et domita sunt a natura humana

Lingua

linguam autem nullus hominum domare potest inquietum malum

est plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus deum et

patrem et in ipsa maledicimus homines / qui ad similitudinem

dei facti sunt / ex ipso ore procedit maledictio et benedictio. Non

oportet fratres mei hec ita fieri. Numquid de eodem foramine fons e-

manat dulce et amaram aquam. Numquid potest fratres mei

ficus uvas facere aut vitis ficus. Sic ~~nec sal~~ dulce potest

neque salsa

[illegible]

sapiens et disciplinatus inter vos [illegible] ostendat

Sapientia humana

ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientie.

Si zelum amarum habetis et contentiones sint in cordibus vestris.

Nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem. Non est ista de-

Sapientia diabolica

sapientia desursum descendens sed terrena animalis diabolica. Ubi

enim zelus et contentio ibi inconstantia et omne opus pravum.

Sapientia divina

Que autem desursum est sapientia primum quidem pudica est deinde

pacifica modesta suadibilis bonis consentiens plena

misericordia et fructibus bonis iudicans sine simulatione. Fructus

autem iustitie in pace seminatur facientibus pacem.

Unde bella et lites in vobis? nonne ex concupiscentiis

vestris que militant in membris vestris. Concupiscitis et non habetis

occiditis et zelatis et non potestis adipisci litigatis et bellige-

ratis et non habetis propter quod non postulatis. Petitis et non

accipitis eo quod male petitis ut in concupiscentiis vestris

[illegible]

Adulteri

consummati. Adulteri nescitis quia amicicia huius mundi inimica
est deo. Quicumque ergo voluerit amicus esse huius seculi inimicus dei con-
stituetur. An putatis quia inaniter scriptura dicat. Ad invidiam
concupiscit spiritus qui habitat in vobis. Maiorem autem gratiam dat. propter
quod dicit. Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Sub-
diti igitur estote deo. Resistite autem diabolo et fugiet a vobis. Appropinquate
deo et appropinquabit vobis. Emundate manus peccatores
et purificate corda duplices animo. Miseri estote
et lugete et plorate risus vester in luctum convertatur et gaudium in merorem.
Humiliamini in conspectu dei et exaltabit vos. Nolite detrahere
alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem
suum detrahit legi et iudicat legem. Si autem iudicas legem non es factor
legis sed iudex. Unus est legislator et iudex qui potest perdere
et liberare. Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum. Ecce nunc

[illegible interlinear gloss]

qui dicitis hodie aut crastino ibimus in illa civitate et faciemus

quidem annum ibi et mercabimur et lucrum faciemus qui ignoratis

quid erit nobis in crastino. Que est enim vita vestra? vapor est

ad modicum parens et deinceps exterminabitur. pro eo ut dicatis

Si dominus voluerit et si vixerimus faciemus hoc aut illud. Nunc

autem exultatis in superbiis vestris. Omnis exultatio talis maligna

est. Scienti igitur bonum facere et non facienti peccatum est illi.

Agite nunc divites plorate ululantes in miseriis vestris

que advenient vobis. Divitie vestre putrefacte sunt et vestimenta

vestra a tineis comesta sunt. Aurum et argentum vestrum eruginavit

et erugo eorum in testimonium vobis erit et manducabit carnes vestras

sicut ignis. Thezaurizastis vobis iram in novissimis diebus

Ecce merces operariorum vestrorum qui messuerunt regiones vestras

que fraudata est a vobis clamat et clamor eorum in

aures domini sabaoth introivit. Epulati estis super terram et in

Mercabimur

lucristis corda v[est]ra in die occisionis. Adduxistis et occidistis
iustum et non restitit vobis. Patientes igitur estote fratres usq[ue]
ad adventum d[omi]ni. Ecce agricola expectat preciosum fructum terre
patient[er] ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Patie
ter estote et vos confirmate corda v[est]ra q[uonia]m adventus d[omi]ni appropinquabit.
Nolite ingemiscere fratres in alterutrum ut non iudicemini. Ecce iudex
ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres laboris
paciencie exitus mali et longanimitatis et laboris
et paciencie prophetas qui locuti sunt in nomine d[omi]ni. Ecce beatificamus
eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis et finem d[omi]ni vidistis q[uonia]m
misericors est d[omi]n[u]s et miserator. Ante omnia aut[em] fr[atr]es mei nolite
iurare neq[ue] per celum neq[ue] per terram neq[ue] aliud quodcumq[ue] iura
mentum. Sit aut[em] s[er]mo v[este]r est est non non ut non sub iudicio decidatis.
Tristatur aliquis v[est]r[u]m oret. Equo animo est psallat. Infirmatur
quis in vobis inducat presbiteros ecclesie et orent sup[er] eum

Questio

Ungentes enim oleo in nomine domini et oratio fidei salvabit infirmum et
allevabit eum dominus et si in peccatis sit dimittentur ei. Confitemini
ergo alterutrum peccata vestra et orate pro invicem ut salvemini. Multum enim valet
17. deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis
et oratione oravit ut non plueret super terram et non pluit annos tres
et menses sex et rursum oravit et celum dedit pluviam et terra
dedit fructum suum. Fratres mei si quis ex vobis erraverit a veritate
et converterit quis eum scire debet quoniam qui converti fecerit peccatorem ab
errore vie sue salvabit animam eius a morte et operit multitudinem peccatorum.

Petrus apostolus ihesu christi electis advenis dispersionis ponti
galatie asye capadocie et bithinie secundum prescientiam dei patris in
sanctificationem spiritus in obedientiam et aspersionem sanguinis ihesu
christi gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus deus et pater
domini nostri ihesu christi qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in
spem vivam per resurrectionem ihesu christi ex mortuis in hereditatem

incorruptam et incontaminatam et immarcessibilem conservatam

in celis in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem paratam

revelari in tempore novissimo. In quo exultabitis modicum nunc si oportet

contristari in variis temptationibus, ut probatio vestre fidei multo pre-

ciosior sit auro quod per ignem probatur inveniatur in laudem et gloriam

et honorem in revelatione ihesu christi. Quem cum non videritis diligitis

in quem nunc quoque non videntes creditis. Credentes autem exultabitis

letitia inenarrabili et glorificata reportantes finem fidei vestre salutem

animarum vestrarum. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophete

qui de futura in vobis gratia prophetaverunt, scrutantes quod vel quale tempus

significaret in eis spiritus christi, prenuntians eas que in christo sunt passiones

et posteriores glorias, quibus revelatum est quia non sibi ipsis, vobis

autem ministrabant ea que nunc nuntiata sunt vobis per eos qui evan-

gelisaverunt vobis spiritu sancto misso de celo, in quem desiderant

angeli prospicere. Propter quod succincti lumbos mentis vestre sobrii

perfecti sperate in eam que offertur vobis gratiam in revelatione ihesu christi
quasi filii obediencie non configurati prioribus ignorantie vestre desi-
deriis. sed secundum eum qui vocavit vos sanctum et ipsi sancti in omni
conversatione sitis quoniam scriptum est. Sancti estote quoniam et ego sanctus
sum. Et si patrem invocatis eum qui sine personarum acceptione iudicat
secundum uniuscuiusque opus in timore incolatus vestri tempore conversamini
Scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis
de vana vestra conversatione paterne traditionis sed precioso sanguine
quasi agni incontaminati et immaculati ihesu christi domini nostri pre-
cogniti quidem ante constitutionem mundi manifestati autem novissimis
temporibus propter vos qui per ipsum fideles estis in deo qui suscitavit
eum a mortuis et dedit ei gloriam sempiternam ut fides vestra et
spes esset in deo. Animas vestras castificantes in obediencia cari-
tatis in fraternitatis amore simplici ex corde invicem diligite attentius
Renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili per verbum dei vivi

et ꝑmanentis in eternum. Quia omnis caro vt fenum. et omnis gloria eius

tamquam flos feni. Exaruit fenum. et flos eius decidit. Verbum autem domini

manet in eternum. Hoc est autem verbum quod euangelizatum est in nobis.

Deponentes igitur omnem maliciam. et omnem dolum. et simulaciones

et inuidias. et omnes detractiones. sicut modo geniti infantes

rationabiles et sine dolo. lac concupiscite. vt in eo crescatis in salutem

Si tamen gustatis quoniam dulcis est dominus. Ad quem accedentes lapidem

viuum ab hominibus quidem reprobatum. a deo autem electum et honorificatum

Et ipsi tamquam lapides viui superedificamini domos spirituales

in sacerdotium sanctum. offerentes spirituales hostias acceptabiles deo per Ihesum

Christum. Propter quod continet scriptura. Ecce ponam lapidem in syon summum

angularem electum preciosum. et qui crediderit in eum non confundetur.

Vobis igitur honor credentibus. Non credentibus autem lapis quem

reprobauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli. et lapis

offensionis et petra scandali. hiis qui offendunt verbo nec credunt

[illegible glosses]

in quo et positi sunt vos autem genus electum regale sacerdotium
gens sancta populus acquisitionis ut virtutes annuncietis qui de te-
nebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus dei
nunc autem populus dei. Qui non consecuti misericordiam nunc autem misericordiam consecuti
Karissimi obsecro vos tamquam advenas et peregrinos abstinere vos a car-
nalibus desideriis que militant adversus animam. Conversationem vestram inter
gentes habentes bonam ut in eo quod detractant de vobis tamquam de
malefactoribus ex bonis operibus vos considerantes glorificent deum
in die visitationis. Subiecti estote omni creature humane propter
deum. Sive regi quasi precellenti sive ducibus tamquam ab eo missis
ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum. Quia sic est voluntas
dei ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam
Quasi liberi et non quasi velamen habentes malitie libertatem sed sicut
servi dei. Omnes honorate fraternitatem diligite deum timete regem
honorificate. Servi subditi estote in omni timore dominis non tantum

subiecti

[illegible glosses]

bonis et modestis sed etiam dyscolis. Hec est enim gratia si propter conscientiam
dei sustinet quis tristicias patiens iniuste. Que enim gratia est si peccan-
tes et colaphizati suffertis. Sed si benefacientes et patienter sustinetis
hec est gratia apud deum. In hoc autem enim vocati estis. Quia et
Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ut se-
quamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit nec dolus inventus
est in ore eius. Qui cum malediceretur non maledicebat. Cum
pateretur non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste
qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. ut peccatis mortui
iusticie vivamus. cuius livore sanati sumus. Eratis enim aliquando
sicut oves errantes sed conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum.

Similiter et mulieres subdite sint viris suis ut et si qui
non credunt verbo per mulierum conversationem sine verbo lucri fiant
considerantes in timore castam sanctam conversationem vestram. Quarum
sit non extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut

indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus cordis est homo.
In incorruptibilitate quieti et modesti spiritus: qui est in conspectu dei
locuples. Sic enim aliquando et sancte mulieres sperantes in deo or-
nabant se subiecte propriis viris. sicut sara obediebat abrahe dominum
eum vocans: cuius estis filie benefacientes et non pertimentes
nullam perturbationem. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam quasi
infirmiori vasculo muliebri. impartientes honorem tamquam
et coheredibus gratie et vite. ut non impediantur orationes vestre.
In fide autem omnes unanimes compacientes fraternitatis
amatores misericordes modesti humiles non reddentes malum
pro malo, vel maledictum pro maledicto. sed econtrario benedicentes
quia in hoc vocati estis ut benedictionem hereditate possideatis. Qui enim
vult vitam diligere et dies videre bonos coherceat linguam
suam a malo et labia eius ne loquantur dolum. Declinet
autem a malo et faciat bonum. inquirat pacem et sequatur

quia oculi domini sup iustos / et aures eius in pces eorum

vultus aut dni sup facientes mala / Et quis est qui vobis noceat

si boni emulatores fueritis / Sed et si quid patimini ppter iustitiam be-

ati. Timorem aute eorum ne timueritis et nõ conturbemini

Dnm aut xpm sanctificate in cordibus vris / parati semper ad satisfactionem

omni poscenti vos rationem de ea que in vobis est fide et spe. Cu-

m modestia et timore conscientiam habentes bonam / ut in eo quod detra-

hunt de vobis confundantur. qui calumpniant vram bonam in xpo

conversationem / Melius est enim benefacientes si velit voluntas dei

pati quam malefacientes / Quia et xpus semel pro peccatis nris

mortuus est / Iustus pro iniustis ut nos offerret deo mortificatos

quidem carne, vivificatos aut spu / In quo et hys qui in carcere

erant spualiter veniens pdicavit / qui increduli fuerant aliqn

qn expectabant dei patientiam in diebus noe cu fabricaretur

archa / In qua pauci idest octo anime salue facte sunt per aquam

Quod et vos nunc similis forme salvos facit baptisma non carnis de-
positio sordium sed conscientie bone interrogatio in deum per resurre-
ctionem domini nostri ihesu christi qui est in dextera dei deglutiens
mortem ut vite eterne heredes efficeremur profectus in celum sub-
iectis sibi angelis et potestatibus et virtutibus.

Christo igitur passo in carne et vos eadem cogitatione armamini
quia qui passus est carne desiit a peccatis ut iam non hominum desideriis
sed voluntate dei quod reliquum est in carne vivat temporis. Sufficit
enim preteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam qui ambulaverunt
in luxuriis desideriis vinolentiis comessationibus potationibus et
illicitis idolorum cultibus in quibus nunc obstupescunt. In quo
admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxurie confusionem
blasphemantes qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare
vivos et mortuos. Propter hoc enim et mortuis evangelizatum
est ut iudicentur quidem secundum homines in carne vivant

mutuam

autem secundum deum in spiritu. Omnium autem finis appropinquabit.

Estote itaque prudentes et vigilante in orationibus. Ante omnia autem

mutuam in vobismetipsis habentes caritatem continuam, quia caritas

operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmuratione

unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes.

sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Si quis loquitur

quasi sermones dei, si quis ministrat, tamquam ex virtute quam administrat

deus, ut in omnibus honorificetur deus per ihesum xpm cui est gloria et imperium

[illegible]

Carissimi nolite peregrinari in fervore in secula seculorum amen

qui ad temptationem vobis fit quasi novi aliquid vobis contingat

sed communicantes xpi passionibus gaudete ut et in revelatione

glorie eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine xpi

beati eritis quoniam quod est honoris glorie et virtutis dei et qui est spiritus eius

super vos requiescit. Nemo enim vestrum patiatur quasi homicida

aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor. Si autem ut

xpianus non erubescat glorificet autem deum in isto nomine. quoniam tempus est
ut incipiat iudicium de domo dei. Si autem primum a nobis quis finis
eorum qui non credunt dei evangelio. Et si iustus quidem
vix salvabitur impius et peccator ubi parebunt. Itaque et hii qui
paciuntur secundum voluntatem dei fideli creatori commendant animas suas
in benefactis.

Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro consenior et testis
xpi passionum ~~qui~~ et eius que in futuro revelanda est glorie
communicator. Pascite qui est in vobis gregem dei providentes non
coacte sed spontanee secundum deum neque turpis lucri gracia sed
voluntarie neque ut dominantes in cleris sed forma facti gregis
ex animo ut cum apparuerit princeps pastorum percipiatis
immarcessibilem glorie coronam. Similiter adolescentes subditi
estote senioribus. Omnes autem invicem humilitatem insinuate
quia deus superbis resistit humilibus autem dat graciam. Humiliamini
igitur sub potenti manu dei ut vos exaltet in tempore visitationis.

Vigilate

omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum, quoniam ipsi cura est de
vobis. Sobrii estote et vigilate, quia adversarius vester diabolus tamquam
leo rugiens circuit, querens quem devoret. Cui resistite fortes in fide,
scientes eandem passionem ei que in mundo est fraternitati vestre
fieri. Deus autem omnis gratie qui vocavit vos in eternam suam gloriam
in Christo Ihesu modicum passos ipse perficiet et confirmabit solidabitque.
Ipsi gloria et imperium in secula seculorum amen. Per Silvanum
vobis fidelem fratrem ut arbitror breviter scripsi obsecrans et contestans
hanc esse veram gratiam dei in qua et statis. Salutat vos que est in
Babilone coelecta, et Marcus filius meus. Salu-
tate invicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in Christo. Amen.

Simon Petrus servus et apostolus Ihesu Christi his qui coequalem
nobiscum sortiti sunt fidem in iusticia dei nostri et salvatoris Ihesu
Christi. Gratia vobis et pax adimpleatur in cognitione dei domini nostri
Ihesu Christi. Quomodo omnia vobis divine virtutis sue que ad vitam

et pietatem donata sunt per cognicionem eius qui vocavit nos
propria gloria et virtute per quam maxima et preciosa nobis promissa
donavit ut per hec efficiamini divine consortes nature fugientes
eius que in mundo est concupiscentie corruptionem Vos autem
curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutem in virtute
autem scientiam in sciencia autem abstinentiam in abstinentia autem patientiam
in patientia autem pietatem in pietate autem amorem fraternitatis
in amore autem fraternitatis caritatem Hec si vobiscum assint et superent
non vacuos nec sine fructu vos constituet in domini nostri ihesu
christi cognitione Cui enim non presto sunt hec cecus est
et manu temptans oblivionem accipiens purgationis veterum
suorum delictorum Quapropter fratres magis satagite ut per bona
opera certam vestram vocationem et electionem faciatis Hec enim facientes
non peccabitis aliquando Sic enim habundanter ministrabitur vobis
introitus in eternum regnum domini nostri et salvatoris ihesu christi Propter quod

incipiam nos semper commonere. Debeo et quidem scientes et confirmatos

vos in presenti veritate. Iustum autem arbitror quamdiu sum in hoc

tabernaculo suscitare vos in commonitione. Certus sum quod velox

est depositio tabernaculi mei secundum quod et dominus noster Ihesus Christus

significavit michi per revelationem. Dabo autem operam et frequenter

habere vos post obitum meum ut horum memoriam faciatis. Non

enim indoctas fabulas secuti notam fecimus vobis domini nostri

Ihesu Christi virtutem et presentiam sed speculatores facti illius magni

tudinis. Accipiens enim a deo patre honorem et gloriam voce de

lapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius

meus dilectus in quo michi complacui ipsum audite. Et

hanc vocem nos audivimus de celo allatam cum essemus cum

ipso in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem

cui benefacitis attendentes quasi lucerne lucenti in cali

ginoso loco, donec dies illucescat et lucifer oriatur

Filius est meus

[illegible]

in cordibus vestris / hoc primum intelligentes quod omnis prophetia scripture
propria interpretacione non fit. Non enim voluntate humana allata est
aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines

Ieronimus

Fuerunt vero et pseudo prophete in populo sicut et in vobis erunt
magistri mendaces qui introducent sectas perditionis et eum
qui emit eos dominum negant superducentes sibi celerem perditionem.
Et multi sequentur eorum luxurias per quos via veritatis blasphe-
mabitur et in avaricia fictis verbis de vobis negociabuntur
quibus iudicium iam olim non cessat et perditio eorum non dormitat.
Si enim deus angelis peccantibus non pepercit sed rudentibus
inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciandos
reservari et originali mundo non pepercit sed octavum Noe iusticie
preconem custodivit diluvium impiorum mundo inducens et
civitates sodomorum et gomorreorum in cinerem redigens ever-
sione dampnavit exemplum eorum qui impie acturi sunt
ponens et iustum loth oppressum a nephandorum iniuria ac luxuriosa

Octavum

[illegible]

conversatione eripuit. Aspectu enim et auditu iustus erat habitans
apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant.
Novit dominus pios de temptatione eripere, iniquos vero in diem iudicii
cruciandos reservare. Magis autem eos qui post carnem in concupiscentia
immunditie ambulant dominationemque contempnunt, audaces sibi
placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes. Ubi
angeli fortitudine et virtute cum sint maiores non portant adversum
se execrabile iudicium. Hii vero velud irrationabilia pecora
naturaliter in captionem et in perniciem, et in hiis que ignorant blasphemantes
in corruptione sua peribunt percipientes mercedem iniusticie,
voluptatem existimantes diei delicias, coinquinationes et
macule, deliciis affluentes, in conviviis suis luxuriantes
vobiscum, oculos habentes plenos adulterii et incessabilis
delicti, pellicientes animas instabiles, cor exercitatum avaritia
habentes, maledictionis filii, derelinquentes rectam viam.

Num. 22

erraverunt secuti viam balaam ex bosor qui mercedem iniquitatis amavit
correptionem vero habuit sue vesanie subiugale mutum animal
hominis voce loquens prohibuit prophete insipientiam. Hii sunt
fontes sine aqua et nebule turbinibus exagitate, quibus cal-
ligo tenebrarum reservatur. Superba enim vanitatis loquentes pelliciunt
in desideriis carnis luxurie eos qui paululum effugiunt qui in
errore conversantur, libertatem illis promittentes, cum
ipsi servi sint corruptionis. A quo enim quis superatus est huius
et servus est. Si enim refugientes coinquinationes mundi in
cognitione domini nostri et salvatoris ihesu christi hiis rursum
implicati superantur, facta sunt eis posteriora peioribus.
Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitie quam post
agnitionem retrorsum converti ab eo quod illis traditum est sancto
mandato. Contingit enim eis illud veri proverbii: Canis reversus
ad suum vomitum et sus lota in volutabro luti.

Hanc ecce vobis karissimi secundam scribo epistolam in quibus — karissimi unde

excito vestram in commonitione sinceram mentem ut memores sitis eorum
que predixi verborum a sanctis prophetis et apostolorum vestrorum preceptorum
domini et salvatoris. Hoc primum scientes quod venient in novissimis
diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias am-
bulantes dicentes. Ubi est promissio aut adventus eius. Ex quo
enim patres dormierunt omnia sic perseverant ab initio creature.
Latet enim eos hoc volentes quod celi erant prius et terra de aqua
et per aquam consistens dei verbo. Per que ille tunc mundus aqua
inundatus periit. Celi autem qui nunc sunt et terra eodem verbo
repositi sunt igni reservati in diem iudicii et perditionis impiorum
hominum. Unum vero non lateat vos karissimi quia unus
dies apud dominum sicut mille anni et mille anni sicut
dies unus. Non tardat dominus promissionem sed patienter agit
propter vos nolens aliquos perire sed omnes ad penitentiam reverti.
Adveniet autem dies domini sicut fur. In quo celi magno
impetu transient elementa vero calore solventur. Terra autem

et que in ipsa sunt opera exurentur. Cum igitur hec omnia dissol-
venda sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus
et pietatibus, expectantes et properantes in adventum diei domini
per quem celi ardentes solventur, et elementa ignis ardore tabes-
cent. Novos vero celos et novam terram secundum promissa ipsius
expectamus, in quibus iusticia habitat. Propter quod karissimi hec expectantes
satagite immaculati et inviolati ei inveniri in pace.
Et domini nostri longanimitatem salutem arbitramini, sicut et karissimus
frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis,
sicut et in omnibus epistolis loquens in eis de hiis, in quibus
sunt quedam difficilia intellectu, que indocti et instabiles
depravant, sicut et ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem.
Vos igitur fratres hec prescientes custodite vosmetipsos, ne insi-
pientium errore transducti excidatis a propria firmitate. Crescite vero
in gratia et in cognitione domini nostri Ihesu Christi et salvatoris nostri.
Ipsi gloria et nunc et in die eternitatis. Amen.

Quod fuit

Quod fuit ab initio quod audivimus quod vidimus oculis
nostris quod perspeximus et manus nostre contrectaverunt de verbo
vite et vita manifestata est et vidimus et testamur et annunciamus
vobis vitam eternam que erat apud patrem et apparuit nobis quod
vidimus et audivimus annunciamus vobis ut et vos societatem habeatis
nobiscum et societas nostra sit cum patre et filio eius ihesu christo
Et hec scribimus vobis ut gaudeatis et gaudium vestrum sit plenum
Et hec est annunciatio quam audivimus ab eo et annunciamus vobis
quoniam deus lux est et tenebre in eo non sunt ulle. Si dixerimus quoniam
societatem habemus cum eo et in tenebris ambulamus mentimur
et non facimus veritatem. Si autem in luce ambulamus sicut et
ipse est in luce societatem habemus ad invicem et sanguis ihesu
christi filii eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus quia
peccatum non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est
Si confiteamur peccata nostra fidelis et iustus est ut remittat
nobis peccata nostra et emundet nos ab omni iniquitate. Si

Si dixerimus quod quia non peccavimus mendacem facimus eum et verbum eius

Filioli mei hec scribo vobis ut non | non est in nobis

peccetis. Sed et si quis peccaverit advocatum habemus apud patrem

Ihesum Christum iustum et ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Non pro nostris

autem tantum sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus quoniam cognovimus

eum si mandata eius observemus. Qui dicit se nosse eum et

mandata eius non custodit mendax est et veritas in eo non est.

Qui autem servat verbum eius vere in hoc caritas dei perfecta est.

In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere

debet sicut ille ambulavit et ipse ambulare. Karissimi non mandatum

novum scribo vobis sed mandatum vetus quod habuistis ab initio.

Mandatum vetus est verbum quod audistis. Iterum mandatum

novum scribo vobis quod est verum et in ipso et in vobis

quia tenebre transierunt et lumen verum iam lucet. Qui

dicit se in luce esse et fratrem suum odit in tenebris est usque

adhuc. Qui diligit fratrem suum in lumine permanet et

scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum in tenebris

est / et in tenebris ambulat / et nescit quo eat / quia tenebre ob-
cecaverunt oculos eius / Scribo vobis filioli quia remittuntur vobis
peccata propter nomen eius / Scribo vobis patres quia cognovistis eum
qui ab initio est / Scribo vobis adolescentes quia vicistis malignum
Scribo vobis infantes quia cognovistis patrem / Scribo vobis iuvenes
quia fortes estis et verbum dei in vobis manet / et vicistis malignum.
Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt / Si quis diligit
mundum non est caritas patris in eo / quia omne quod est
in mundo concupiscentia carnis est / aut concupiscentia oculorum est
aut superbia vite que non est ex patre sed ex mundo est / Et mundus
transibit et concupiscentia eius / Qui autem facit voluntatem
dei manet in eternum / Filioli novissima hora est / sicut audistis
quia antichristus venit / nunc antichristi multi facti sunt
Unde scimus quia novissima hora est / Ex nobis prodierunt
sed non erant ex nobis / Nam si fuissent ex nobis / permansissent

neque vobiscum. Sed ut manifesti sint quia non sunt omnes ex
nobis. Sed vos unctionem habetis a sancto et nostis omnia. Non
scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam.
Et quia omne mendacium ex veritate non est. Quis est men-
dax nisi is qui negat quoniam Ihesus non est Christus. Hic est anti-
christus qui negat patrem et filium. Omnis qui negat filium
nec patrem habet. Qui autem confitetur filium et patrem habet.
Vos quod audistis ab initio in vobis permaneat. Si in vobis
permanserit quod ab initio audistis, et vos in patre et
filio manebitis. Et hec est repromissio quam ipse pollicitus
est nobis vitam eternam. Hec scripsi vobis de his qui se-
ducunt vos. Et vos unctionem quam accepistis ab eo maneat
in vobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos. Sed
sicut unctio eius docet vos de omnibus. Et verum
est et non est mendacium. Et sicut docuit vos manete

in eo. Et nunc filioli manete in eo, ut cum apparuerit habeamus
fiduciam, et non confundamur ab eo in adventu eius. Si scitis
quoniam iustus est, scitote quoniam et omnis qui facit iusticiam ex ipso natus est.
Videte qualem caritatem dedit nobis deus pater ut filii dei
nominemur et simus. Propter hoc mundus non novit nos quia
non novit eum. Karissimi nunc filii dei sumus, et non dum
apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei
erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet
spem hanc in eo sanctificat se, sicut et ille sanctus est.
Omnis qui facit peccatum et iniquitatem facit, et peccatum est
iniquitas. Et scitis quoniam ille apparuit ut peccata tolleret, et peccatum
in eo non est. Omnis qui in eo manet non peccat, et omnis
qui peccat non vidit eum nec cognovit eum. Filioli nemo
vos seducat. Qui facit iusticiam iustus est, sicut et ille
iustus est. Qui facit peccatum ex diabolo est. Quoniam ab

inicio dyabolus peccat. In hoc apparuit filius dei ut dissoluat
opera dyaboli. Omnis qui natus est ex deo peccatum non facit quoniam
semen ipsius in eo manet et non potest peccare quoniam ex deo
natus est. In hoc manifesti sunt filii dei et filii dyaboli. Omnis
qui non est iustus non est ex deo et qui non diligit fratrem
suum. quoniam hec est annunciatio quam audistis ab initio ut diligamus
alterutrum non sicut cayn qui ex maligno erat et occidit
fratrem suum et propter quod occidit eum? quoniam opera eius maligna
erant, fratris autem eius iusta. Nolite mirari fratres si
odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte
ad vitam quoniam diligimus fratres. Et qui non diligit in morte
manet. Omnis qui odit fratrem suum homicida est
et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in se ma-
nentem. In hoc cognouimus caritatem dei quoniam ille pro
nobis animam suam posuit et nos debemus pro fratribus animas
4 ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit

[illegible marginal gloss]

fratrem suum necesse habere et clauserit viscera sua ab eo quo

modo caritas dei manet in eo? Filioli mei non diligamus ver

bo neque lingua sed opere et veritate. In hoc cognoscimus

quoniam ex veritate sumus et in conspectu eius suademus corda

nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum maior est deus

corde nostro et novit omnia. Karissimi si cor nostrum non reprehenderit

nos fiduciam habemus ad deum et quecumque petierimus accipiemus

ab eo quoniam mandata eius custodimus et ea que sunt

placita coram eo facimus. Et hoc est mandatum eius ut credamus

in nomine filii eius ihesu christi et diligamus alterutrum

sicut mandatum dedit nobis. Et qui servat mandata

eius in illo manet et ipse in eo. Et in hoc scimus quoniam

manet in nobis de spiritu quem dedit nobis.

Karissimi nolite omni spiritui credere sed probate spiritus

si ex deo sunt quoniam multi pseudo prophete exierunt in mundum

[illegible marginal and interlinear glosses]

[illegible]

In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spiritus qui confitetur
ihesum christum in carne venisse ex deo est. Et omnis spiritus qui solvit
ihesum ex deo non est. Et hic est antichristus de quo audistis quoniam venit
et hic iam in mundo est. Vos ex deo estis filioli et vicistis eum
quoniam maior est qui in vobis est quam qui in mundo. Ipsi
de mundo sunt ideo de mundo loquuntur et mundus eos audit.
Nos autem ex deo sumus. qui novit deum audit nos. qui non
non est ex deo non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis
1 et spiritum erroris. Karissimi diligamus nos invicem quia caritas ex
deo est. et omnis qui diligit fratrem ex deo natus est et cognos-
2 cit deum. Qui non diligit non novit deum quoniam deus caritas
3 est. In hoc apparuit caritas dei in nobis quoniam filium suum
unigenitum misit deus in mundum ut vivamus per eum.
2 Hoc est caritas dei non quasi nos dilexerimus deum sed quia ipse
prior dilexit nos et misit filium suum propiciacionem pro peccatis nostris.

[illegible]

Karissimi si sic deus dilexit nos et nos debemus alterutrum
diligere. Deum nemo vidit umquam. Si
diligamus invicem deus in nobis manet. et caritas eius
in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus
et ipse in nobis quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus
et testificamur quoniam pater misit filium suum salvatorem mundi.
Quisquis confessus fuerit quoniam Ihesus est filius dei. deus in
eo manet et ipse in deo. et nos cognovimus et credidimus
caritati quam habet deus in nobis. Deus caritas est et qui
manet in caritate in deo manet. et deus in eo. In hoc

perfecta est

perfecta est caritas dei nobiscum. ut fiduciam habeamus in die
iudicii quia sicut ille est. et nos sumus in hoc mundo.
Timor non est in caritate. Sed perfecta caritas foras mittit
timorem quoniam timor penam habet. Qui autem timet non est perfectus

In caritate. Nos ergo diligamus deum quoniam deus ipse prior dilexit
nos. Si quis dixerit quoniam diligo deum et fratrem suum odit mendax
est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem
non videt quomodo potest diligere. Et hoc mandatum habemus a deo ut
qui diligit deum diligat et fratrem suum.

Omnis qui credit quoniam Jhesus est Christus ex deo natus est.
Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui
natus est ex deo. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei
cum deum diligamus et mandata eius faciamus. Hec est
enim caritas dei ut mandata eius custodiamus et mandata
eius gravia non sunt. Quoniam omne quod natum est ex
deo vincit mundum. Et hec est victoria que vincit mundum
fides nostra. Quis autem est qui vincit mundum nisi qui credit
quoniam Jhesus est filius dei. Hic est qui venit per aquam et sanguinem
Jhesus Christus, non in aqua solum sed in aqua et sanguine. Et
spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas. Quoniam tres

tres sunt

Et tres unum sunt

sunt qui testimonium dant in celo, pater et verbum et spiritus sanctus

Et hii tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in

terra. spiritus et aqua et sanguis. Si testimonium hominum accipimus

testimonium dei maius est. Quoniam hoc est testimonium dei

quod maius est quia testificatus est de filio suo. Qui credit

in filium dei habet testimonium dei in se. Qui non credit in filium

dei mendacem facit eum. quia non credit in testimonium quod

testificatus est deus de filio suo. Et hoc est testimonium quia

vitam eternam dedit nobis deus. Et hec vita in filio eius

est. Qui habet filium habet et vitam. et qui non habet filium dei vitam

non habet. Hec scripsi vobis ut sciatis quia vitam habetis eternam

qui creditis in nomine filii dei. Et hec est fiducia quam

habemus ad deum. quia quodcumque petierimus secundum volun-

tatem eius audiet nos. Et scimus quia audit nos quicquid

petierimus. Scimus quia habemus petitiones quas postulamus

peccanti dabit(ur) ei vita peccanti no(n) ad morte(m)

[illegible] scit fratre(m) suu(m) peccare peccato no(n) ad morte(m). Est aute(m)

peccatu(m) ad morte(m): no(n) pro illo dico ut quis roget. Omnis iniquitas

peccatu(m) est: et est peccatu(m) ad morte(m). Scimus q(uonia)m omnis qui natus

est ex deo no(n) peccat: s(ed) generatio dei conservat eum, et malignus

no(n) tangit eum. Scimus q(uonia)m ex deo sumus. (Et) scimus q(uonia)m filius dei venit

et carne(m) induit n(ost)ri causa et passus est et resurrexit a mortuis.

Assumpsit nos, et dedit nob(is) sensum ut cognoscamus veru(m)

deum, et simus in vero filio eius. Hic est verus deus

et vita et(er)na. Filioli custodite vos a simulacris.

Electe

Senior electe d(omi)ne et natis eius quos ego di-

ligo in veritate, et no(n) ego solus s(ed) et omnes q(ui) cognoverunt

veritate(m), p(ro)pt(er) veritate(m) que p(er)manet in nobis et nobiscu(m) erit

in et(er)nu(m). Sit nobiscu(m) gr(ati)a, mi(sericordi)a, pax a deo patre et a Ihesu

Xp(ist)o filio p(at)ris, in veritate et caritate. Gavisus sum valde

q(uonia)m inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut ma(n)-

datu(m) accepimus a patre. Et nunc rogo te domina no(n)

tamqꝫ mandatū nouū scribens tibi sed quod habuimꝰ ab initio
ut diligamꝰ alterutrū. Et hec est caritas ut ambulemꝰ secundū
mandatū eius. Hoc est enī mandatū eius ut quemadmodū
audistis ab initio in eo ambuletis. Quoniā multi seductores exierunt
in mundū qui nō confitentur ihm xpm venisse in carne.
Hic est seductor et antixpus. Videte vosmetipsos ne perdatis
que operati estis, sed ut mercedē plenā accipiatis. Omnis qui
precedit, et nō pmanet in doctrina xpi, deū nō habet. qui
pmanet in doctrina, hic et filiū et patrē habet. Si quis venit
ad vos et hanc doctrinā nō affert, nolite recipere eum in
domū, nec aue ei dixeritis. Qui enī dicit illi aue
cōmunicat opibus eius malignis. Ecce pdixi vobis, ut in
die dni nō confundamini. Plura habens vobis scribere
nolui per cartā et atramentū. Spero enī me futurū apud
vos et os ad os loqui, ut gaudiū vrm plenū sit.

Salutant te filii sororis tue electe. Gratia tecum. Amen.

Senior Gayo karissimo quem ego diligo in veritate. Karissime
de omnibus orationem facio prospere te ingredi et valere, sicut
prospere agit anima tua. Gavisus sum valde venientibus
fratribus et testimonium perhibentibus veritati tue, sicut tu in
veritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam quam ut audiam
filios meos in veritate ambulare. Karissime fideliter facis quicquid
operaris in fratres, et hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt
caritati tue in conspectu ecclesie, quos benefaciens deduces digne
deo. Pro nomine enim eius profecti sunt, nichil accipientes
a gentibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, ut cooperatores
simus veritatis. Scripsissem forsitan ecclesie, sed is qui amat
primatum gerere in eis Diotrepes non recipit nos. Propter hoc
si venero, commoneam eius opera que facit verbis malignis
garriens in nos. Et quasi non ei ista sufficiant, neque

nec ipse suscipit fratres. Et eos qui suscipiunt prohibet

et de ecclesia eicit. Karissime noli imitari malum, sed quod bonum est.

~~Qui bene facit ex deo est, qui male facit non vidit deum.~~

Demetrio testimonium redditur ab omnibus et ab ipsa veritate.

Sed et nos testimonium perhibemus. Et nosti quoniam testimonium

nostrum verum est. Multa habui scribere tibi, sed nolui per atramentum

et calamum scribere tibi. Spero autem protinus te videre et os ad

os loquimur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos per nomen.

Iudas

Iudas ihesu christi servus, frater autem Iacobi, hiis qui in deo

patre dilectis et ihesu christo conservatis et vocatis. Misericordia

vobis et pax et caritas adimpleatur. Karissimi omnem

sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute,

necesse habui vobis scribere, deprecans supercertari semel tradite

sanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines qui

olim prescripti sunt in hoc iudicium impii, dei nostri

gratiam transferentes in luxuriam, et solum dominatorem et dominum nostrum ihesum
xpm negantes. Commonere autem vos volo, scientes semel omnia
quoniam ihesus populum de terra egipti salvans, secundo eos qui non crediderunt
perdidit. Angelos vero qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt
suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis
eternis sub caligine reservavit. Sicut sodoma et gomorra et fini-
time civitates simili modo fornicate et abeuntes post carnem
alteram, facte sunt exemplum, ignis eterni penam sustinentes. Similiter
et hii carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maie-
statem autem blasphemant. Cum michael archangelus cum diabolo
disputans altercaretur de moysi corpore, non est ausus iudicium
inferre blasphemie, sed dixit: imperet tibi dominus. Hii autem
que quidem ignorant blasphemant; quecumque autem naturaliter
tamquam muta animalia norunt, in hiis corrumpuntur.

Ve illis qui via caym abierunt, et errore balaam

mercede effusi sunt et contradictione chore perierunt. Hy sunt in
epulis suis macule convivantes sine timore semetipsos
pascentes, nubes sine aqua que a ventis circumferuntur,
arbores autumpnales, infructuose, bis mortue, eradicate,
fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera
errantia, quibus procella tenebrarum in eternum conservata est.
Prophetavit autem et de hijs septimus ab Adam Enoch dicens,
Ecce venit dominus in sanctis milibus suis facere iudicium
contra omnes et arguere omnes impios de omnibus
operibus impietatis eorum quibus ipsi impie egerunt et
de omnibus duris que locuti sunt contra eum peccatores
et impii. Hy sunt murmuratores querulosi secundum desideria
sua ambulantes, et os illorum loquitur superbiam, mirantes
personas questus causa. Vos autem karissimi memores estote
verborum que predicta sunt ab apostolis domini nostri ihesu christi qui

Enoch.

Adam
Seth
Enos
Caynan
Malaleel
Iared
Enoch.

Dicebant vobis quoniam in novissimis temporibus venient illusores

secundum sua desideria ambulantes et et illos loquitur

in impietate. Hy sunt qui segregant semetipsos animales

spiritum non habentes. Vos autem karissimi superedificantes vosmetipsos

sanctissime fidei vestre in spiritu sancto orantes, ipsos vos in di-

lectione dei servate, expectantes misericordiam domini nostri ihesu

christi in vitam eternam. Et hos quidem arguite iudicatos. illos

non salvate de igne rapientes. Aliis autem misereminí in timore dei

odientes et eam que carnalis est maculatam tunicam. Ei autem

qui potens est vos conservare sine peccato et constituere vos

ante conspectum glorie sue inmaculatos in exultacione in ad

ventu domini nostri ihesu christi soli deo salvatori nostro per ihesum christum

dominum nostrum gloria et magnificencia et imperium et potestas ante

omne seculum et nunc et in omnia secula seculorum amen.

Oportet te iterum prophetare populis et gentibus. Apoc. 10o

Vetus et novum testamentum concordant [illegible] sicut rota in medio rotae
Ezech. 1. [illegible] libros [illegible]
In novo testamento [illegible] — Allegoriae — Allegorica
Historiae — Historica
Parabolae — Epistolae Pauli et [illegible] 1.
Prophetiae — Apocalypsis
[illegible] Johannem [illegible]
[illegible] iterum
prophetare populis et gentibus.

[illegible] Oportet [illegible] iterum [illegible]
te prophetare [illegible] Iterum [illegible] populis
Necessitas — et gentibus. [illegible] ad Hebr. 10. [illegible]
est [illegible] aliqua [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Veritas — [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Ordo dictorum — [illegible] liber [illegible]
[illegible]

Qualitas — [illegible] populis et gentibus
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Joh. [illegible]
21

Omnes qui pie volunt vivere in
2 ad thy. 3.
xpo sicut ait apostolus persecutiones
Eccli. 2.
patiuntur/ Iuxta illud: Fili accedens ad servi-
tutem dei sta in iusticia et timore et prepara
Job. 7
animam tuam ad temptacionem/ temptacio namque
Judith 8
est vita hominis super terram/ Ne autem fideles
in hijs deficiant: consolatur eos dominus atque
confirmat dicens/ Vobiscum sum usque ad consummacionem
Luce 12
seculi/ et nolite timere pusillus grex/ Propterea
videns deus pater tribulaciones quas passura
erat ecclesia ab apostolis fundata super petram
xpm/ ut nimius timeat. disposuit una cum
Mt. 16

filio et spiritu sancto cui revelatio. Revelavit autem
tota trinitas Christo secundum humanitatem. Christus vero
Johanni per angelum. Johannes ecclesie. De qua
revelatione hunc librum composuit. Unde
et liber iste apokalipsis dicitur idest revelatio
quia hic continentur que revelata sunt Johanni
et Johannes ecclesie. Ecclesia scilicet cuncta passa est
in tempore primitivo et nunc patitur et in novissimis
temporibus antichristi passura est. Quia tanta
erit tribulatio ut si fieri potest etiam moveantur
electi et que preterita et nunc et in futuro prima
sit susceptura. Et quos denuntiata supplicia

terent promissa prima letificent. ideo iste lib

inter reliquas scripturas novi testamenti prophetie nomine

censetur, que aliis est excellentior prophetiis. Sicut

enim novum testamentum prestat veteri legi evangelium,

Ita hec prophetia prophetiis veteris testamenti, quia

de christo et eius magna ex parte iam adimpleta

sacramenta denunciat. Vel est ideo quia

cum aliis unifaria, ista trifaria data

est prophetia simul scilicet descripto et picti et scito

Quia confirmandam auctoritatem ostendit etiam

auctoritas mittentis, et deferentis, et accipi-

entis. Mittentis scilicet trinitatis, et deferentis

[illegible]

sz angeli accipientes sz Johannes. Cum autem

Johanni hec in visione fuerint revelata. Et

sicut sunt tria genera visionum sub quibus omnes

continentur videndi. Est visio cum alia cor-

Corporalis

poralis qua in corporalibus oculis aliquid

Ymaginaria

videmus. Alia spiritualis seu ymaginaria

cum in dormientes vel at vigilantes yma-

gines rerum cernimus quibus aliquid aliud

significatur. sicut vidit pharao spicas et

moyses rubum ardere. Ille dormiens iste vi-

Intellectualis

gilans. Alia intellectualis qua in spiritu

sancto revelante intellectu mentis veritatem

mistioꝝ sicut est capim̄g / quo mō vidit
Johannes que in hoc libro referuntur
/ nō enim figuras tm̄ spū vidit sed et eas
significata mente intellexit / vidit aut
Johannes et scripsit in pathmos insula
relegatus a domiciano exilio principe in
pessimo / hac enim ad scribendum compellente
causa quia dum exul tenetur a domiciano
in pathmos insula in eius , precreat
multa pullulaverunt atque inoleverunt
vicia atque diverse hereses / Erant enim quidam
heretici ibi dicentes xpm̄ nō fuisse ante

Maria, quia tpar deca nata erat quos
Johannes in principio evangelii sui
redarguit dicens: In principio erat verbum
et in hoc libro ait dicit Alpha et O
idest principium et finis. Dicebat enim
quidam cerinthus ponderis tribulationum ante
finem seculi defuturum et pro labore non
primum eternum suscepturum. Hos igitur errores
volens destruere Johannes ostendit Christum
principium esse et finem, unde Ysayas 43: Ante
me non est formatus deus et post me non
erit, et cerinthus pertinentem tribulationem non

non desine si proficere et prolixis premium etiam

recipe. Scribit autem Johannes septem ecclesiis

Asie, et earum septem episcopis, de predictis misteriis

materia — et per eas totam generalem ecclesiam docens. Est itaque — intencio

materia prophetie in hoc opere status specialis Asiane

ecclesie necnon et totius ecclesie que in presenti patiatur

intencio — et in futuro receptura sit. Intencio vero eius

est monere ad patientiam que servanda est.

tum quia brevis labor, tum quia premium

Modus agendi — magnum. Modus tractandi talis est: primo pre-

mittit prologum et salutationem ubi reddit

benivolos

auditores benignos et attentos, quo promisso

[illegible]

[illegible]

[illegible marginal notes]

accedit ad narrationem / ante narrationem vero
ostendit christum esse abeterno sine principio et
fine inducens ipsum loquentem / Ego sum
alpha et o idest principium et finis / Postea
accedens ad narrationem distinguit septem
visiones quibus terminatis iste liber terminatur
Premittit autem prologum dicens Apoka-
lipsis ihesu christi subaudis hec est / sicut in
alia visio ysaie hec est:

Apocalipsis ihesu christi
quam dedit illi deus

[illegible]

palam facere servis suis que oportet fieri cito et

significavit mittens per angelum suum servo

suo Johanni qui testimonium perhibuit verbo

Dei et testimonium Jhesu Christi in hiis quecumque

vidit. Beatus qui legit et qui audit verba

prophecie libri huius et servat ea que in

ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Johannes

septem ecclesiis que sunt in Asia. Gratia vobis

et pax ab eo qui est et qui erat et qui

venturus est et a septem spiritibus qui in conspectu

throni eius sunt et a Jhesu Christo qui est testis

[illegible]

Septem

[illegible]

[illegible]

fidelis primogenitus mortuorum et princeps
regum terre qui dilexit nos et lavit nos
a peccatis nostris in sanguine suo et fecit nos
regnum et sacerdotes deo et patri suo ipsi
gloria et imperium in secula seculorum amen.
Ecce venit cum nubibus et videbit eum
omnis oculus et qui eum pupugerunt
et tunc plangent se super eum omnes tribus
terre etiam amen. Ego sum alpha et O
principium et finis dicit dominus deus qui
est et qui erat et qui venturus est omnipotens.
Ego Johannes frater vester et particeps

[illegible]

in tribulatione et regno et patientia in christo ihesu

fui in insula que appellatur pathmos

propter verbum dei et testimonium ihesu christi. fui

in spiritu in dominica die et audivi post me

vocem magnam tamquam tube dicentis

Quod vides scribe in libro et mitte septem

ecclesiis que sunt in asia epheso et smirne

et pergamo et thyatire et sardis et

filadelphie et laodicie. Et conversus sum

ut viderem vocem que loquebatur mecum

Et conversus vidi septem candelabra aurea

et in medio septem candelabrorum aureorum

Precinctum ad mamillas. [illegible]

[illegible]

Caput autem eius. Apparebat autem angelus [illegible]

[illegible]

Oculi eius velut flamma ignis. [illegible]

Septem stellas. i. Episcopos qui dicuntur stelle [illegible] Daniel [illegible] Johannes [illegible]

Et de ore eius gladius [illegible]

Ex utraque parte acutus [illegible]

[illegible]

similem filio hominis, vestitum podere, et precinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius et capilli erant candidi tamquam lana alba et tamquam nix. Et oculi eius velud flamma ignis. Et pedes eius similes auricalco, sicut in camino ardenti. Et vox illius tamquam vox aquarum multarum. Et habebat in dextera sua septem stellas. Et de ore eius gladius ex utraque parte acutus exibat. Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tamquam mortuus.

Et cum vidissem. Post Johannes trepidavit [illegible] Daniel [illegible] angelus [illegible]

mortuus. Et posuit dexteram suam super me
dicens: Noli timere, ego sum primus et novissimus
et sum vivus et fui mortuus, et ecce sum
vivens in secula seculorum amen. Et habeo
claves mortis et inferni. Scribe ergo que
vidisti, et que sunt, et que oportet fieri
post hec. Sacramentum septem stellarum quas
vidisti in dextera mea, et septem cande-
labra aurea. Septem stelle angeli sunt
septem ecclesiarum, et candelabra septem, septem
ecclesie sunt.

Angelo Ephesi ecclesie scribe: Hec

bis bine

[illegible marginal and interlinear glosses]

Dicit qui tenet septem stellas in dextera
sua, et qui ambulat in medio septem
candelabrorum aureorum. Scio opera tua et
laborem tuum, et patientiam tuam, quia non
potes sustinere malos, et temptasti eos
qui se dicunt apostolos esse et non sunt,
et invenisti eos mendaces, et patientiam
habes, et sustinuisti eos propter nomen meum
et non defecisti. Sed habeo adversum te pauca,
quia caritatem tuam primam reliquisti. Memor
esto itaque unde excideris, et age penitentiam
et fac prima opera. Sin autem, venio tibi

[illegible marginal commentary]

tuo et movebo candelabrum tuum de loco
suo nisi penitentiam egeris. Sed hoc habes bo-
num quia odisti facta Nicolaitarum
que et ego odi. Qui habet aures audiendi
audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti
dabo edere de ligno vite quod est in para-
diso dei mei. Et angelo Smirne ecclesie
scribe. Hec dicit primus et novissimus
qui fuit mortuus et vivit. Scio tribula-
tionem tuam et paupertatem tuam sed dives
es et blasphemaris ab hiis qui se dicunt
iudeos esse et non sunt sed sunt synagoga

Et angelo Smirne

[illegible]

[illegible]

[illegible]

sathane. Nichil horum timeas que passurus es.

[illegible]

Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis

[illegible]

in carcerem ut temptemini et habebitis tribulationem

[illegible]

diebus decem. Esto fidelis usque ad mortem

[illegible]

et dabo tibi coronam vite. Qui habet aures audiat

[illegible]

audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Qui vicerit

[illegible]

non ledetur a morte secunda. Et angelo pergami

[illegible]

ecclesie scribe: hec dicit qui habet romphaeam

[illegible]

ex utraque parte acutam. Scio ubi habitas

[illegible]

ubi sedes est sathane et tenes nomen

[illegible]

meum et non negasti fidem meam.

[illegible]

Et in diebus illis antipas testis meus

[illegible]

[illegible]

Decem diebus [illegible]

[illegible]

Et angelo pergamo [illegible]

[illegible]

Sed habeo. Post commendationem de malo [illegible]

fidelis qui occisus est apud vos ubi satha-
nas habitat. Sed habeo adversus te pauca quia
habes illic tenentes doctrinam balaam qui
docebat balach mittere scandalum coram filiis
israel, scilicet edere de sacrificiis ydolorum et
fornicari. Ita habes et tu tenentes doctrinam
nicolaitarum. Similiter penitentiam age, si quominus
veniam tibi cito, et pugnabo cum illis
in gladio oris mei. Qui habet aurem audi
andiat quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti
dabo manna absconditum, et dabo illi
calculum candidum et in calculo nomen

Manna absconditum [illegible]

Et angelo thyatire [illegible]

[illegible]

nouissimi scriptum, quod nemo scit, qui accipit.

Et angelo thyatire ecclesie scribe. Hec dicit filius dei qui habet oculos tamquam flammam ignis, et pedes eius similes auricalco. Noui opera tua et fidem et caritatem et ministerium et patientiam tuam, et opera tua nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca, quia permittis mulierem Iezabel que se dicit prophetam docere et seducere seruos meos fornicari et manducare de ydolathicis. Et dedi illi tempus ut penitentiam ageret, et non vult penitere a fornicatione sua. Et ecce mitto eam in lectum, et qui

[illegible]

mechabantur cum ea in tribulatione maxima

erunt nisi penitentiam egerint ab operibus suis

Et filios eius interficiam in morte et hoc

scient omnes ecclesie quia ego sum scrutans

corda et renes. Et dabo unicuique vestrum secundum

opera vestra. Vobis autem dico et ceteris qui thy-

atire estis quicumque non habent doctrinam hanc et

qui non cognoverunt ~~[illegible]~~ sathane altitudines

quemadmodum dicunt non mittam super vos

aliud pondus. Tamen id quod habetis

tenete donec veniam. Et qui vicerit et

custodierit usque in finem opera mea dabo illi

potestatem super gentes et reget illas in virga

ferrea, tamquam vas figuli confringentur,

Sicut et ego accepi a patre meo, et dabo illi

stellam matutinam. Qui habet aures audiendi

audiat quid spiritus dicat ecclesiis.

Et angelo ecclesie Sardis scribe: Hec dicit

qui habet septem spiritus dei, et septem stellas. Scio

opera tua, quia nomen habes quod vivas et

mortuus es. Esto vigilans, et confirma cetera

que moritura erant. Non enim invenio opera

tua plena coram deo meo. In mente ergo

habe qualiter acceperis et audieris et conserva

et penitentiam age. Si ergo non vigilaveris veniam

textus

adte tamquam fur et nescies qua hora veniā
adte. Sz habes pauca nomina in sardis qui
non inquinauit vestimenta sua. et ambula-
bunt mecū in albis quia digni sunt
Qui vicerit sic vestietur vestiment albis
et nō delebo nomē eius de libro vite
Et confitebor nomē eius corā patre meo
et corā angelis eius. Qui hz aures au-
diat. quid spūs dicat eccīs. Et angelo
philadelphie ecclie scribe. Hec dicit scūs
et verus qui hz clauem dauid. qui
aperit et nemo claudit. claudit et nemo
aperit. Scio opa tua. ecce ego dedi corā te

hostium apertum quod nemo potest claudere / quia
modicam habes virtutem / et servasti verbum meum /
et non negasti nomen meum / Ecce dabo tibi
de synagoga sathane qui dicunt se iudeos esse
et non sunt / sed mentiuntur / Ecce faciam illos
ut veniant et adorent ante pedes tuos
/ et scient quia ego dilexi te / quia servasti
verbum patientie mee / et ego te servabo
ab hora temptationis que ventura est in
orbem universum temptare habitantes in
terra / Ecce venio cito / tene quod habes
ut nemo accipiat coronam tuam / Qui vicerit

[illegible]

faciam illum columpnam in templo dei mei

et foras non egredietur amplius et scribam

super eum nomen dei mei et nomen civitatis

dei mei nove ierusalem que descendit de

celo a deo meo et nomen meum novum

Qui habet aures audiendi audiat quid

spiritus dicat ecclesiis. Et angelo laodicie ecclesie

scribe. Hec dicit amen qui est testis fidelis

et verus qui est principium creature dei

Scio opera tua quia neque frigidus es

neque calidus. Utinam calidus esses aut

frigidus. Sed quia tepidus es nec calidus

[illegible]

es nec frigidus. Incipiam te evomere ex ore

meo. quia dicis quod dives sum et locuple-

tatus et nullius egeo. et nescis quia tu

es miser et miserabilis et pauper et cecus

et nudus. Suadeo tibi emere a me aurum

ignitum et probatum ut locuples fias. et vesti-

mentis albis induaris. ut non appareat con-

fusio nuditatis tue. et collirio vnge oculos

tuos ut videas. Et ego quos amo arguo

et castigo. Emulare ergo et penitentiam age. Ecce

ego sto ad hostium. et pulso. Si quis audierit

[illegible]

[illegible]

vocem meam et aperuerit michi ianuam, intro

ibo ad illum et cenabo cum illo et ille

mecum. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in thro

no meo, sicut et ego vici et sedi

cum patre meo in throno eius. Qui habet

aurem ~~aud~~ audiat, quid spiritus dicat ecclesiis.

Post hec vidi, et ecce hostium apertum

in celo, et vox prima quam audivi tamquam

tube loquentis mecum et dicentis: Ascende

huc, et ostendam tibi que oportet fieri cito post

hec. Et statim fui in spiritu, et ecce sedes posita

erat in celo, et supra sedem sedens. Et qui

[illegible]

[illegible]

sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis

et sardinis. Et iris erat in circuitu sedis similis

visioni smaragdine. Et in circuitu sedis sedilia

viginti quatuor. Et super tronos viginti quatuor

seniores sedentes circumamicti vestibus

albis. Et in capitibus eorum corone auree.

Et de throno procedebant fulgura, et voces

et tonitrua. Et septem lampades ardentes

ante thronum que sunt septem spiritus dei. Et

in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile

cristallo. Et in medio sedis et in circuitu sedis

quatuor animalia plena oculis ante et

[illegible]

retro. Et aial primum simile leoni. Et secundum al
simile vitulo. Et tercium al habens faciem quasi hominis.
Et quartum al simile aquile volanti. Et
quatuor aialia singula eorum habebant alas
senas. Et in circuitu et intus plena sunt
oculis. Et requiem non habebant die ac
nocte dicentia Sanctus Sanctus Sanctus Dominus
deus omnipotens qui erat et qui est et qui
venturus est. Et cum darent illa quatuor
aialia gloriam et honorem et benedictionem
sedenti super thronum viventi in secula
seculorum procidebant xxiiij seniores
ante sedentem in throno et adorabant

viventi in secula seculorum. et mittebant
coronas suas ante thronum dicentes. Dignus
es domine deus noster accipere gloriam et honorem
et virtutem quia tu creasti omnia et propter vo-
luntatem tuam ~~creata~~ erant et creata sunt.
4 Et vidi in dextera sedentis super
thronum librum scriptum intus et foris signatum
sigillis septem. Et vidi angelum fortem 2
predicantem voce magna. Quis est dignus
aperire librum et solvere signacula eius.
Et nemo poterat neque in celo neque in
terra neque subtus terram aperire librum neque respicere

Solue

illum. Et ego flebam multum quia nemo
dignus inventus est aperire librum et solvere
septem signacula eius nec videre eum. Et unus
de senioribus dixit mihi ne fleveris. Ecce vicit
leo de tribu iuda radix david qui dignus
est aperire librum et solvere signacula eius
septem. Et vidi et ecce in medio throni
et quattuor animalium et in medio seniorum
agnum stantem tamquam occisum habentem
cornua septem et oculos septem qui sunt
septem spiritus dei missi in omnem terram.
Et venit et accepit de dextera sedentis
in throno librum. Et cum aperuisset librum

[illegible]

quatuor animalia et xxiiii seniores ceci-

derunt coram agno habentes singuli citharas

et phialas aureas plenas odoramentorum

que sunt orationes sanctorum. Et cantabant

canticum novum dicentes. Dignus es domine

deus noster accipere librum et aperire et solvere

signacula eius quoniam occisus es et rede-

misti nos deo in sanguine tuo ex omni

tribu et lingua et populo et natione et fe-

cisti nos deo nostro regnum et sacerdotes et

regnabimus super terram. Et vidi et audivi

vocem angelorum multorum in circuitu throni

[illegible]

et animaliū et seniorū et numerus eorū
milia miliū dicenciū voce magna dignꝰ
est agnus qui occisus est accipe virtutem
et diuinitatē et sapienciā et fortitudinem et
honorem et gl'iam et benedictionē et omnē
creaturā que in celo est et que super
terra et que subterra et in mari et que
in eo sunt omnes audiui dicentes
sedenti in throno et agno benedictio et
honor et gl'a et ptās deo nrō in secula
seculorum et quatuor animalia dicebant amen
et viginti quatuor seniores ceciderunt in

facies suas et adoraverunt viventem in secula seculorum

Et vidi quod aperuisset agnus unum de septem signaculis et audivi unum de quatuor animalibus dicens tamquam vocem tonitrui

Veni et vide. Et vidi et ecce equus albus et qui sedebat super eum habebat arcum in manu et data est ei corona et exivit vincens ut vinceret. Et cum aperuisset sigillum secundum. audivi secundum animal dicens

Veni et vide. et ecce exivit alius equus rufus et qui sedebat super eum datum

Apli.

Albus

Christiani

Nero

Ruffus

[illegible]

Henrici

esset ei ut sumeret pacem de terra / et ut inuicem

se interficiant. et datus est ei gladius magnus

Titus

Et cum aperuisset sigillum tercium audiui unum

animal dicens veni et vide. Et ecce equus niger

Niger

et qui sedebat super eum habebat

stateram in manu sua. Et audiui tamquam

vocem in medio quatuor animalium

dicentium. bilibris tritici denario vno

Apostate

et tres bilibres ordei denario vno et vinum

et oleum ne leseris. Et cum aperuisset

Domitianus

sigillum quartum audiui vocem quarti animalis

dicentis / veni et vide. Et ecce equus pallidus

et ad apparuisset [illegible]

Pallidus

[illegible]

Et qui sedebat super eum nomen illi mors
et infernus sequebatur eum. Et data est illi
potestas super quatuor partes terre interficere gladio
fame et morte et bestiis terre. Et cum
aperuisset sigillum quintum, vidi subtus altare
animas sanctorum interfectorum propter verbum
dei et propter testimonium quod habebant
Et clamabant voce magna dicentes
Usquequo domine sanctus et verus non iudicas et
non vindicas sanguinem nostrum de his qui
habitant in terra. Et date sunt illis singule

Traianus

[illegible]

Et non vindicas

usque quo non iudicas et non vindicas sanguinem nostrum ulcisceris de his

in terra id est de terrenis dominantibus super terram

stole albe. Et dictum est illis ut requiescerent ad
huc tempus modicum, donec impleatur numerus con
servorum suorum. Et numerus fratrum eorum qui interfi
ciendi sunt sicut et vos. Et vidi cum a
peruisset sigillum sextum. Et ecce terre motus
factus est magnus. Et sol factus est niger
tamquam saccus ciliciuus. Et luna facta est
tota sicut sanguis. Et stelle celi ceciderunt
de celo super terram, sicut ficus emittit grossos
suos, cum a vento magno movetur. Et celum
recessit sicut liber involutus. Et omnis mons
et insule de locis suis mote sunt. Et

Dyocletianus

Sextum

reges terre et principes et tribuni et divites

et fortes et omnis servus et liber absconderunt

se in speluncis et in petris montium / et dicunt

montibus et petris / Cadite super nos et abscon-

dite nos a facie sedentis super thronum et ab ira

agni / quoniam venit dies magnus ire ipsorum et quis poterit stare

Post hec vidi quatuor angelos

stantes super quatuor angulos terre tenentes

quatuor ventos terre ne flaret super terram

neque super mare / neque in ullam arborem

Et vidi alterum angelum ascendentem ab

ortu solis habentem signum dei vivi et

clamavit voce magna quatuor angelis
quibus datum est nocere terre et mari dicens
Nolite nocere terre et mari neque arboribus
quoadusque signemus servos dei nostri in fronti-
bus eorum. Et audivi numerum signatorum
Centum quadraginta quatuor milia
signati ex omni tribu filiorum israel / Ex tribu
Iuda duodecim milia signati / Ex tribu ruben
duodecim milia signati / Ex tribu gaad
duodecim milia signati / Ex tribu aser duodecim
milia signati / Ex tribu neptalim duodecim
milia signati / Ex tribu manasses xii

Milia

milia signati. Ex tribu Symeon duodecim

milia signati. Ex tribu Levi duodecim

milia signati. Ex tribu Ysachar duodecim

milia signati. Ex tribu Ysachar duodecim

milia signati. Ex tribu Zabulon duodecim

milia signati. Ex tribu Joseph duodecim

milia signati. Ex tribu Beniamin duodecim

milia signati. Post hec vidi turbam magnam

quam nemo dinumerare poterat ex omnibus

gentibus et tribubus et populis et lin-

guis stantes ante thronum et in conspectu

agni amicti stolis albis et palme in manibus

eorum Et clamabant voce magna dicentes

Salus deo nostro qui sedet super thronum et

agno Et omnes angeli stabant in circui-

tu throni et seniorum et quatuor animalium et

ceciderunt in conspectu throni in facies suas

Et adoraverunt deum dicentes Amen Bene-

dictio et claritas et sapientia et gratiarum actio

honor et virtus et fortitudo deo nostro in secula

seculorum amen Et vidit unus de senioribus

et dixit michi Hy qui sunt amicti stolis

albis qui sunt et unde venerunt Et dixi

illi dñe mi tu scis. Et dixit michi hii sunt

qui venerunt ex magna tribulacione et laverunt

stolas suas et dealbaverunt eas in sanguine

agni. Ideo sunt ante thronum dei et serviunt

ei die ac nocte in templo eius. Et qui sedet

in throno habitat super illos. Non esurient neque

sicient amplius et non cadet super eos sol

neque ullus estus quoniam agnus qui in medio

throni est reget illos et deducet illos ad vite

fontes aquarum. Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum

Et cum aperuisset sigillum septimum

factum est silencium in celo quasi media hora

Aplis

Et vidi septem angelos stantes in conspectu
dei Et date sunt illis septem tube Et alius
angelus venit et stetit ante altare habens thu
ribulum aureum in manu sua Et data sunt
illi incensa multa ut daret de orationibus sancto
rum super altare aureum quod est ante thronum
dei Et ascendit fumus incensorum de orationibus
sanctorum de manu angeli coram deo Et accepit
angelus thuribulū aureū et implevit illud

thuribulū

de igne altaris et misit in terram Et facta sunt
tonitrua et voces et fulgura et terre motus magnus
factus est Et septem angeli qui habebant septem tubas

Apli

Et terra pars arborum combusta est

preparauit se ut tuba canerent. Et primus angelus
tuba cecinit. Et facta est grando et ignis mixta
cum sanguine. Et missum est in terram. Et tercia pars
terre combusta est. Et omne fenum viride combustum
est. Et secundus angelus tuba cecinit et tamquam

Martires

mons magnus igne ardens missus est in
mare. Et facta est tercia pars maris sanguis
Et mortua est tercia pars creature que habebat
animas in mari. Et tercia pars navium interiit

Doctores

Et tercius angelus tuba cecinit. Et cecidit
de celo stella magna ardens tamquam facula
Et cecidit in terciam partem fluminum et in fontes

aquarum. Et nomen stelle dicitur absinthium. Et
facta est tercia pars aquarum in absinthium. Et
multi homines mortui sunt de aquis quia
amare facte sunt. Et quartus angelus tuba
cecinit et percussa est tercia pars solis et tercia pars
lune et tercia pars stellarum ita ut obscuraretur
tercia pars eorum et diei non luceret pars tercia et noctis
similiter. Et vidi et audivi vocem unius
aquile volantis per medium celi et dicentis
voce magna ve ve ve habitantibus in terra
de ceteris vocibus trium angelorum qui erant tuba canituri

predicatores pravi

Et quintus angelus tuba cecinit et

[illegible]

Puteum

Et vidi stellam de celo cecidisse in terram, et data
est illi clavis putei abyssi. Et aperuit puteum
abyssi. Et ascendit fumus putei sicut fumus
fornacis magne. Et obscuratus est sol et aer

De fumo putei

Et de fumo putei exierunt locuste in terram.
Et data est illis potestas sicut habent potestatem scor-
piones terre. Et preceptum est illis ne lederent
fenum terre, neque omne viride, neque omnem arborem
nisi tantum homines qui non habent signum dei
in frontibus suis. Et dictum est illis ne occiderent
eos, sed ut cruciarentur mensibus quinque. Et cruci-
atus eorum ut cruciatus scorpionis cum percutit

homines et in diebus illis querent homines
mortem et non invenient eam et desiderabunt
mori et fugiet mors ab ipsis et similitudines
locustarum similes equis paratis ad prelium
et super capita earum tamquam corone similes
auro et facies earum sicut facies hominum
et habebant capillos sicut capillos mulierum
et dentes earum sicut dentes leonum erant
et habebant loricas sicut loricas ferreas
et vox alarum earum sicut vox curruum equorum
multorum currentium in bellum et habebant
caudas similes scorpionum et aculei erant

in caudis earum / potestas earum ~~earum~~ nocere hominibus

mensibus quinque / Et habebant super se regem angelum

abyssi / cui nomen hebraice abaddon grece

autem apollion / et latine habens nomen exter-

minans / Ve unum abiit et ecce adhuc

veniunt duo ve post hec / Et angelus sextus

tuba cecinit / Et audivi unam vocem ex quatuor

cornibus altaris aurei / quod est ante oculos

dei / dicentem sexto angelo / qui habebat tubam

Solve quatuor angelos / qui alligati sunt

in flumine magno eufrate / et soluti

sunt quatuor angeli qui erant parati in horam

[left margin:] ... ps. in qua agit de persecucione ecclesie sub antichristo futura et de sexto angelo qui ... eam qui est ... [illegible]

[illegible glosses below text]

et diem et mensem et annum ut occiderent terciam
partem hominum. Et numerus equestris exercitus vicies
millies dena milia. Et audivi numerum eorum
Et ita vidi equos in visione et qui sedebant
super eos habebant loricas igneas et
iacinctinas et sulfureas. Et capita equorum erant
tamquam capita leonum et de ore ipsorum
procedit ignis et fumus et sulfur. Ab his
tribus plagis occisa est tercia pars hominum
de igne et fumo et sulfure que procedebat
de ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum
est et in caudis earum. Nam caude earum similes

serpentibus similes capita, et in his nocent.

Et ceteri homines qui non sunt occisi ab his plagis

neque penitentiam egerunt de operibus manuum suarum

ut non adorent demonia, et simulacra aurea

et argentea et erea et lignea et lapidea que

neque videre possunt neque audire neque ambulare, et

non egerunt penitentiam ab homicidiis suis neque a

veneficiis suis neque a fornicatione sua neque a furtis suis

Capitulum

Et vidi alium angelum fortem descendentem

de celo amictum nube et yris in capite eius

et facies eius erat ut sol et pedes eius sicut

columpna ignis et habebat in manu sua

libellum apertum. Et posuit pedem suum dextrum super
mare sinistrum autem super terram. Et clamavit voce
magna quemadmodum cum leo rugit. Et
cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua vo-
ces suas. Et cum locuta fuissent septem
tonitrua voces suas, et ego scripturus eram
et audivi vocem de celo dicentem: Signa
que locuta sunt septem tonitrua et noli
scribere ea. Et angelus quem vidi stantem
super mare et super terram levavit manum suam
ad celum. Et iuravit per viventem in secula
seculorum, qui creavit celum et ea que
in illo sunt, et mare et ea que in eo sunt,
et terram et ea que in ea sunt.

tonitrua

Quia tempus amplius non erit. Sed in diebus
vocis septimi angeli cum ceperit tuba canere
et consummabitur misterium dei sicut evangelizavit
per servos suos prophetas. Et vocem quam
audivi de celo loquentem mecum et dicentem
vade et accipe librum apertum de manu angeli
stantis supra mare et super terram. Et abii ad
angelum dicens ei ut daret librum michi.
Et dixit michi accipe librum et devora illum
et faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore
tuo erit dulce tamquam mel. Et accepi librum
de manu angeli et devoravi illum et erat

in ore meo dulce tamquam mel. Et cum devorassem
eum amaricatus est venter meus. Et dixit
michi oportet te iterum prophetare populis et
gentibus et linguis et regibus multis.

Et datus est michi calamus similis virge
et dictum est michi Surge et metire templum
dei et altare et adorantes in eo. Atrium autem
quod est foris templum eice foras et ne metieris
illud quoniam datum est gentibus et civitatem
sanctam calcabunt mensibus quadraginta
duobus. Et dabo testibus meis et prophetabunt
diebus mille ducentis sexaginta amicti
saccis. Hii sunt due olive et duo candelabra

Enoch et Helie

testes

Lucerne in conspectu domini terre stantes. Et
siquis eos nocere voluerit, ignis exiet de ore eorum
et devorabit inimicos eorum. Et si quis eos voluerit
ledere, sic oportet eum occidi. Hii habent potestatem
claudendi celum ne pluat diebus prophetie
ipsorum. Et potestatem habent super aquas convertendi
eas in sanguinem et percutere terram omni plaga
quotienscumque voluerint. Et cum finierint testimonium
suum, bestia que ascendit de abysso
faciet adversus eos bellum, et vincet eos et
occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis
civitatis magne que appellatur spiritualiter Sodoma

et egiptus, ubi et dominus eorum crucifixus est. Et
videbunt de tribubus et populis et linguis et
gentibus, et iacebunt corpora eorum inhumata
per tres dies et dimidium, et corpora eorum non sinent
poni in monumentis. Et inhabitantes terram
gaudebunt super illos et iocundabuntur, et munera
mittent invicem, quoniam hi prophete duo cruciaverunt
eos qui inhabitant super terram. Et post dies tres et
dimidium spiritus vite a deo intrabit in eos. Et
steterunt super pedes suos, et timor magnus
cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt
vocem magnam de celo dicentem illis: Ascendite
huc. Et ascenderunt in celum in nube, et vi

[illegible]

viderunt eos inimici eorum. Et in illa hora factus

est terre motus magnus. Et decima pars civitatis

cecidit. Et occisi sunt in terre motu nomina

hominum septem milia. Et reliqui in timore

sunt missi. Et dederunt gloriam deo celi. Ve

secundum abiit. Et ecce ve tercium veniet cito. Et

septimus angelus tuba cecinit. Et facte sunt

voces magne in celo dicentes. Factum est regnum

mundi huius domini nostri et Christi filii eius. Et regnabit

in secula seculorum amen. Et viginti quatuor se-

niores qui in conspectu dei sedebant in sedibus

suis ceciderunt in facies suas. Et adoraverunt

[illegible]

dicentes: Gratias tibi agimus domine deus
omnipotens qui es et qui eras et qui accepisti
virtutem tuam magnam et regnasti et irate sunt
gentes et advenit ira tua et tempus mortuorum
iudicari et mercedem reddere servis tuis prophetis
et sanctis et timentibus nomen tuum pusillis
et magnis et exterminandi eos qui corruperunt terram.

Et apertum est templum dei in celo et visa
est archa testamenti eius in templo eius
et facta sunt fulgura et voces et terremotus
et terre motus et grando magna. Et signum
magnum apparuit in celo, mulier amicta

sole, et luna sub pedibus eius, et in capite eius
corona stellarum duodecim; et in utero habens clama-
bat parturiens et cruciabatur ut pariat. Et
visum est aliud signum in celo, et ecce draco
magnus et rufus habens capita septem et cornua
decem, et in capitibus suis septem diademata;
et cauda eius trahebat terciam partem stellarum
celi, et misit eas in terram. Et draco stetit ante
mulierem que paritura erat, ut cum peperisset filium
eius devoraret. Et peperit mulier filium masculum
qui recturus erat omnes gentes in virga
ferrea, et raptus est filius eius ad deum

Pugna

et ad thronum eius. Et mulier fugit in solitu
dinem ubi habet locum paratum a deo ut ibi pascat
illam diebus mille ducentis et sexaginta. Et
factum est prelium magnum in celo. Michael et an
geli eius preliabantur cum dracone, et draco
pugnabat et angeli eius. et non valuerunt
neque locus inventus est amplius eorum in celo.
Et proiectus est draco ille magnus serpens anti
quus qui vocatur dyabolus et sathanas qui
seducit universum orbem. Et proiectus est in terram
et angeli eius cum illo missi sunt. Et audivi
vocem magnam in celo dicentem. Nunc facta e

salus et regnum et virtus dei nostri et potestas christi eius
quia proiectus est accusator fratrum nostrorum qui
accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac
nocte et ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni
et propter verbum testimonii sui et non dilexerunt
animas suas usque ad mortem. Propterea letamini
celi et qui habitatis in eis. Ve terre et mari quia
descendit dyabolus ad vos habens iram magnam sciens
quod modicum tempus habet. Et postquam vidit draco quod
proiectus esset in terram persecutus est mulierem
que peperit masculum. Et date sunt mulieri
due ale aquile magne ut volaret in desertum

in locum suum ubi alitur per tempus et tempora et dimidium

temporis a facie serpentis. Et misit serpens

ex ore suo post mulierem aquam tamquam flumen

ut eam faceret trahi a flumine. Et adiuvit

terra mulierem et aperuit terra os suum et ab

sorbuit flumen quod misit draco de ore suo.

Et iratus est draco in mulierem et abiit facere

prelium cum reliquis de semine eius qui

custodiunt mandata dei et habent testimonium

Ihesu [Christi] et stetit super arenam maris.

Et vidi de mari bestiam ascendentem

habentem septem capita et cornua decem

[illegible]

Et super cornua eius decem diademata / Et

[illegible] pro magno [illegible]

super capita nomina blasphemie / Et bestia quam

[illegible]

vidi similis erat pardo / Et pedes eius sicut

[illegible]

pedes ursi / Et os eius sicut os leonis / Et

[illegible]

dedit illi draco uirtutem suam et potestatem magnam.

[illegible]

Et uidi unum de capitibus suis quasi occisum

[illegible]

in mortem et plaga mortis eius curata est

[illegible]

Et ammirata est uniuersa terra post bestiam

i. draco

Et adorauerunt draconem quia dedit

[illegible]

potestatem bestie / et adorauerunt bestiam dicentes

[illegible]

Quis similis bestie / et quis poterit pugnare

[illegible]

cum ea / Et datum est ei os loquens magna

[illegible]

[illegible]

[illegible]

et blasphemias. Et data est illi potestas facere
mala menses quadraginta duos. Et aperuit
os suum in blasphemias ad deum. blasphemare
nomen eius. et tabernaculum eius. et eos
qui in celo habitant. Et datum est illi bellum
facere cum sanctis et vincere illos. Et data
est illi potestas in omnem tribum et populum et linguam
et gentem. Et adoraverunt eam omnes qui habitant
terram quorum non sunt nomina scripta in libro
vite agni. qui occisus est ab origine
mundi. Si quis habet aures audiendi audiat.
Qui in captivitatem duxerit in captivitatem vadet.

[illegible]

Job 19 [illegible] gladii [illegible] gladius est

[illegible]

DNC

Qui in gladio occiderit oportet eum gladio occidi.

[illegible]

Hic est patientia sanctorum et fides. Et vidi

[illegible]

aliam bestiam ascendentem de terra et habebat

[illegible]

cornua duo similia agni et loquebatur

[illegible]

sicut draco. Et potestatem prioris bestie omnem

[illegible]

faciebat in conspectu eius. Et fecit terram et

[illegible]

habitantes in ea adorare bestiam primam cuius

[illegible]

curata est plaga mortis. Et fecit signa

[illegible]

magna ut etiam ignem faceret de celo descendere

[illegible]

in terram in conspectu omnium hominum. Et seducit

[illegible]

habitantes in terra propter signa que data sunt

[illegible]

illi facere in conspectu bestie dicens

[illegible]

habitantibus in terra ut faciant ymaginem [bestie]

bestie que habet plagam gladii et vixit et datum est

illi ut daret spiritum ymagini bestie ut loquatur

ymago bestie et faciet ut quicumque non adoraverit

ymaginem bestie occidantur et faciet omnes pusillos

et magnos et divites et pauperes liberos et

servos habere caracterem in manu sua dextra

aut in frontibus suis et ne quis possit

emere aut vendere nisi qui habeat caracterem aut

nomen bestie aut numerum nominis eius hic sapientia est

qui habet intellectum computet numerum bestie numerus enim

sexcentesimum sexagesimum sextum

hominis est et numerus eius est DC LX VI

Et vidi et ecce agnus stabat sup[er] monte[m]

syon et cum eo centu[m] quadraginta q[ua]t[tu]or milia

h[ab]entes nome[n] eius et nome[n] patris eius scriptu[m]

in frontibus suis. Et audivi de celo. tamq[uam]

voce[m] aquar[um] multar[um] et tamq[uam] voce[m] tonitrui

magni. Et voce[m] quam audivi sicut ~~vocem~~

cytharedor[um] cytharizanciu[m] in cytharis suis

Et cantabant q[uas]i canticu[m] novu[m] ante sede[m]

dei et ante quatuor animalia et seniores

Et nemo poterat dic[er]e canticu[m] nisi illa

C xl iiii^or milia qui empti sunt de terra

Hy sunt qui cu[m] mulierib[us] no[n] sunt coinq[ui]nati

cantant

Virgines enim sunt. Hii sunt qui sequntur agnum
quocumque ierit. Hii empti sunt ex omnibus primicie
deo et agno. et in ore ipsorum non est inventum
mendacium. Sine macula enim sunt ante
thronum dei. Et vidi alterum angelum volantem
per medium celi. habentem ewangelium eternum ewangelizare
sedentibus super terram et super omnem gentem
et tribum et linguam et populum dicens voce magna.
Timete deum et date illi honorem quia venit
hora iudicii eius. Et adorate eum qui fecit
celum terram. mare et omnia que in eis sunt et fontes aquarum.
Et angelus alius secutus est dicens. Cecidit

Gualterus Petrus Petrus [illegible]

cecidit babilon ciuitas illa magna que a vino
ire fornicationis sue potauit omnes gentes
Et angelus tercius secutus est eos dicens in magna
voce. Si quis adorauerit bestiam et ymaginem eius
et acceperit caracterem in fronte sua aut in manu
sua, hic bibet de vino ire dei quod mixtum est
mero in calice ire ipsius et cruciabitur igne
et sulphure in conspectu sanctorum angelorum
et ante conspectum agni. Et fumus tormentorum eorum
in secula seculorum ascendet. Nec habebunt requiem
die ac nocte qui adorauerunt bestiam et ymaginem
eius et si quis acceperit caracterem nominis eius

est

Hic est pacientia sanctorum et qui custodiunt
mandata dei et fidem Ihesu. Et audivi
vocem de celo dicentem michi. Scribe beati mortui
qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus ut
requiescant a laboribus suis. Opera enim illorum
secuntur illos. Et vidi, et ecce nubem candidam
et super nubem sedentem similem filio hominis ha-
bentem in capite suo coronam auream et in
manu sua falcem acutam. Et alius angelus
exivit de templo clamans voce magna
ad sedentem super nubem, mitte falcem tuam et
mitte, quia venit hora ut metatur quia aruit
scrim

messis terre / et misit qui sedebat super nubem

falcem suam in terram / et messuit terram / et alius

angelus exivit de templo quod est in celo

habens et ipse falcem acutam / et alius angelus exivit

de altari qui habebat potestatem super ignem / et clamavit

voce magna ad eum qui habebat falcem acutam

dicens / mitte falcem tuam / et vindemia botros

vinee terre / quoniam mature sunt uve eius / et misit

angelus falcem suam in terram et vindemiavit

vineam terre / et misit in lacum ire dei magnum

et calcatus est lacus extra civitatem / et exivit

sanguis de lacu usque ad frenos equorum per stadia m[ille]

Mille sescenta

Et vidi aliud signum in celo magnum et mira
bile, et angelos septem habentes plagas septem novissimas
quoniam in illis consummata est ira dei. Et vidi
tamquam mare vitreum mixtum igne et eos qui
vicerunt bestiam et ymaginem eius et numerum nominis
illius stantes super mare vitreum habentes cytharas
dei et cantantes canticum moysi servi dei et
canticum agni dicentes magna et mirabilia
sunt opera tua domine deus omnipotens iuste et vere
sunt vie tue domine rex seculorum quis
non timebit te domine et magnificabit nomen
tuum domine quia solus pius es quoniam omnes
gentes venient et adorabunt in conspectu tuo

indicia tua manifesta sunt. Et post hec vidi et
ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in
celo et exierunt septem angeli habentes septem plagas
plagas
de templo vestiti lapide mundo et candido et
precincti circa pectora zonis aureis. Et unus ex
quatuor animalibus dedit vij angelis vij phialas
aureas plenas iracundie dei viventis in secula seculorum.
Et impletum est templum dei fumo a maiestate
dei et de virtute eius. Et nemo poterat introire
in templum donec consummarentur vij plage vij angelorum.

16.

Et audivi vocem magnam de templo
dicentem vij angelis Ite et effundite vij
phialas
phialas ire dei in terram. Et abiit primus angelus

et effudit phialam suam in terram. Et factum est

vulnus saevum et pessimum in homines qui

habebant caracterem bestie et in eos qui

adoraverunt bestiam et ymaginem eius. Et

secundus angelus effudit phialam suam

in mare et factus est sanguis tamquam mor-

tui et mortua est omnis anima vivens

in mari. Et tercius angelus effudit phialam

suam super flumina et super fontes aquarum et

factus est sanguis. Et audivi angelum

aquarum dicentem Justus es domine qui

es ~~domine~~ qui eras sanctus quia Et sanguinem sanctorum et prophetarum effuderunt et sanguinem

quia hec iudicasti

eis dedisti bibere, ut digni sunt. Et audivi alterum

angelum dicentem: Etiam domine deus omnipotens

vera et iusta sunt iudicia tua. Et quartus

angelus effudit phialam suam in solem, et

datum est illi estu affligere homines et igne; et

estuaverunt homines estu magno, et blasphe-

maverunt nomen dei habentis potestatem super has

plagas, neque egerunt penitentiam ut darent illi gloriam.

Et quintus angelus effudit phialam suam super

sedem bestie, et factum est regnum eius tenebrosum,

et commanducaverunt linguas suas pre dolore,

et blasphemaverunt deum celi pre doloribus

et vulneribus suis. et non egerunt penitentiam
ex operibus suis. Et sextus angelus effudit
phialam suam in flumen illud magnum eufraten
et siccavit aquam eius. ut prepararetur via regibus
ab ortu solis. Et vidi de ore draconis et
de ore bestie. et de ore pseudo prophete exire
spiritus tres inmundos in modum ranarum
Sunt enim spiritus demoniorum facientes signa
et procedunt ad reges totius terre congregare
illos in prelium ad diem magnum dei omnipotentis
Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat
et custodit vestimenta sua. ne nudus ambulet

et videant omnes turpitudinem eius / Et congregabit

hermageddon — illos in locum qui dicitur ebraice Hermagedon / Et

septimus angelus effudit phialam suam in aerem

/ Et exivit vox magna de templo a throno dicens

factum est / Et facta sunt fulgura et voces et

tonitrua / Et terre motus factus est magnus

qualis numquam fuit ex quo homines fuerunt super

terram / talis terre motus sic magnus / Et facta est

civitas magna in tres partes / Et civitates gentium

ceciderunt / Et babilon magna venit in

memoriam ante deum dare ei calicem vini

indignationis ire eius / Et omnis insula

[illegible interlinear gloss]

fugit, et montes non sunt inventi, et grando

magna sicut talentum descendit de celo in homines

et blasphemaverunt deum homines propter plagam

grandinis, quoniam magna facta est vehementer.

a Et venit unus de septem angelis qui

habebat septem phialas, et locutus est mecum

dicens, veni et ostendam tibi dampnacionem

meretricis magne que sedet super aquas multas Meretricis

cum qua fornicati sunt reges terre, et inebriati

sunt qui inhabitant terram, de vino prostitucionis

eius, et abstulit me in desertum in spiritu. Et

vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam

[illegible interlinear gloss]

plenam nominibus blasphemie, habentem capita vii

[illegible interlinear gloss]

et cornua decem. Et mulier erat circumdata pur-

[illegible interlinear gloss]

pura et coccino et inaurata auro et lapide

et coccino

[illegible interlinear gloss]

precioso et margaritis, habens poculum aureum

[illegible interlinear gloss]

in manu sua, plenum abhominatione et in-

[illegible interlinear gloss]

mundicia fornicationis eius. Et in fronte

[illegible interlinear gloss]

eius nomen scriptum: misterium, Babilon magna

[illegible marginal gloss]

mater fornicationum et abhominationum terre

[illegible interlinear gloss]

Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum

[illegible interlinear gloss]

et de sanguine martirum Ihesu. Et miratus sum

[illegible interlinear gloss]

cum vidissem illam admiratione magna. Et dixit

[illegible marginal glosses]

michi angelus quare miraris? Ego tibi dicam
sacramentum mulieris et bestie que portat eam que
habet capita vii et cornua decem. Bestia quam
vidisti fuit et non est et ascensura est de abysso
et in interitum ibit et mirabuntur inhabitantes
terram quorum nomina non sunt scripta in libro
vite a constitutione mundi videntes bestiam
que erat et non est. Et hic est sensus et qui
habet sapientiam. vii capita vii montes sunt super
quos mulier sedet et reges vii sunt super
quos mulier sedet quinque ceciderunt sextus
est et alius nondum est et cum venerit

oportet illum breve tempus manere / Et bestia
que erat / et non est / et ipsa octava est / et
de septem est / et in interitum vadit / Et decem
cornua que vidisti decem reges sunt / qui
regnum nondum acceperunt / sed potestatem tamquam
reges una hora accipient post bestiam / Hii
unum consilium habent et virtutem et potestatem suam
bestie tradent / Hii cum magno agno pugnabunt
/ Et agnus vincet illos / quoniam dominus dominorum est
et rex regum / Et qui cum illo sunt vocati
et electi / et fideles / Et dixit michi / Aque
quas vidisti ubi meretrix sedet / populi sunt

et gentes / et lingue / Et decem cornua que
vidisti in bestia / hii odient fornicariam / et
desolatam facient illam / et nudam / et carnes
eius manducabunt / et ipsam igne concremabunt
Deus enim dedit in corda eorum ut faciant
quod illi placitum est / ut dent regnum suum bestie
donec consummentur verba dei / Et mulier quam
vidisti est civitas magna que habet regnum super reges terre

18 Et post hec vidi alium angelum descen-
dentem de celo habentem potestatem magnam / et
terra illuminata est a gloria eius / Et clamavit
in fortitudine dicens / Cecidit cecidit babilon

magna et facta est habitacio demoniorum et
custodia omnis spiritus immundi et custodia omnis
volucris immunde et odibilis quia de vino
ire fornicacionis eius biberunt omnes
gentes et reges terre cum illa fornicati sunt
et mercatores terre de virtute deliciarum eius
divites facti sunt. Et audivi aliam vocem de celo
dicentem: exite de illa populus meus et ne par-
ticipes sitis delictorum eius et de plagis eius
non accipiatis quia pervenerunt peccata eius usque
ad celum et recordatus est dominus iniquitatum
eius. Reddite illi sicut et illa reddidit vobis

et duplicate duplicia secundum opera eius in poculo

quo miscuit vobis miscete illi duplum quantum

~~glorificavit se et in deliciis fuit tantum date~~

~~illi tormentum et luctum~~ quia in corde suo dicit

Sedeo ut regina ~~non sum~~ vidua, Et luctum

non videbo. Et ideo in una die venient

plage eius mors et luctus et fames et

igne comburetur, quia fortis est deus qui

iudicabit illam et flebunt et plangent se

super illam reges terre qui cum illa fornicati sunt

et in deliciis ~~eius~~ vixerunt cum viderint fumum

incendii eius, longe stantes propter timorem

flebunt

Et flebunt

eius dicentes. Ve ve civitas illa magna babilon
et civitas fortis illa. quoniam una hora venit iudi
cium tuum. Et negotiatores terre flebunt et luge
bunt super illam. quoniam merces eorum nemo
emet amplius. merces auri et argenti
et lapidis preciosi et margarite et byssi
et purpure et serici et cocci. et omne lignum
thyinum et omnia vasa eboris. et omnia
vasa de lapide precioso et eramento et ferro
et marmore. et cynamomum. Et amomum
et odoramentorum et unguenti et thuris et vini
et olei et simile et tritici. et iumentorum

et ovium et equorum et redarum et mancipiorum

et animas hominum. Et poma tua desiderii

anime tue discesserunt a te. et omnia pinguia

et preclara perierunt a te. et amplius

illa non invenient. Mercatores horum

divites facti sunt ab ea. Longe stabunt

propter tormentorum eius timorem flentes ac

lugentes et dicentes. Ve ve. civitas illa

magna que amicta erat bysso et purpura

et cocco. et deaurata auro et lapide precioso

et margaritis. quoniam una hora destitute sunt

tante divitie. et omnis gubernator et

qui in lacu navigant et naute, et qui in
mari operantur, longe steterunt et clamaverunt
videntes locum incendii eius dicentes:
similis huic civitati magne? Et miserunt
pulverem super capita sua, et clamaverunt
flentes et lugentes et dicentes: Ve ve
civitas illa magna in qua divites facti sunt
omnes qui habebant naves in mari
de preciis eius, quoniam una hora desolata est.
Exultate super eam celum et sancti apostoli et
prophete, quoniam iudicavit deus iudicium vestrum
de illa. Et sustulit unus angelus fortis lapidem

quasi molare magnum et misit in mare
dicens hoc impetu mittetur babilon illa
civitas magna et ultra iam non invenietur. Et vox cytharedorum et musicorum
et tibia canentium et tuba non audietur
in ea amplius. Et lux lucerne non lucebit in ea amplius. Et omnis artifex omnis
artis non invenietur in ea amplius. Et vox
mole non audietur in ea amplius. Et vox
sponsi et sponse non audietur in te adhuc
amplius quia mercatores tui erant principes
terre quia in veneficiis tuis erraverunt omnes

gentibus. Et in ea sanguis prophetarum et sanctorum

est inventus et omnium qui interfecti sunt in terra.

19 Post hec audivi quasi vocem magnam

tubarum multarum in celo dicentium alleluia

laus et gloria et virtus deo nostro est. Quia

vera et iusta sunt iudicia eius. quia

iudicavit de meretrice magna que corrupit

terram in prostitutione sua. et vindicavit

sanguinem servorum suorum de manibus eius.

Et iterum dixerunt alleluia. Et fumus eius

ascendit in secula seculorum. Et xxiiii.or

seniores ceciderunt. Et quatuor animalia

Et adorabunt deum sedente[m] sup[er] thronu[m]

dicentes Amen alla. Et vox de throno exiuit

dicens laude[m] dicite deo n[ost]ro omnes s[er]ui

eius. Et qui timetis deum pusilli et

magni. Et audiui voce[m] q[uas]i voce[m] tube

magne. Et sicut voce[m] aquar[um] multar[um]

Et sicut voce[m] tonitruor[um] magnor[um] dicentiu[m]

Alla quia regnauit d[omi]n[u]s deus n[oste]r omnipo

tens. Gaudeamus et exultemus et demus

gl[ori]am ei quia venit nuptie agni. Et

uxor eius preparauit se. Et datu[m] est

illi ut cooperiat se bissino splendenti

[illegible]

ad cenam

[illegible]

et candido ~~et expolianti se~~ Byssinum enim
iustificationes sanctorum sunt. Et dixit mi
Scribe. beati qui ad cenam agni nuptiarum
vocati sunt. Et dixit michi hec verba dei vera
sunt. Et cecidi ad pedes eius ut ado-
rarem eum. Et dixit michi vide ne feceris
quia conservus tuus sum et fratrum tuorum
habentium testimonium ihesu xpisti. Deum adora. Testi-
monium enim ihesu xpisti est spiritus prophetie. Et
vidi celum apertum. Et ecce equus albus. Et
qui sedebat super eum vocabatur fidelis et
verax. Et cum iusticia iudicat et pugnat

[illegible]

Oculi autem eius sicut flamma ignis. Et
in capite eius dyademata multa, habens no-
scriptum quod nemo novit nisi ipse. Et vesti-
tus erat veste sanguine aspersa. Et vocaba-
tur nomen eius verbum dei. Et exercitus qui
sunt in celo, sequebantur eum in equis
albis. Et vestiti bysso alba et munda.
Et de ore ipsius procedebat gladius
ex utraque parte acutus, ut in ipso percuti-
at gentes. Et ipse reget eos in virga
ferrea. Et ipse calcat torcular vini fu-
roris ire dei omnipotentis. Et habet in vestimento

et in femore suo scriptum rex regum et dominus
dominantium. Et vidi unum angelum stantem
in sole et clamavit voce magna dicens
omnibus avibus que volant per medium celi
Venite et congregamini ad cenam magnam
dei ut manducetis carnes regum et carnes
tribunorum et carnes fortium et equorum et
sedentium in ipsis et carnes omnium liberorum
ac servorum pusillorum ac magnorum. Et vidi
bestiam et reges terre et exercitus eorum con-
gregatos ad faciendum prelium cum illo qui

[illegible]

sedebat in equo et cum exercitu eius. Et [illegible]

apprehensa est bestia et cum illa pseudopropheta [illegible]

Et qui fecit signa coram ipso quibus seduxit [illegible]

illos qui acceperunt caracterem bestie et qui [illegible]

adorant ymaginem eius. Vivi missi sunt [illegible]

hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure [illegible]

Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super [illegible]

equum qui procedit de ore ipsius. Et omnes [illegible]

aves saturate sunt carnibus eorum. [illegible]

20 Et vidi angelum descendentem de celo [illegible]

habentem clavem abyssi et cathenam magnam [illegible]

[illegible]

in manu sua. Et apprehendit draconem
serpentem antiquum qui vocatur diabolus et
sathanas. Et ligavit eum per annos mille
Et misit eum in abyssum et clausit et signavit
super illum ut non seducat gentes amplius
donec consummentur mille anni. Et post
hec oportet illum solvi modico tempore. Et vidi
sedes et sederunt super eas et iudicium
datum est illis. Et animas decollatorum propter
testimonium Ihesu et propter verbum dei. Et qui non
adoraverunt bestiam neque ymaginem eius neque

acceperunt caracterem in frontibus suis vel

aut in manibus suis et vixerunt et

regnaverunt cum xpo mille annis. Ceteri

mortuorum non vixerunt donec consumentur

mille anni. Hec est resurrectio prima.

Beatus et sanctus est qui habet partem in resur-

rectione prima. In his secunda mors non

habet potestatem sed erunt sacerdotes dei et

xpi et regnabunt cum illo mille annis.

Et cum consummati fuerint mille anni

solvetur sathanas de carcere suo et exibit

Per Gog Magog

et seducet gentes que sunt sup quatuor
angulos terre Gog et Magog et congre-
gabit eos in prelium quorum nus est sicut
arena maris et ascenderunt sup latitudine
terre et circuierunt castra sanctorum et dilectã
civitate. Et descendit ignis a deo de celo
et devoravit eos et dyabolus qui seducebat
eos missus est in stagnum ignis et sulphuris
ubi bestia et pseudo pphete cruciabuntur
die ac nocte in secula seculorum amen
Et vidi thronum magnum candidum et sedente

264 138

super eum/ a cuius conspectu fugit terra et celum
et locus non est inventus ab eis/ Et vidi mor-
tuos magnos et pusillos stantes in conspectu
throni/ et libri aperti sunt/ Et alius liber
apertus est/ qui est liber vite/ Et iudicati sunt
mortui ex hiis que scripta erant in libris se-
cundum opera eorum/ Et dedit mare mor-
tuos suos/ qui in eo erant/ Et mors et
infernus dederunt mortuos suos qui in
ipsis erant/ Et iudicati sunt de singulis secundum
opera eorum ipsorum/ Et infernus et mors missi
sunt in stagnum ignis/ Hec est mors secunda

Surgunt

gnu ~~ignis~~ Et qui non est inventus in libro vite scriptus missus

est in stagnum ignis.

Et vidi celum novum et terram novam. Primum 21

enim celum et terra prima abiit et mare iam non

est. Et ego Iohannes vidi civitatem sanctam Ierusalem

novam descendentem de celo a deo paratam sicut

sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem ma

gnam de throno dicentem Ecce tabernaculum

dei cum hominibus et habitabit cum eis. Et

ipsi populus eius erunt. Et ipse deus cum

eis erit deus eorum. Et absterget deus omnem

lacrimam ab oculis ~~sanctorum~~ Et mors ultra non

Sponsus

labor
infirmitas

erit | neque luctus ~~erit ultra~~ | neque clamor | neque do-
lor erit ultra | que prima abierunt | Et dixit qui
sedebat in throno | Ecce nova facio omnia | Et
dixit michi Scribe | quia hec verba fideli-
ssima sunt et vera | Et dixit michi factum
est Ego sum alpha et o initium et finis | Ego
sicienti dabo de fonte aque vive gratis
Qui vicerit possidebit hec | et ero illi deus
et ipse erit michi filius | Timidis autem
et incredulis | et execratis | et homicidis
et fornicatoribus | et veneficis | et ydolatris
et omnibus mendacibus pars illorum erit

in stagno ardenti igne et sulphure quod est mors
secunda. Et venit unus de septem angelis
habentibus septem phialas plenas plagis novissimis
et locutus est mecum dicens. Veni et ostendam tibi
sponsam uxorem agni. Et sustulit me in spiritu
in montem magnum et altum. Et ostendit michi
civitatem sanctam Iherusalem descendentem de celo
a deo, habentem claritatem dei. Et lumen eius
simile lapidi precioso tamquam lapidi iaspidis
sicut cristallum. Et habebat murum magnum
et altum, habentem portas duodecim, et in portis
angelos duodecim, et nomina scripta que sunt

nomina duodecim tribuum filiorum israhel. Ab oriente
porte tres. Ab occasu porte tres. Ab aquilone por-
te tres. Ab austro porte tres. Et murus civitatis
habens fundamenta duodecim, et in ipsis duodecim
nomina duodecim apostolorum et agni. Et qui loque-
batur mecum habebat mensuram arundineam auream
ut metiretur civitatem et portas eius et murum.
Et civitas in quadro posita est et longitudo
eius tanta est quanta et latitudo. Et mensus
est civitatem de arundine aurea per stadia duodecim
milia. Et longitudo et latitudo et altitudo
eius equalia sunt. Et mensus est murus eius

[illegible]

centū quadraginta quatuor cubitorū mensura
[illegible]
homīs que est angeli. Et erat structura muri
[illegible]
eius ex lapide iaspide. ipsa vero civitas auro
[illegible]
mūdo simile vitro mūdo. Et fundamenta
[illegible]
muri civitatis omni lapide precioso ornata.
[illegible]
Fundamentū primū iaspis. Secundus
[illegible]
saphirus. Tercius calcedonius. Quartus smara-
[illegible]
gdus. Quintus sardonix. Sextus sardius.
[illegible]
Septimus crisolitus. Octavus berillus. Nonus
[illegible]
thopasius. Decimus crisopassus. Undecimus
[illegible]
iacinctus. Duodecimus ametistus. Et duodecim
[illegible]
porte duodecim margarite sunt per singulas

Et singule porte erant ex singulis margaritis

Et platee civitatis aurum mundum tamquam vitrum

perlucidum. Et templum non vidi in ea. Dominus

deus enim omnipotens templum illius est. et

agnus. Et civitas non eget sole neque luna

ut luceat in ea. Nam claritas dei illuminabit

illam. et lucerna eius est agnus. Et ambula-

bunt gentes in lumine eius. Et reges terre

afferent gloriam suam et honorem in illam. Et porte

eius non claudentur per diem. Nox enim non

erit illic. Et afferent gloriam et honorem gentium

in illam. Et non intrabit in ea aliquid

coinquinatum et faciens abhominationes et

mendacium nisi qui scripti sunt in libro vite agni.

Et ostendit michi flumen aque vive splendidum 22

tamquam cristallum procedentem de sede

dei et agni. In medio platee eius

et ex utraque parte fluminis lignum vite afferens

fructus duodecim per menses singulos reddens

fructum suum et folia ligni ad sanitatem

gentium et omne maledictum non erit amplius.

Et sedes dei et agni in illa erunt et servi

eius servient illi et videbunt faciem eius

et nomen eius in frontibus eorum. Et nox

ultra nō erit / Et nō egebūt lumine lucne

neq lumine solis / qm dominus deus illuminabit

illos / et regnabunt in secula seculorum / Et

dixit michi / Hec uba fidelissima sunt et va

Et dominus deus spm prophetar misit angelu

sum ostendere seruis suis que oportet fieri cito

/ Et ecce venio velociter / Beatus qui custodit

uba prophetie libri huius / Et ego iohannes

qui vidi et audivi hec / Et postquam au

dissem et vidissem cecidi ut adorarem an

te pedes angeli qui michi hec ostendebat

/ Et dixit michi / vide ne feceris conseruus

conservus tuus sum et prophetarum fratrum
tuorum et eorum qui servant verba libri prophetie
huius. Deum adora. Et dixit michi: Ne signaveris
verba prophetie libri huius. Tempus enim prope
est. Qui nocet noceat adhuc; et qui in
sordibus est sordescat adhuc; et qui iustus est
iustificetur adhuc; et qui sanctus est sanctificetur
adhuc. Ecce venio cito, et merces mea
mecum est reddere unicuique secundum opera
sua. Ego sum alpha et ω, primus et novissimus,
principium et finis. Beati qui lavant stolas

Veniam.

[illegible]

suas in sanguine agni ut sit potestas eorum in ligno
vite / et per portas intrent in civitatem. Foris
autem canes / et venefici et impudici / et
homicide / et ydolis servientes / et omnis qui
amat / et facit mendacium / Ego Jhesus misi
angelum meum testificari vobis hec in ecclesiis
Ego sum radix et genus David / et stella splen-
dida matutina / Et sponsus et sponsa dicunt
Veni / et qui audit dicat. Veni / Et qui sitit
veniat / Et qui vult accipiat aquam vite
gratis / Contestor enim omni audienti verba

[illegible]

prophetie libri huius Si quis apposuerit ad

hec apponat deus super illum plagas scriptas

in libro isto Et si quis diminuerit de verbis

libri prophetie huius auferat deus partem

eius de libro vite Et de civitate sancta Et


de his que scripta sunt in libro isto Dicit

qui testimonium perhibet istorum Etiam ~~Ecce ego~~ venio


cito Amen Veni domine ihesu Gratia


domini nostri ihesu christi cum omnibus


vobis Amen











Quamquam te M. fili annum
iam audientem cratippum
idque athenis habundare
oportet preceptis insti
tutisque philosophie propter summam et docto
ris auctoritatem et urbis quorum
alter te scientia augere potest
alter exemplis tamen ut ego ipse
ad meam utilitatem semper cum
grecis latina coniunxi neque id so
lum in philosophia sed etiam in dicendi
exercitatione feci idem tibi censeo
faciendum ut par sis in utriusque
orationis facultate Quam quidem
ad rem nos ut videmur magnum
attulimus adiumentum hominibus
nostris ut non modo grecarum litterarum
rudes sed etiam docti aliquantum se
arbitrentur adeptos et ad dicendum
et ad iudicandum Quamobrem disces
tu quidem a principe huius etatis
philosophorum et disces quamdiu voles
tamdiu autem velle debebis quo
ad te quantum proficias non pe
nitebit Sed tamen mea legens
non multum a peripateticis dissi
dentia quoniam utrique socratici
et platonici esse volumus de rebus
ipsis utere tuo iudicio nichil
enim impedio Orationem autem latinam
profecto legendis nostris efficies
pleniorem Nec vero hoc arroganter
dictum existimare velis Nam
philosophandi scientiam concedens
multis quod est oratoris proprium ap
te distincte ornate dicere quoniam
in eo studio etatem consumpsimus
Si id michi assumo videor id meo
iure quodammodo vendicare Quam
obrem magnopere te hortor mi Cicero
ut non solum orationes meas sed
hos etiam de philosophia libros qui iam
illis fere equarunt studiose legas.

Vis enim maior est in illis dicendi
sed hoc quoque colendum est equa
bile et temperatum orationis genus
Et id quidem nemini video grecorum
adhuc contigisse ut idem utroque
in genere laborasset sequereturque
et illud forense dicendi et hoc qui
etum disputandi genus nisi for
te demetrius phalereus in hoc
numero haberi potest disputator
subtilis orator parum vehemens
dulcis tamen ut theophrasti disci
pulum possis agnoscere Nos autem
quantum in utroque profecerimus ali
orum sit iudicio utrumque certe
secuti sumus Et quidem et platonem
existimo si genus forense dicen
di tractare voluisset gravissime
et copiosissime potuisse dicere
et demostenem si illa que a pla
tone didicerat tenuisset et pro
nunciare voluisset ornate splendi
deque facere posset Eodemque modo
de aristotile et socrate iudico
quorum uterque suo studio delecta
tus contempsit alterum Sed cum sta
tuissem scribere ad te aliquid hoc
tempore multa posthac ab eo ordi
ri maxime volui quod et etati tue
esset aptissimum et auctoritati mee
Nam cum multa sint in philosophia et
gravia et utilia accurate copi
oseque a philosophis disputata latissime
patere videntur ea que de officiis
tradita et precepta sunt Nulla
enim vite pars neque publicis neque
privatis neque forensibus neque do
mesticis in rebus neque si tecum a
gas neque si cum altero contrahas vacare
officio potest in eoque colendo si
tum est omnis honestas et in ne
gligendo turpitudo Atque hec
quidem questio communis est omnium philosophorum

Quis est enim qui nullius officii preceptis tradendis philosophum se audeat dicere. Sed sunt non nulle discipline que propositis bonorum et malorum finibus officium omne pervertunt. Nam qui summum bonum sic instituit ut nichil habeat cum virtute coniunctum idque suis commodis non honestate metitur hic si sibi ipse consentiat et non interdum nature bonitate vincatur neque amicicias colere possit nec iusticiam nec liberalitatem fortis vero dolorem summum malum iudicans aut temperans voluptatem summum bonum statuens esse certe nullo pacto modo potest que quamquam sint in promptu ut res disputatione non egeret tamen sunt a nobis alio loco disputata. Hee igitur discipline si sibi consentanee velint esse de officio nichil queant dicere neque ulla precepta officii firma stabilia coniuncta nature tradi possunt nisi aut ab hiis qui solam aut ab hiis qui maxime honestatem propter se dicunt expetendam. Itaque propria est ea preceptio stoicorum achademicorum peripatheticorum quoniam Aristonis Pirronis Erilli iam pridem explosa sententia est. Qui tamen haberent ius suum disputandi de officio si rerum aliquem dilectum reliquissent ut ad officii inventionem aditus esset. Sequemur igitur hoc quidem tempore et hac in questione potissimum stoicos non ut interpretes sed ut solemus e fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro quantum quoque modo videbitur hauriemus. Placet igitur quoniam omnis disputatio de officio futura est ante diffinire quid sit officium quod a panetio pretermissum esse miror. Omnis enim que a racione suscipitur de aliqua re institucio debet a diffinitione proficisci ut intelligatur quid sit id de quo disputetur. Omnis de officio duplex est questio. Unum genus est quod pertinet ad finem bonorum alterum quod positum est in preceptis quibus in omnes partes usus vite conformari possit. Superioris generis huiusmodi exempla sunt omniane officia perfecta sint. Numquid officium aliud alio maius sit et que sunt generis eiusdem. Quorum autem officiorum precepta traduntur ea quamquam pertinent ad finem bonorum tamen minus id apparet quia magis ad institucionem vite communis spectare videntur. De quibus est nobis his libris explicandum. Atque etiam alia divisio est officii. Nam et medium quoddam officium dicitur et perfectum. Perfectum officium rectum opinor vocemus quoniam grecis cathorthoma hoc autem commune officium cathecon vocant atque ea sic diffiniunt ut rectum quod sit id officium perfectum esse diffiniant. Medium autem officium id esse dicunt quod cur factum sit racio probabilis reddi possit. Triplex igitur est ut panetio videtur consilii capiendi deliberatio. Nam aut honestumne factu sit an turpe dubitant id quod in deliberationem cadit in quo considerando sepe animi in contrarias sententias distrahuntur. Tum autem aut inquirunt aut consultant ad vite commoditatem iocunditatemque ad facultates rerum atque copias ad opes ad potentiam quibus et se possent iuvare et suos conducat id necne de quo deliberant que deliberatio omnis in racionem utilitatis cadit. Tercium dubitandi genus est cum pugnare

videtur cum honesto id quod videtur esse utile. Cum enim utilitas ad se rapere honestas contra revocare ad se videtur, fit ut distrahatur animus in deliberando afferatque ancipitem curam cogitandi. Hac divisione cum praeterire aliquid maximum vitium in dividendo sit, duo praetermissa. Nec enim solum utrum honestum an turpe sit deliberari solet, sed etiam duobus propositis honestis utrum honestius, itemque duobus propositis utilibus utrum utilius. Ita quam ille triplicem putavit esse rationem in quinque partes distribui debere reperitur. Primum igitur est de honesto, sed dupliciter; tum pari ratione de utili; post de comparatione eorum disserendum.

Principio generi animantium omni est a natura tributum ut se vitam corpusque tueatur, declinetque que ei nocitura videantur, omniaque que sint ad vivendum necessaria anquirat et paret, ut pastum, ut latibula, ut alia generis eiusdem. Commune autem animantium omnium est coniunctionis appetitus procreandi causa et cura quedam eorum que procreata sunt. Sed inter hominem et beluam hoc maxime interest, quod hec tantum quantum sensu movetur ad id solum quod adest quodque presens est se accommodat, paululum admodum sentiens preteritum aut futurum. Homo autem, quia rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat rebusque presentibus adiungit atque adnectit futuras, facile totius vite cursum videt ad eamque degendam preparat res necessarias. Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini et ad orationis et ad vite societatem, ingeneratque in primis precipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt, impellitque ut hominum cetus et celebrari velit inter se et obediri, ob easque causas studeat parare ea que suppeditent et ad cultum et ad victum, nec sibi soli sed coniugi liberis ceterisque quos caros habeat tuerique debeat. Que cura exsuscitat etiam animos et maiores ad rem gerendam facit. In primisque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio. Itaque cum sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum avemus aliquid videre audire addiscere, cognitionemque rerum aut occultarum aut admirabilium ad beate vivendum necessariam ducimus. Ex quo intelligitur quod verum simplex sincerumque sit, id esse nature hominis aptissimum. Huic veri videndi cupiditati iuncta est appetitio quedam principatus, ut nemini parere animus bene informatus a natura velit nisi precipienti aut docenti aut utilitatis causa iuste et legitime imperanti. Ex quo magnitudo animi existat humanarumque rerum contemptio. Nec vero illa parva vis nature rationisque, quod unum hoc animal sentit quid sit quod deceat in dictis factisque qui modus. Itaque eorum ipsorum que aspectu sentiuntur nullum aliud animal pulchritudinem venustatem convenientiam partium sentit. Quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens multo etiam magis pulchritudinem constantiam ordinem in consiliis factisque conservandam putat, caveturque ne quid indecore effeminateve faciat, tum in omnibus et opinionibus et factis ne quid libidinose aut faciat aut cogitet. Quibus ex rebus conflatur et efficitur id quod querimus honestum, quod etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum sit, quodque vere dicimus etiam si a nullo laudetur natura esse laudabile.

ormam quidem ipsam, M. fili, et tamquam faciem honesti vides

que si oculis cerneretur mirabiles amo
res ut ait plato excitaret sapientie
Sed omne quod est honestum id quattuor
partium oritur ex aliqua aut enim in
1 perspicientia veri solertiaque versatur aut
2 in hominum societate tuenda tribuendo
quod suum est cuique et rerum contractarum
3 fide aut in animi excelsi atque invicti
4 magnitudine ac robore aut in omnium
que fiunt quaeque dicuntur ordine et modo
in quo inest modestia et temperantia
Que quattuor quamquam inter se colligata
atque implicata sunt tamen ex singulis
certa officiorum genera nascuntur velut
ex ea parte que prima descripta est
in qua sapientiam et prudentiam ponimus
inest indagatio atque inventio veri
eiusque virtutis hoc munus est proprium
Ut enim quisque maxime perspicit et videt
et explicat rationem is prudentissimus
et sapientissimus rite haberi solet
Quocirca huic quasi materia quam tra
ctet et in qua versetur subiecta est veritas
Reliquis autem tribus virtutibus neces
sitates proposite sunt ad eas res pa
randas tuendasque quibus actio vi
te continetur ut et societas hominum
coniunctioque servetur et animi excellentia ma
gnitudoque tum in augendis opibus
utilitatibusque et sibi et suis compa
randis tum multo magis in his ipsis despi
ciendis eluceat Ordo autem et con
stantia et moderatio et ea
que sunt his similia versantur in eo genere ad
quod est adhibenda actio quedam
non solum mentis agitatio His enim
rebus que tractantur in vita modum
quendam et ordinem adhibentes ho
nestatem et decus conservabimus
Ex quattuor autem locis in quos
honestatis naturam vimque divi
simus primus ille qui in veri cogni
tione consistit maxime naturam
attingit humanam Omnes enim tra
himur et ducimur ad cognitionis et sci
entie cupiditatem in qua excellere
pulchrum putamus labi autem errare nescire
decipi et malum et turpe ducimus

In hoc genere et naturali et honesto duo
vitia vitanda sunt unum ne incognita
pro cognitis habeamus hisque temere assen
tiamus Quod vitium effugere qui volet omnes
autem velle debent adhibebit ad con
siderandas res et tempus et diligentiam
Alterum est vitium quod quidam nimis ma
gnum studium multamque operam in res
obscuras atque difficiles conferant
easdemque non necessarias Quibus vitiis de
clinatis quod in rebus honestis
et cognitione dignis opere cureque po
netur id iure laudabitur ut in astro
logia C. Sulpicium audivimus in geo
metria Sex. Pompeium ipsi cognovimus
multos in dialecticis plures in iure
civili que omnes artes in veri investiga
tione versantur Cuius studio a rebus ge
rendis abduci contra officium est Virtutis
enim laus omnis in actione consistit a qua
tamen fit intermissio sepe multique dantur
ad studia reditus Tum agitatio men
tis que numquam acquiescit potest nos in
studiis cognitionis etiam sine opera nostra
continere Omnis autem cogitatio
motusque animi aut in consiliis capien
dis de rebus honestis et pertinenti
bus ad bene beateque vivendum aut in
studiis scientie cognitionisque versabitur
Ac de primo quidem officii fonte diximus
De tribus autem reliquis latissime
patet ea ratio qua societas hominum inter
ipsos et vite quasi communitas continetur
Cuius partes due sunt iustitia in qua
virtutis splendor est maximus ex qua
viri boni nominantur et huic coniuncta
beneficentia quam eandem vel beni
gnitatem vel liberalitatem appellari li
cet Sed iustitie primum munus est
ut ne cui quis noceat nisi lacessitus
iniuria deinde ut communibus pro communibus
utatur privatis ut suis Sunt autem
privata nulla natura Sed aut vetere
occupatione ut qui quondam in va
cua venerunt aut victoria ut qui
bello potiti sunt aut lege pactione

condicione sorte ex quo fit ut ager
arpinas arpinatum dicatur tusculanus
tusculanorum Similisque est privatarum
possessionum descriptio Ex quo quia suum
cuiusque fit eorum que natura fuerant co-
munia quod cuique contingit id quisque te-
neat Eo si quis plus sibi appetit vi-
olabit ius humane societatis Sed
quoniam ut preclare scriptum est a platone
non nobis solum nati sumus ortusque
nostri partem patria vendicat partem
amici Atque ut placeat stoicis que
in terris gignuntur ad usum hominum omnia
creari homines autem hominum causa fuisse
se generatos ut ipsi inter se aliis alii
prodesse possent in hoc naturam debemus
sequi ducere communes utilitates in
medium afferre mutatione officiorum
scilicet dando accipiendo tum artibus
tum facultatibus tum opera devincire
hominum inter homines societatem Fun-
damentum autem est iusticie fides id est
dictorum conventorumque constancia et
veritas Ex quo quamquam hoc videbitur
fortasse cuipiam durius tamen audeamus
imitari stoicos qui studiose exqui-
runt unde verba sint ducta credamusque
quia fiat quod est appellatam fidem.
Sed iniusticie genera duo sunt unum
eorum qui inferunt, alterum eorum qui ab
hiis quibus infertur si possunt non propulsant
iniuriam. Nam qui iniuste in quempiam
impetum facit ut ira aut aliqua
perturbacione incitatus is quasi manus
afferre videtur socio qui non defendit
nec obsistit si potest iniurie tam
est in vicio quam si parentes aut pa-
triam aut amicos deserat. Atque ille
quidem iniurie que nocendi causa de
industria inferuntur sepe a metu pro-
ficiscuntur cum is qui alteri nocere cogi-
tet timet ne nisi id fecerit ipse ali-
quo afficiatur incommodo Maxima
autem parte ad iniuriam faciendam
aggrediuntur ut adipiscantur ea que
concupiverunt in quo vicio latissime
patet avaricia Expetuntur autem
divicie tum ad usus vite necessarios tum
ad perfruendas voluptates In quibus
autem maior est animus in hiis pecunie
cupiditas spectat ad opes et ad
gratificandi facultatem Ut nuper M.
Crassus negabat ullam satis ma-
gnam pecuniam esse ei qui in re publica princeps
vellet esse cuius fructibus exercitum
alere non posset Delectant etiam ma-
gnifici apparatus vitaeque cultus
cum elegancia et copia Quibus
rebus effectum est ut infinita pecunie
cupiditas esset Nec non rei familia-
ris amplificacio nemini nocens vi-
tuperanda est sed fugienda semper
iniuria Maxime autem adducuntur
plerique ut eos iusticie capiat obli-
vio cum in imperiorum honorum glorie
cupiditatem inciderunt Quod enim est
apud ennium Nulla sancta societas
nec fides regni est id latius patet
Nam quidquid eius modi est in quo
non possunt plures excellere in eo fit
plerumque tanta contencio ut diffi-
cillimum sit servare sanctam societatem
Declaravit id modo temeritas C.
Cesaris qui omnia iura divina et
humana pervertit propter eum quem sibi ipse
opinionis errore finxerat principa-
tum Est autem in hoc genere mole-
stum quod in maximis animis splendi-
dissimisque ingeniis plerumque exi-
stunt honoris imperii potencie glorie
cupiditates Quo magis cavendum
est ne quid in eo genere peccetur Sed in omni genere
iniusticie permultum interest utrum
perturbacione aliqua animi que plerumque
brevis est et ad tempus an con-
sulto cogitata fiat iniuria Leviora
enim sunt ea que repentino aliquo
motu accidunt quam ea que medita-
ta et preparata inferuntur. Ac de inferenda
quidem iniuria satis dictum est Pretermittende
autem defensionis deserendique
officii plures solent esse cause

Nota

Nota

Nota

Scilicet alterum

De iniusticia officio iusticie

Nam aut inimicitias aut labores
aut sumptus suscipere nolunt aut
etiam negligentia pigritia iner-
tia aut suis studiis quibusdam occu-
pationibus ne sic impediuntur ut eos
quos tutari debent desertos esse pa-
tiantur. Itaque videndum est ne sa-
tis sit id quod apud platonem in
philosophos dictum quia in veri investigatione
versantur quodque ea que plerique vehe-
menter expetunt de quibus inter se
digladiari solent contempnant
et pro nichilo ducant propterea iustos
esse. Nam alterum iusticie genus
assequuntur scilicet in inferenda
ne cui noceant iniuria, in alterum
incidunt et discendi enim studio im-
pediti quos tueri debent deserunt.
Itaque eos ne ad rem publicam quidem
accessuros putat nisi coactos.
Equius autem erat id voluntate fieri.
Nam hoc ipsum ita iustum est quod re-
cte fit si est voluntarium. Sunt
etiam qui aut studio rei familia-
ris tuende aut odio quodam homi-
num se negocium agere dicant nec fa-
cere cuiquam videantur iniuriam.
Qui altero genere iniusticie vacant
in alterum incurrunt. Deserunt enim vite
societatem quia nichil conferunt in eam
studii nichil opere nichil faculta-
tum. Quando igitur duobus generi-
bus iniusticie propositis adiunximus
causas utriusque generis easque res
ante constituimus quibus iusticia
continetur facile quod cuiusque temporis
officium sit poterimus nisi nosmet
ipsos valde amabimus iudicare.
Est enim difficilis cura rerum ali-
enarum. quamquam terencianus ille
cremes humani nichil a se alie-
num putat. Sed tamen quia magis
ea percipimus atque sentimus que
nobis ipsis aut prospere aut adverse
eveniunt quam illa que ceteris quasi lon-
go intervallo interiecto videmus
aliter de illis ac de nobis iudicamus.
Quo circa bene precipiunt qui vetant

quicquam agere quod dubites equum sit
an iniquum. Equitas enim lucet ipsa
per se dubitacio cogitacionem significat iniu-
rie. Sed incidunt sepe tempora cum ea que
maxime videntur digna esse iusto homi-
ne eoque quem virum bonum dicimus commutantur
fiuntque contraria ut reddere depositum etiam
ne furioso facere quodque pertinent ad ve-
ritatem et ad fidem ea migrare interdum
et non servare sit iustum. Referri enim convenit
decet ad ea que proposui principio funda-
menta iusticie primum ut ne cui
noceatur deinde ut communi utilitati
serviatur. Ea cum tempore commutantur commu-
tatur officium et non semper est idem. Potest
enim accidere promissum aliquod et con-
ventum ut id effici sit inutile vel ei
cui promissum sit vel ei qui promiserit.
Nam si ut in fabulis est neptunus
quod theseo promiserit non fecisset theseus
ypolito suo filio non esset orbatus.
Ex tribus optatis ut scribitur hoc
erat tercium quod de ypoliti interitu
iratus optavit. Quo impetrato in
maximos luctus incidit. Nec pro-
missa igitur servanda sunt ea que sint hiis
quibus promiseris inutilia nec si
plus tibi ea noceant quam illi prosint
cui quod promiseris contra officium est
maius anteponi minori. Ut si con-
stitueris cuipiam te advocatum in rem
presentem esse venturum atque
interim graviter egrotare filius ceperit
non sit contra officium non facere quod di-
xeris magisque ille cui promissum sit ab
officio discedat si se destitutum que-
ratur. Iam illis promissis standum
non esse quis non videt que coactus
quis metu que deceptus dolo pro-
miserit que quidem pleraque iure pre-
torio liberantur nonnulla legibus.
Existunt etiam sepe iniurie calum- ca[pitu]lum
pnia quadam et nimis callida sed
maliciosa iuris interpretacione. Ex quo
illud summum ius summa iniuria factum
est iam tritum sermone proverbium. Quo
in genere eciam in re publica multa peccantur
ut ille qui cum XXX dierum essent cum

hoste induciae factae noctu populabatur
agros quod dierum essent pacte non noc
cium induciae Neque quidem probandum
si verum est quintum fabium labeonem seu quem ca[pitu]lum
alium Nichil enim habeo preter audi
tum arbitrum nolanis et neapolita
nis de finibus a senatu datum Cum
ad locum venisset cum utrisque separatim
locutum ne cupide quid agerent ne
appeterent atque ut regredi quam ut
progredi mallent Id cum utrique fe
cissent aliquantulum agri in medio reli
ctum est Itaque fines illorum sicut ipsi
dixerant terminavit in medio relictum
hic erat romano populo adiudicavit decipere
hoc quidem est non iudicare Quocirca
in omni est refugienda talis solercia
Sunt autem quedam officia adversus eos ca[pitu]lum
servanda a quibus iniuriam acceperis
Est enim ulciscendi et puniendi modus
Atque haut scio an satis sit eum qui la
cessierit iniurie sue penitere ut et ipse
ne quid tale post hac et ceteri sint ad in
iuriam tardiores
Atque in re publica maxime conservanda
sunt iura belli Nam cum sint
duo genera decertandi unum per disceptatio
nem alterum per vim Cumque illud proprium
sit hominis hoc beluarum confugiendum
est ad posterius si uti non licet supe
riore Suscipienda quidem
bella ob eam causam ut sine iniu
ria in pace vivatur parta autem
victoria conservandi hii qui non in bello
crudeles non immanes fuerunt
ut maiores nostri tusculanos equos
volscos sabinos hernicos in civita
tem etiam acceperunt At carthaginem
et numantiam funditus sustulerunt
nollem corinthum sed credo aliquid
secutos opportunitatem loci maxime
ne posset aliquando ad bellum faciendum
locus ipse adhortari Mea quidem sen
tentia paci que nichil habitura ca[pitu]lum
sit insidiarum semper consulendum
in quo si mihi esset obtemperatum si
non optimam aliquam rem publicam quae nunc nulla
est At cum hiis quos vi deviceris Textus
consulendum est tum hii qui armis
positis ad imperatorum fidem confugient
quamvis murum aries percusserit recipi
endi sunt in quo tanto opere apud nostros
iusticia culta est ut hii qui civita
tes aut naciones devictas bello in
fidem recepissent earum more maiorum
patroni essent ac belli quidem equi
tas sanctissime feciali populi romani iure per
scripta est Ex quo intelligi potest Bellum iustum
nullum bellum esse iustum nisi quod aut
rebus repetitis geratur aut denuncia
tum ante sit et indictum Pompilius ca[pitu]lum
imperator tenebat provinciam in cuius
exercitu cathonis filius tiro mi
litabat Cum autem pompilio vide
retur unam dimittere legionem cathonis
quoque filium qui in eadem legione milita
bat dimisit Sed cum amore pu
gnandi in exercitu remansisset ca
tho ad pompilium scripsit ut si eum
pateretur in exercitu remanere secundo eum
obligaret militiae sacramento quia
priore amisso iure cum hostibus
pugnare non poterat Adeo sum
ma erat in bello observatio movendo
Marci quidem cathonis senis epistola
ad marcum filium in qua scribit
se audisse eum missum factum esse
a consule cum in macedonia bello
persico miles esset Monet igitur ut
caveat ne prelium ineat Negat enim
ius esse qui miles non sit cum eo ho
ste pugnare Equidem etiam illud Ca[pitu]lum
animadverto quod qui proprio nomine perduellis
esset is hostis vocaretur lenitate
verbi rei tristiciam mitigante Ho
stis enim apud maiores nostros is
dicebatur quem nunc peregrinum dicimus
Indicant xii tabule aut status
dies cum hoste itemque adversus ho
stem eterna auctoritas Quid ad
hanc mansuetudinem addi potest quam
cum quo bellum geras tam molli nomine
appellare quamquam id nomen durius
effecit iam vetustas a peregrino enim
recessit et proprie in eo qui arma
conferret remansit Cum vero de

imperio decertatur bello quod querentur gloria causas omnino subesse. Tamen oportet easdem quas dixi paulo ante iustas causas esse bellorum. Sed ea bella quibus imperii proposita gloria minus acerbe gerenda sunt. Ut enim cum civiliter contendimus aliter si est inimicus aliter si competitor (cum altero certamen honoris et dignitatis est, cum altero capitis et fame), sic cum Celtiberis cum Cimbris bellum ut cum inimicis gerebatur uter esset non uter imperaret. Cum Latinis Sabinis Samnitibus Penis Pirro de imperio dimicabatur. Peni fedifragi, crudelis Annibal, reliqui iustiores. Pirri de captivis reddendis illa preclara: Nec mi aurum posco nec mi precium dederitis, nec cauponantes bellum sed belligerantes ferro non auro vitam cernamus utrique. Vosne velit an me regnare era quidve ferat fors virtute experiamur. Et hoc simul accipe dictum: donabus et cum magnis dis. Regalis sane et digna Eacidarum genere sententia. Atque etiam si quid singuli temporibus adducti hosti promiserint, est in eo ipso fides conservanda, ut primo Punico bello Regulus captus a Penis cum de captivis commutandis Romam missus esset iurassetque se rediturum, primum ut venit captivos non reddendos in senatu censuit, deinde cum retineretur a propinquis et ab amicis ad supplicium redire maluit quam fidem hosti datam falleret. Ac de bellicis officiis satis dictum est. Meminerimus autem etiam adversus infimos iusticiam esse servandam. Est autem infima condicio et fortuna servorum, quibus non male precipiunt qui ita iubent uti ut mercennariis: operam exigendam, iusta esse prebenda. Cum autem duobus modis id est aut vi aut fraude fiat iniuria, fraus quasi vulpecule, vis leonis videtur; utrumque ab homine est alienissimum, sed fraus odio digna maiore. Totius autem iniusticie nulla

est capitalior quam eorum qui tum cum maxime fal
lunt id agunt ut viri boni esse videantur. De
iusticia satis dictum. Deinceps ut erat pro
positum de beneficentia ac de libera
litate dicatur qua quidem nichil est nature
hominis accommodatius. Sed habet mul
tas cautiones. Videndum est primum ne 1.
obsit benignitas et hiis ipsis quibus
benigne videbitur fieri et ceteris. Deinde 2.
ne maior benignitas sit quam facul
tates. Tum ut pro dignitate cuique tri 3.
buatur. Id enim est iusticie fundamentum
quo sunt referenda omnia. Nam et qui gra 1.
tificantur cuipiam quod obsit illi cui prodes
se velle videantur non benefici neque li
berales sed perniciosi assentatores iudi
candi sunt. Et qui aliis nocent ut in ali
os liberales sint in eadem sunt iniusticia
ut si in suam rem aliena convertant.
Sunt autem multi et quidem cupidi
splendoris et glorie qui eripiunt aliis
quod aliis largiantur. Hiique arbitrantur se
beneficos in suos amicos visum iri si
locupletent eos quacumque ratione. Id autem
tantum abest ab officio ut nichil magis
officio possit esse contrarium. Videndum
est igitur ut ea liberalitate utamur
que prosit amicis noceat nemini.
Quare L. Sille et C. Cesaris pecuniarum trans
latio a iustis dominis ad alienos non
debet liberalis videri. Nichil enim
est liberale quod non idem iustum sit.
Alter locus erat cautionis ne 2.
benignitas maior esset quam
facultas quia qui benigniores vo
lunt esse quam res patitur primum in
eo peccant quod iniuriosi sunt in proximos.
Quas enim copias hiis et suppedi
tari equius est et relinqui eas tran
sferunt ad alienos. Inest autem in tali
liberalitate cupiditas rapiendi ple
rumque et auferendi per iniuriam ut
ad largiendum suppetant copie. Videre
etiam licet plerosque non tam natura li
berales quam quadam gloria ductos ut be
nefici videantur facere multa que
proficisci ab ostentatione magis quam a
voluntate beneficientie videantur.

Talis autem simulatio vanitati est coniunctior quam aut liberalitati aut honestati. 3. Tertium est propositum ut in beneficentia delectus esset dignitatis in quo et mores eius erunt spectandi in quem beneficium conferentur et animus erga nos et communitas et societas vite et ad nostras utilitates officia ante collata 1. que ut concurrant omnia optabile 2. sin minus plures cause maioris que ponderis plus habebunt. 3. Quoniam autem vivitur cum non perfectis hominibus 1. plene que sapientibus Sed cum hys in quibus preclare agitur si sunt simulacra virtutis etiam hoc intelligendum puto neminem omnino esse negligendum in quo aliqua significatio virtutis appareat Colendum autem esse quemque maxime ut quisque maxime virtutibus hys lenioribus erit ornatus modestia temperantia ac ipsa de qua iam multa dicta sunt iustitia Nam fortis animus et magnus in homine non perfecto nec sapiente ferventior plerumque est Ille virtutes bonum virum videntur potius attingere atque hec in moribus De benivolentia autem quam quisque habet erga nos primum illud est in officio ut ei plurimum tribuamus a quo plurimum diligamur Sed benivolentiam non adolescentulorum more sed ardore quodam amoris Sed stabilitate potius et constantia iudicemus Sed erunt merita ut non ineunda Sed referenda gratia 2. sit Maior quedam cura adhibenda est Nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est Quod si ea que utenda acceperis maiore mensura si modo possis iubet reddere Hesiodus Quid nam beneficio provocati facere debemus An imitari agros fertiles qui multo plus afferunt quam acceperunt Etenim si in eos quos speramus nobis profuturos non dubitamus officia conferre quales in eos esse debemus qui iam profuerunt Duobus modis fit liberalitas Nam cum duo genera liberalitatis sint unum dandi alterum reddendi demus necne in nostra potestate est non reddere bono viro non licet modo id facere possit sine iniuria Acceptorum autem beneficiorum sunt delectus habendi nec dubium quin maximo cuique plurimum debeatur In quo tamen quibus quisque in primis quo quisque animo studio benivolentia fecerit ponderandum est Multi enim faciunt multa temeritate quadam sine iudicio vel modo in omnes vel repentino quodam quasi vento impetu animi incitati que beneficia eque magna non sunt habenda atque ea que iudicio considerate constanterque delata sunt Sed in collocando beneficio et in referenda gratia si cetera paria sunt hoc maxime officii est ut quisque maxime opis indigeat ita ei potissimum opitulari quod contra fit a plerisque a quo enim plurimum sperant etiam si hys non egeat tamen ei potissimum inserviunt Optime autem societas hominum coniunctioque servabitur si ut quisque erit coniunctissimus ita in eum benignitatis plurimum conferet Sed que nature principia sint communitatis et societatis humane repetendum videtur altius Est enim primum quod cernitur in universi generis humani societate Eius autem vinculum est ratio et oratio que docendo discendo communicando disceptando iudicando conciliat inter se homines coniungitque quadam naturali societate Neque ulla re longius absumus a natura ferarum in quibus inesse fortitudinem sepe dicimus ut in equis in leonibus iustitiam equitatem bonitatem non dicimus Sunt enim rationis et orationis expertes Ac latissime quidem patens hominibus inter ipsos omnibus inter omnes societas hec est In qua omnium rerum quas ad communem hominum usum natura genuit est servanda communitas ut que descripta sunt legibus et iure civili hec ita teneantur ut sit constitutum legibus ipsis cetera sic observentur ut in Greco proverbio est amicorum esse cuncta communia autem communia hominum esse videntur

ea que sunt generis eiusdem quibus ab ennio positum est in una re transferre per multas potest homo qui erranti comiter viam monstrat quasi lumen de suo lumine accendit facit ut nichilominus ipsi luceat cum illi accendit. Una ex re satis precipimus ut quicquid sine detrimento comodari possit id tribuatur vel etiam ignoto. Ex quo sunt illa communia non prohibere aquam profluentem pati ab igne ignem capere si quis velit consilium fidele deliberanti dare que sunt utilia hys qui accipiunt danti non molesta. Quare et hys utendum est et semper aliquid ad communem utilitatem adferendum. Sed quoniam copie parve singulorum sunt. Eorum autem qui hys egeant infinita est multitudo vulgaris liberalitatis referenda est ad illum ennii finem nichilominus luceat ut facultas sit in nostros simus liberales. Gradus autem plures sunt societatis hominum ut enim ab illa infinita descendatur propior est eiusdem gentis nationis lingue qua maxime homines coniunguntur. Interius etiam est eiusdem esse civitatis. Multa enim sunt civibus inter se communia fora fana porticus vie leges iura iudicia suffragia consuetudines preterea et familiaritates multeque sunt cum multis res rationesque contracte. Artior vero colligatio est societatis propinquorum. Ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum angustumque concluditur. Nam cum sit hoc natura animantium ut habeant libidinem procreandi prima societas in ipso coniugio est proxima in liberis deinde una domus communia omnia. Id autem est principium urbis et quasi seminarium rei publice. Sequuntur fratrum coniunctiones post consobrinorum sobrinorumque qui cum una domo iam capi non possint in alias domos tamquam in colonias exeunt. Sequuntur conubia et affinitates ex quibus etiam plures propinqui que propagacio et soboles origo est rei publice. Sanguinis autem coniunctio

et benivolentia devincit homines caritate. Magnum est enim eadem habere monumenta maiorum eisdem uti sacris sepulcra habere communia. Sed omnium societatum nulla est prestancior nulla firmior quam cum viri boni moribus similes sunt familiaritate iuncti. Illud enim honestum quod sepe dicimus etiam si in alio cernimus nos movet atque illi in quo id inesse videatur amicos facit. Et quamquam omnis virtus nos ad se allicit facitque ut eos diligamus in quibus ipsa inesse videatur tamen iusticia et liberalitas id maxime efficit. Nichil autem est amabilius nec copulatius quam morum similitudo bonorum in quibus enim eadem studia sunt eedem voluntates in hys ut eque quisque altero delectetur ac se ipso efficiturque ut quod pitagoras vult in amicicia ut unus fiat ex pluribus. Magna enim communitas illa est que conficitur ex beneficiis ultro et citro datis acceptisque que mutua et grata dum sunt inter quos ea sunt firma devinciuntur societate. Sed cum omnia ratione animoque lustraris omnium societatum nulla est gravior nulla est carior quam ea que cum re publica est unicuique nostrum. Cari sunt parentes cari liberi propinqui familiares. Sed omnes omnium caritates patria una complexa est pro qua quis bonus non dubitet mortem appetere si ei sit profuturus. Quo est detestabilior istorum immanitas qui lacerarunt omni scelere patriam et in ea funditus delenda occupati et sunt et fuerunt. Sed si contencio quedam et comparacio fiat quibus plurimum tribuendum sit officii principes sint patria et parentes quorum beneficiis maximis obligati sumus proximi liberi totaque domus que spectat in nos solos neque ullum aliud potest habere perfugium deinceps bene convenientes propinqui quibuscum communis etiam fortuna plerumque est. Quamobrem necessaria presidia

Non

Non

Patria

De Amore patrie

vite debentur hiis maxime quos ante
dixi. Vita autem metus est communis consi
lia sermones cohortationes consolatio
nes interdum etiam obiurgationes in ami
ciis vigeret maxime estque ea iocundis
sima amicicia quam similitudo morum conii
gavit. Sed in hiis omnibus officiis tri
buendis videndum erit quid cuique ma
xime necesse sit et quid quisque sine no
bis autem possit consequi aut non
possit. Ita non iidem erunt necessitudinum gradus
qui temporum. Suntque officia que aliis ma
gis quam aliis debeantur ut vicinum ci
tius adiuves in fructibus percipien
dis quam aut fratrem aut familiarem.
At si lis in iudicio sit propinquum po
tius et amicum quam vicinum defenderis.
Hec igitur et talia circumspicienda in omni
officio et consuetudo exercitatioque ca
pienda est ut boni ratiocinatores
officiorum esse possimus et addendo
deducendoque videre que reliqui summa
fiat. Ex quo quantum cuique debeatur intel
ligas. Sed ut nec medici nec im
peratores nec oratores quamvis artis
precepta perceperint quicquam magna laude
dignum sine usu et exercitatione consequi
possunt. Sic officii conservandi precepta tra
duntur illa quidem ut facimus ipsi sed rei
magnitudo usum quoque exercitationemque
desiderat. Atque ab hiis rebus que
sunt in societatis iure humane quem
admodum ducatur honestum ex quo aptum
est officium satis fere diximus. Intel
ligendum est autem cum proposita sint genera
quatuor e quibus honestas officium
que manent splendidissimum videri quod
animo magno elatoque humanas res
despiciente factum sit. Itaque in probris
maxime in promptu est si quid tale
dici potest. Vos enim iuvenes ani
mum geritis muliebrem illa virgo viri et
si quid eiusmodi. Salmacida spolia
sine sudore et sanguine. Contraque
in laudibus que magno animo et for
titer excellenterque gesta sunt ea
nescio quo modo quasi pleniori ore lau
damus. Hinc rethorum campus de
Marathone Salamine Plateis Ter
mopolis Leuctris hinc noster Cocles hinc Decii
hinc Cn. et P. Scipiones hinc M.
Marcellus innumerabilesque alii maximeque
ipse populus Romanus animi magnitudine
excellit. Declaratur autem studium
bellice glorie quod statuas quoque
videmus ornatu fere militari. Sed
ea animi elacio que cernitur in la
boribus et periculis si iusticia vacat
pugnatque non pro salute communi
sed pro suis commodis in vicio est.
Non modo enim id virtutis non est
sed est pocius immanitatis omnem
humanitatem repellentis. Itaque probe
diffinitur a Stoicis fortitudo cum
eam virtutem esse dicunt propugnantem
pro equitate. Quocirca nemo qui
fortitudinis gloriam consecutus est in
sidiis et malicia est laudem adeptus.
Nichil enim honestum esse potest
quod iusticia vacat. Preclarum igitur illud
Platonis. Non inquid solum scientia
que est remota a iusticia calliditas
pocius quam sapiencia est appellanda
verum etiam animus paratus ad periculum
si sua cupiditate non utilitate communi
impellitur audacie pocius nomen
habeat quam fortitudinis. Itaque viros
fortes magnanimos eosdem bonos
et simplices veritatis amicos mini
meque fallaces esse volumus que sunt
ex media laude iusticie. Sed illud
odiosum est quod in hac elacione et
magnitudine animi facillime perti
nacia et nimia cupiditas prin
cipatus innascitur. Ut enim apud
Platonem est morem omnem La
cedemoniorum inflammatum esse cupi
ditate vincendi sic ut quisque animi
magnitudine maxime excellit
ita maxime vult esse princeps omnium
vel pocius solus esse. Difficile
autem est cum prestare omnibus con
cupieris servare equitatem que est
iusticie maxime propria. Ex quo fit

ut neque disceptatione vinci se nec ullo publico ac legittimo iure patiantur existunt etiam in re publica plerumque largitores et factiosi ut opes quam maximas consequantur et sint potius superiores quam iusticia pares. Sed quo difficilius hoc preclarius. Nullum enim est tempus quod iusticia vacare debeat. Fortes igitur et magnanimi sunt habendi non qui faciunt sed qui propulsant iniuriam. Vera autem et sapiens animi magnitudo honestum illud quod maxime natura sequitur in factis positum non in gloria iudicat principemque se esse mavult quam videri. Etenim qui ex errore imperite multitudinis pendet hic in magnis viris non est habendus. Facillime autem ad res iniustas impellitur ut quisque est altissimo animo et glorie cupiditate qui locus est sane lubricus quod vix invenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Nota

Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur quarum una in rerum externarum despicientia ponitur cum persuasum sit nichil hominem nisi quod honestum decorumque sit aut admirari aut optare aut expetere oportere nullique nec homini nec perturbationi animi succumbere nec fortune. Altera est res ut cum ita sis affectus animo ut supra dixi res geras magnas illas quidem et maxime utiles sed ut vehementer arduas plenasque laborum et periculorum cum vite tum multarum rerum que ad vitam pertinent. Harum rerum duarum splendor omnis amplitudo addo etiam utilitatem in posteriore est. Causa autem et ratio efficiens magnos viros in priore est. In eo enim est illud quod excellentes animos et humana contempnentes facit. Id autem ipsum cernitur in duobus si et solum id quod honestum sit bonum iudices et ab omni animi perturbatione liber sis. Nam et ea que eximia plerisque et preclara videntur et parva ducere eaque ratione stabili firmaque contempnere fortis animi et magni ducendum est et ea que videntur acerba que multa et varia in hominum vita fortunaque versantur ita ferre ut nichil a statu nature discedas nichil a dignitate sapientis robusti animi est magneque constancie. Non est autem consentaneum qui metu non frangatur eum frangi cupiditate. Nec qui invictum a labore se prestiterit eum vinci a voluptate. Quamobrem et hec vitanda et pecunie fugienda cupiditas.

Nota

Nichil enim est tam angusti animi tamque parvi quam amare divitias. Nichil honestius magnificentiusque quam pecuniam contempnere. Si non habeas. Si habeas ad beneficentiam liberalitatemque conferre. Cavenda est etiam glorie cupiditas ut supra dixi. Eripit enim libertatem pro qua magnanimis viris omnis debet esse contencio. Nec vero imperia expetenda sunt ac potius aut non accipienda interdum aut deponenda non numquam. Vacandum autem est omni animi perturbatione cum cupiditate et metu tum etiam egritudine et voluptate animi et iracundia ut tranquillitas animi et securitas adsit que affert cum constanciam tum etiam dignitatem.

Nota

Multi autem et sunt et fuerunt qui eam quam dico tranquillitatem expetentes a negociis publicis se removerint ad ociumque perfugerint. In hiis et nobilissimi philosophi longeque principes et quidam homines severi et graves nec populi nec principum mores ferre potuerunt. Vixeruntque nonnulli in agris delectati re sua familiari. Hiis idem propositum fuit quod regibus ut neque re egerent ne cui pareret libertate sed uterentur cuius proprium est sic vivere ut velis. Quare cum hoc commune sit potentie cupidorum cum hiis quos dixi ociosos alteri se adipisci id posse arbitrantur si opes magnas habeant alteri si contenti sint suo et parvo. In quo neutrorum omnino contempnenda est sententia. Sed et facilior et tutior et minus

De tranquillitate animi

aliys quibus aut molesta est vita ociosior
fructuosior autem hominum generi et ad clari
tatem amplitudinemque aptior eorum qui se
ad rem publicam et ad magnas res geren
das accomodaverunt Quapropter et hiis
forsitan concedendum sit rem publicam non ca
pescentibus qui excellenti ingenio
doctrine sese dederunt et hiis qui aut
qui valitudinis imbecillitate aut ali
qua graviori causa impediti a re publica re
cesserunt cum eius aministrande potestatem
aliis laudemque concederent quibus autem
talis nulla sit causa si despicere se di
cant ea que plerique mirentur imperia et
magistratus hiis non modo non laudi ve
rum etiam vicio dandum puto quorum iudicium
in eo quod gloriam contempnant et pro
nichilo putent difficile factu est non
probare sed videntur labores et mo
lestias tum offensionum et repulsarum
quasi quandam ignominiam timere et
infamiam Sunt enim qui in rebus
contrariis parum sibi constent volu
ptatem severissime contempnant in
dolore sint molliores gloriam negli
gant frangantur infamia atque ea qui
dem non satis constanter Sed hiis qui
habent a natura adiumenta rerum gerenda
rum abiecta omni cunctatione adipi
scendi magistratus et gerenda res publica est
Nec enim aliter aut regi civitas aut
declarari animi magnitudo potest Cum
pescentibus autem rem publicam nichilominus quam
philosophis haut scio an magis etiam ma
gnificencia et dispiciencia adhiben
da sit rerum humanarum quam sepe
dico et tranquillitas animi atque se
curitas Siquidem nec anxii futuri
sunt et cum gravitate constantiaque vi
cturi que faciliora sunt philosophis quo minus
multa patent in eorum vita que
fortuna feriat et quo minus multis
rebus egent et quia si quid adversi
eveniat tam graviter cadere non
possunt Quocirca non sine causa ma
iores motus animorum concitantur
maiora que sunt efficienda rem publicam ge
rentibus quam quietis quo magis hiis
et magnitudo est adhibenda et
vacuitas ab angoribus ad rem
gerendam autem qui accedit caveat
ne id modo consideat quam illa res ho
nesta sit sed etiam ut habeat efficien
di facultatem in quo ipso considerandum
est ne aut temere desperet propter
ignaviam aut nimis confidat propter cu
piditatem In omnibus autem negociis
prius quam aggrediare adhibenda est
preparacio diligens Sed cum ple
rique arbitrentur res bellicas ma
iores esse quam urbanas minuenda
est hec opinio Multi enim bella que
sierunt propter glorie cupiditatem atque
id in magnis animis ingeniisque
plerumque contingit eoque magis si sunt
ad rem militarem apti et cupidi
bellorum gerendorum Vere autem si vo
lumus iudicare multe res exsti
terunt urbane maiores clarioresque
quam bellice Quamvis Themistocles
iure laudetur et sit eius nomen
quam Solonis illustrius citeturque
Salamus clarissime testis victorie
que anteponatur consilio Solonis
ei quo primum constituit ariopa
gitas non minus preclarum hoc quam
illud iudicandum est Illud enim
semel profuit hoc semper proderit ci
vitati hoc consilio leges Atheniensi
um hoc maiorum instituta servantur
et Themistocles quidem nichil dixerit
in quo ipse ariopagum adiuverit
at ille vere se adiutum Themisto
clem Est enim bellum gestum consilio
senatus eius qui a Solone erat constitu
tus licet eadem de Pausania Lisan
droque dicere quorum rebus gestis quamquam
imperium Lacedemoniis dilatatum
putetur tamen ne minima quidem ex parte
Ligurgi legibus et discipline
conferendi sunt quin etiam ob has
ipsas causas et paratiores ha
buerunt exercitus et fortiores
Michi quidem neque pueris nobis
M. Scaurus C. Mario neque cum versarem

Nota

Nota

plus valet consilium quam victoria.

in re p. Q. Catulus Cn. Pompeio
Nota cedere videbitur. Parvi enim sunt foris
arma nisi est consilium domi. Nec plus
Affricanus singularis vir et imperator in
excidenda Numancia rei p. profuit
quam eodem tempore P. Nasica privatus
cum T. Graccum interemit. Quamquam hec quidem res
non solum ex domestica est ratione. At-
tingit etiam bellicam, quoniam vi manuque confe-
cta est, sed tamen id ipsum est gestum con-
silio urbano sine exercitu. Illud
autem optimum est quod invadi solere
ab improbis et invidis audio: Ce-
dant arma toge, concedant lau-
rea lingwe. Ut enim alios omittam,
nobis rem p. gubernantibus nonne
toge arma cesserunt? Neque periculum
in re fuit unquam nec maius otium.
Ita consiliis diligenciaque nostra
celeriter de manibus audacissimorum
civium delapsa arma ipsa ceciderunt.
Que res igitur gesta unquam in bello
tanta? Quis triumphus conferendus? Licet
enim michi, M. fili, apud te gloriari, ad
quem et hereditas huius glorie et factorum
imitatio pertinet. Michi quidem certe
vir habundans bellicis laudibus
Cn. Pompeius multis audientibus
hoc tribuit ut diceret se frustra tri-
umphum tercium deportaturum fuisse
nisi meo in re p. beneficio ubi trium-
pharet esset habiturus. Sunt
igitur domestice fortitudines non in-
feriores militaribus, quibus plus
etiam quam his opere studiique ponendum
est. Omnino illud honestum quod ex animo
magnificoque querimus animi efficitur,
Nota non corporis viribus. Exercendum tamen
corpus et ita afficiendum est ut
obedire consilio racionique possit in
exequendis negociis et in labore
tollerando. Honestum autem id quod
exquirimus totum est positum in animi
cura et cogitacione. In qua non
minorem utilitatem afferunt qui
togati rei p. presunt quam qui bellum
gerunt. Itaque eorum consilio sepe
aut non suscepta aut confecta
bella sunt, non nunquam etiam

illata, ut M. Catonis bellum tercium pu-
nicum, in quo etiam mortui valuit aucto-
ritas. Quare expetenda quidem magis Nota
est decernendi racio quam decertandi forti-
tudo. Sed cavendum ne id bellandi magis
fuga quam utilitatis racione faciamus.
Bellum autem ita suscipiatur ut nichil
aliud nisi pax quesita videatur. Fortis forte animi
non animi et constantis est non per-
turbari in rebus asperis nec tumul-
tuantem de gradu deici, ut dicitur, sed
presenti animo uti et consilio nec a racione
discedere. Quamquam hoc animi est, illud inge-
nii etiam magni est prevenire cogitacione
futura et aliquanto ante constituere quid
accidere possit in utramque partem
et quid agendum sit cum quid evenerit,
nec committere ut aliquando dicendum sit
non putaram. Hec sunt opera magni
animi et excelsi et prudencia consi-
lioque fidentis. Nichil querendum est nisi
pax. Temere autem in acie versari et ma-
nu cum hoste confligere immane quiddam
et beluarum simile est. Sed cum tempus
necessitasque postulat, decertandum est
manu et mors servituti turpitudinique
est anteponenda. De evertendis autem
diripiendisque urbibus valde con-
siderandum est ne quid temere, ne quid
crudeliter. Idque est viri magni rebus
agitatis punire sontes, multitudi-
nem conservare, in omni fortuna recta atque
honesta retinere. Ut enim sunt quem-
admodum supra dixi qui urbanis re-
bus bellicas anteponant, sic reperi-
as multos quibus periculosa et cali-
da consilia quietis et cogitatis
splendidiora et maiora videantur.
Nunquam omnino periculi fuga commit-
tendum est ut imbelles timidique
videamur. Sed fugiendum illud etiam Nota
ne offeramus nos periculis sine
causa, quo esse nichil potest stultius.
Quapropter in adeundis periculis consue-
tudo imitanda medicorum est, qui

preceptum rei publicae

De duobus preceptis observandis rem publicam tueri volentibus

leviter egrotantes leniter curant /
gravioribus autem morbis periculosas
curationes et ancipites adhibere co-
guntur. Quare in tranquillo tempestatem
adversam optare dementis est. Subvenire
autem tempestati quavis racione sapi-
entis est eoque magis si plus adipiscare
re explicata boni quam addubitata
mali ut summam rerum potius pericula
quam commoda. Periculose autem rerum acciones
partim hiis sunt qui eas suscipiunt
partim rei publicae. Itemque alii de vita alii
de gloria et benivolencia civium in dis-
crimen vocantur / promptiores igitur
debemus esse ad nostra pericula quam ad co-
munia dimicareque paracius de
honore et gloria quam de ceteris commodis.
Inventi autem sunt multi qui non modo
sed eciam vitam profundere pro patria pa-
rati essent. Idem gloriae iacturam ne minimam
quidem facere vellent nec eciam re publica quidem
postulante ut Callicratidas qui cum
Lacedemoniorum dux fuisset pelopo-
nesiaco bello multaque fecisset egre-
gie vertit ad extremum omnia cum
consilio non paruit eorum qui classem
ab Arginusis removendam nec cum
Atheniensibus dimicandum putabat
quibus ille rendit Lacedemonios classe
illa amissa aliam posse parare fu-
gere sine suo dedecore non posse. Atque
hec quidem Lacedemoniis plaga medio-
cris fuit illa non pestifera qua cum
Cleombrotus invidiam timens temere
cum Epaminunda conflixisset Lacede-
moniorum opes corruerunt. Quanto
Quintus Maximus melius de quo Ennius unus
homo nobis cunctando restituit rem
Non ponebat enim rumores ante sa-
lutem ergo postque magisque viri nunc
gloria claret. Quod genus peccandi viten-
dum est eciam in rebus urbanis. Sunt
enim qui quod sentiunt eciam si optimum sit
tamen invidie metu non audent dicere.
Omnino qui rei publice prefuturi sunt
duo Platonis precepta teneant.
unum ut utilitatem civium sic teneant
ut quecumque agunt ad eam referant
obliti commodorum suorum. alterum ut totum
corpus rei publicae curent ne dum partem
aliquam tueantur reliquas deserant.
Ut enim tutela sic procuracio rei publicae
ad eorum utilitatem qui commissi sunt
non ad eorum quibus commissa est geren-
da est. Qui autem parti civium consu-
lunt partem negligunt rem pernicio-
sissimam in civitatem inducunt sedicio-
nem atque discordiam. Ex quo evenit
ut alii populares alii studiosi o-
ptimi cuiusque videantur pauci uni-
versorum. Hinc apud Athenienses ma-
gne discordie in nostra re publica non so-
lum sediciones sed eciam pestifera
bella civilia que gravis et fortis
civis et in re publica dignus principatu
fugiet atque oderit tradetque se to-
tum rei publicae. Neque opes aut potenciam
consectabitur totamque eam sic tuebitur
ut omnibus consulat nec vero crimi-
nibus falsis in odium aut invidiam quemquam
vocabit omninoque ita iusticie honesta-
tique adherescet ut dum ea conservet
quamvis graviter offendat mortemque
oppetat potius quam deserat illa que
dixi. Miserrima omnino est ambicio
honorumque contencio de qua preclare
est apud eundem Platonem similiter
eos facere qui inter se contenderent
uter illorum potius rem publicam admini-
straret ut si naute certarent quis
eorum potissimum gubernaret. Idemque
precipit ut eos adversarios existi-
memus qui arma contra ferant nec
eos qui suo studio tueri rem publicam
velint qualis fuit inter Publium Afri-
canum et Quintum Metellum sine acerbita-
te dissensio. Nec vero audiendi sunt
qui graviter inimicis irascendum puta-
bunt idque magnanimi et fortis vi-
ri esse censebunt nichil enim lauda-
bilius nichil magno et preclaro
viro dignius placabilitate atque
clemencia. In liberis vero populis

Marginalia: Nota (beside lines 2–3); fortitudo (line 8); Nota (line 21); Nota (line 57); 18 / 10 (lines 60–61); 1 (line 63); 2 (beside column 2, line 2)

et de universis equalitate extenda etiam
est facilitas et animi que dicitur ne si ira
scimur aut intempestive acceden
tibus aut impudenter rogantibus in
morositatem inutilem et odiosam
incidamus et tamen ita probanda est
mansuetudo atque clementia ut ad
hibeatur rei publice causa severitas sine
qua amministrari civitas non potest Omnis
autem animadversio et castigatio contume
lia vacare debet neque ad eius qui punit
aliquem aut verbis castigat sed ad rei
publice utilitatem referri Cavendum est etiam
Nota ne maior pena quam culpa sit et ne
hisdem causis alii plectantur alii ne
appellantur quidem prohibenda autem
maxime est ira in puniendo Nunquam
enim iratus qui accedet ad penam me
diocritatem illam tenebit que est inter
nimium et parum que placet peripathe
ticis et recte placet modo ne lau
darent iracundiam et dicerent utiliter
a natura datam Illa vero repudianda est
in omnibus rebus Optandumque est
ut hii qui presunt rei publice legum si
miles sint que ad puniendum non
iracundia sed equitate ducuntur atque
etiam in rebus prosperis et ad vo
luntatem nostram fluentibus superbiam
magnopere fastidium arrogantiam
que fugiamus Nam ut adversas res
sic secundas immoderate ferre
levitatis est preclarum que est ~~equitas~~
equalitas in omni vita et idem sem
per vultus sit eademque frons ut de so
crate itemque de gaio lelio accepimus
Philippum quidem macedonum regem
rebus gestis et gloria superatum a filio
facilitate vero et humanitate video
superiorem fuisse Itaque alter semper
magnus alter sepe turpissimus ut
recte precipere videantur qui monent
ut quanto superiores simus tanto nos
geramus submissius Panetius quidem
affricanum auditorem et familiarem
suum solitum ait dicere ut equos propter
crebras contentiones preliorum fero
citate exultantes domitoribus trade

solent ut hiis facilioribus possint uti sic
homines secundis rebus effrenatos sibique
prefidentes tanquam in girum rationis et
doctrine duci oportere ut perspicerent rerum
humanarum imbecillitatem varietatemque
fortune Atque in secundissimis rebus maxime
utendum est consilio amicorum hiisque
maior etiam quam ante tribuenda aucto
ritas hiisdemque temporibus cavendum
est ne assentatoribus patefaciamus
aures nec adulari nos sinamus in quo
falli facile est tales enim nos esse pu
temus ut iure laudemur Ex quo nascuntur
innumerabilia peccata cum homines inflati o
pinionibus turpiter irridentur et in
maximis versantur erroribus sed hec quidem
hactenus Illud autem sic est iudicandum
maximas geri res et maximi animi ab
hiis qui res publicas regant quod earum administra
tio latissime pateat ad plurimosque pertine
at Esse autem magni animi et fuisse
multos etiam in vita ociosa qui aut in
vestigarent aut conarentur magna
quedam seseque suarum rerum finibus continerent
aut interiecti inter philosophos et eos qui
rempublicam amministrarent delectarentur
re sua familiari non eam quidem omni ratione
exaggerantes neque excludentes ab eius
usu suos potiusque et amicis imperti
entes et rei publice si quando usus esset que
primum bene parta sit nullo neque tur
pi questu neque odioso tum quam plurimis mo
do dignis se utilem prebeat deinde
augeatur ratione diligentia parsimonia
nec libidini potius luxurieque quam li
beralitati et beneficentie graviter
animose vivere atque etiam simpliciter fide
liter vere hominum amice Sequitur
ubi de una reliqua parte de hone
statis dicendum sit in qua verecundia
et quasi quidam ornatus vite tempera
modestia omnisque sedatio perturba
tionum animi et rerum modus cernitur Hoc
loco continetur id quod dici latine de
corum potest Grece enim prepon dicitur hu
ius vis ea est ut ab honesto non queat
separari Nam et quod decet honestum est et

quod honestum est decet. Qualis autem
differentia sit honesti et decori facilius in-
telligi quam explanari potest. Quicquid
est quod deceat id tum apparet cum antegressa
est honestas. Itaque non solum in hac parte
honestatis de qua hoc loco disserendum
est sed etiam in tribus superioribus quid de-
ceat apparet. Nam et ratione uti atque
oratione prudenter et agere quod agas
considerate omnique in re quid sit veri
videre et tueri decet. Contraque falli
errare labi decipi tam dedecet quam deli-
rare et mente esse captum. Et iusta omnia
decora sunt iniusta contra ut turpia
sic indecora. Similis est ratio fortitudinis
quod enim viriliter animoque magno fit id
dignum viro et decorum videtur. Quod contra id
ut turpe sic indecorum. Quare pertinet quid-
em ad omnem honestatem hoc quod dico de-
corum et ita pertinet ut non recondita
vel abscondita quadam ratione cernatur
sed sit in promptu. Est enim quiddam id
quod intelligitur in omni virtute quod dece-
at. Quod cogitatione magis a virtute
potest quam re separari. Ut venustas et
pulchritudo corporis secerni non potest
a valitudine sic hoc de quo loquimur decorum
totum illud quidem est cum virtute confusum
sed mente et cogitatione distinguitur.
Est autem descriptio duplex. Nam et generale
quoddam decorum intelligimus quod in o-
mni honestate versatur et aliud huic
subiectum quod pertinet ad singulas partes
honestatis. Atque illud superius sic diffi-
niri solet decorum id esse quod consentaneum
sit hominis excellentie in eo in quo natura
eius a reliquis animantibus differat.
Que autem pars subiecta generi est eam
sic diffiniunt ut id decorum velint esse
quod ita nature consentaneum sit ut in eo
moderatio et temperantia appareat cum
specie quadam liberali. Hec ita intelligi pos-
sumus existimare ex eo decoro quod poe-
te sequuntur de quo alio loco plura di-
ci solent. Sed tum servare illud poetas quod
deceat dicimus cum id quod quaque persona dignum
est et fit et dicitur ut si Eacus aut Minos diceret
oderint dum metuant aut natis se-

pulchrum ipse est parens indecorum videretur
quia eos fuisse iustos accepimus.
At Atreo dicente plausus excitantur.
Est enim digna persona oratio. Sed poete
quid quemque deceat ex persona iudica-
bunt. Nobis autem personam imposuit
ipsa natura magna cum excellentia
prestantiaque animantium reliquorum.
Quocirca poete in magna varietate
personarum etiam vitiosis quid conveniat
et quid deceat videbunt. Nobis autem
cum a natura constantie moderatio-
nis temperantie verecundie partes da-
te sint cumque eadem natura doceat
non negligere quemadmodum nos ad-
versus homines geramus efficitur ut
illud quod ad omnem honestatem pertinet
decorum quam late fusum sit appa-
reat. Et hoc quidem spectatur in omni
quoque genere virtutis. Ut enim pulchritu-
do corporis apta compositione mem-
brorum movet oculos et delectat
hoc ipso quod inter se omnes partes cum quodam
lepore consentiunt sic hoc decorum
quod elucet in vita movet approbationem
eorum quibuscum vivitur ordine et con-
stantia et moderatione dictorum omnium
atque factorum. Adhibenda est igitur
quedam reverentia adversus homines
et optimi cuiusque et reliquorum. Nam
negligere quid de se quisque sentiat
non solum arrogantis sed etiam omnino
dissoluti. Est autem quod differat in homi-
nis ratione habenda inter iustitiam et verecundiam.
Iustitie partes sunt non violare homi-
nes, verecundie non offendere. In quo ma-
xime vis perspicitur decori. His
igitur expositis quale sit id quod
decere dicimus intellectum puto. Of-
ficium autem quod ab eo ducitur hanc
primum habet viam que deducit ad con-
venientiam conservationemque nature. Quam
si sequamur ducem numquam aberra-
bimus sequemurque id quod acutum et per-
spicax nature est et id quod ad homin-

pulcro de corpore delectat

accomodatum et id quod vehemencius est
atque fortius Sed maxima vis deco
ri est in hac parte de qua dispu
tamus Neque enim solum corporis
qui ad naturam apti sunt sed multo
eciam magis animi motus probandi
qui ad naturam accomodati sunt Du
plex enim naturalis vis animorum atque
nature una pars in appetitu posita
est que est horme grece que hominem
huc atque illuc rapit Altera est in racione
que docet et explanat quid faciendum
fugiendumque sit Itaque fit ut racio
presit appetitus obtemperet Omnis
autem accio vacare debet temeritate
et negligencia nec vero agere quicquam
cuius non possit causam probabilem
reddere hoc est discripcio officii
Efficiendum autem ut appetitus racioni
obediant eamque neque precurrant
nec propter pigriciam aut ignaviam
deserant sintque tranquilli atque omni
animi perturbacione careant Ex quo
elucebit omnis constancia omnis
que moderacio Namque appetitus lon
gius evagantur et tamquam exulan
tes que non est cupiendo sive cupiendo
sive fugiendo non satis a racione re
tinentur hii sine dubio finem et modum
transeunt Relinquunt enim et abiciunt
obedienciam nec racioni parent cui sunt
subiecti lege nature a quibus non modo
animi perturbantur sed eciam corpora
licet ora ipsa cernere iratorum aut eorum
qui aut libidine aliqua aut metu
commoti sunt aut voluptate nimia
gestiunt quorum omnium vultus voces motus
statusque mutantur Ex quibus illud
intelligitur ut ad officii formam re
vertamur appetitus omnes trahendos
sedandosque excitandamque animi ad
castigacionem animadversionem et diligen
ciam ut ne quid temere ac fortuitu
inconsiderate negligenterque agamus
Neque enim ita generati a natura sumus
ut ad ludum et iocum facti esse videa

amur Sed ad severitatem potius et ad
quedam studia graviora atque maiora
ludo autem et ioco uti illo quidem licet sed
sicut sompno et quietibus ceteris tum cum gravibus
seriisque rebus satisfecerimus Ipsumque
genus iocandi non profusum nec ad
omnia ludi gnarum immodestum sed ingenuum
et facetum esse debet ut enim pueris non
omnem licenciam ludendi damus sed eam
que ad honestatis accionibus non sit
aliena sic in ipso ioco aliquod probi in
genii eluceat lumen duplex est omnino
iocandi genus unum illiberale libero
petulans flagiciosum obscenum Alterum
que elegans urbanum ingeniosum fa
cetum quo genere non modo Plautus noster
et atticorum antiqua comedia sed et
philosophorum socraticorum libri referti sunt
multaque multorum facete dicta ut ea
que a sene Catone dicta sunt que vo
cant apothemata Facilis igitur est dis
tinctio et ingenui et illiberalis ioci
Alter est si tempore fit ut si remisso animo
homine dignus Alter ne libero quidem
si rerum turpitudini adhibetur verborum
obscenitas Ludendi eciam est quidam
modus retinendus ut ne nimis omnia
profundamus elatique voluptate
in aliquam turpitudinem delabamur
Suppeditant autem et campus noster et
studia venandi honesta exempla lu
dendi Sed pertinet ad omnem quid de
ceat officii questionem semper in pro
mptu habere quantum natura hominis pe
cudibus reliquisque beluis antece
dat Ille nichil senciunt nisi volupta
tem ad eamque feruntur omni impetu
hominis autem mens discendo alitur et
cogitando semper aliquid aut inquirit
aut agit videndique et audiendi de
lectacione ducitur Quin eciam si quis
est paulo ad voluptates propensior
modo ne sit ex pecudum genere Sunt enim
quidam homines non re sed nomine sed
si quis est paulo erectior quamvis vo
luptate capiatur occultat et dissimulat

appetitum voluptatis propter verecundiam. Ex quo
intelligitur corporis voluptatem non satis
esse dignam hominis prestantia eamque
contempni et reici oportere. Sed sit
quispiam qui aliquid tribuat volupta
ti diligenter et tenendum esse eius fruende
modum. Itaque victus cultusque corporis
ad valitudinem referatur et ad vires
non ad voluptatem. Atque etiam si considera
re volemus que sit in natura excellentis
sima et dignitas intelligemus quam sit
turpe diffluere luxuria et delicate
ac molliter vivere quamque honestum
parce continentes severe sobrie. Intel
ligendum est etiam duabus quasi nos
a natura indutos esse personis quarum una
communis est ex eo quod omnes participes su
mus rationis prestancieque eius qua ante
cellimus bestiis a qua omne honestum
decorumque trahitur et ex qua ratio inve
niendi officii exquiritur. Altera autem
que proprie singulis est tributa. Ut enim
in corporibus magne dissimilitudi
nes sunt alios enim videmus velocita
te ad cursum alios viribus ad lucta
dum valere. Itemque in formis aliis
enim dignitatem inesse aliis venusta
tem sic in animis existunt etiam maio
res varietates. Erat enim in L. crasso
in L. philippo lepos multus maior
etiam magisque de industria in C. ce
sare lucii filio. At hysdem temporibus
in M. scauro et in marco druso ado
lescente singularis severitas. In C. le
lio multa hilaritas in eius scipione
familiari ambicio maior vita tri
stior. De grecis autem dulcem et facetum
festivumque sermonis atque in omni sermone
simulatorem quem yroniam greci no
minaverunt socratem accepimus contra pyt
tagoram et periclem summam auctoritatem consecu
tos sine ulla hylaritate. Callidum
hanibalem ex penorum ex nostris ducibus
Q. maximum accepimus facile ce
lare tacere dissimulare insidiare pre
ripere hostium consilia. In quo genere
greci themistoclem et phereum iasonem
ceteris anteponunt. In primisque versutum
et callidum factum solonis qui quo et
tutior vita eius esset et plus ali
quanto rei publice prodesset furere se simulavit.
Sunt autem hiis alii multum dispa
res simplices et apti qui nichil
ex occulto nichil de insidiis agendum
putant veritatis cultores fraudis
inimici. Itemque alii qui quodvis per
petiantur cuivis deserviant dum quod velit
consequatur ut sullam et marcum crassum vi
debamus. Quo in genere versutissimum
et pacientissimum lacedemonium
lisandrum accepimus contraque callicratidem
qui prefectus classis proximus
post lisandrum fuit. Itemque in sermo
nibus alium quemque quamvis prepotens
sit efficere ut unus de multis esse
videatur quod in catullo et in patre
et in filio idemque in Q. mucio ma
cia vidimus. Audivi ex maioribus
natu hoc idem fuisse in P. scipione
nasica contraque patrem eius illum qui T.
gracchi perditos vindicavit nullam co
mitatem habuisse sermonis. Nec xe
nocratem quidem severissimum philosophorum
ob eamque rem ipsam magnum et
clarum fuisse. Innumerabiles alie
dissimilitudines sunt nature morum
que minime tamen vituperandorum. Ad
modum autem tenenda sunt sua cuique
non viciosa sed tamen propria quo facilius
decorum illud quod querimus retineatur.
Sic enim est faciendum ut contra universam
naturam nichil contendamus ea tamen con
servata propriam nostram sequamur ut etsi
sint alia graviora atque meliora tamen
nos studia nostra regula metiamur.
Neque enim attinet nature repugnare
nec quicquam sequi quod assequi ne
queas. Ex quo magis emergit quale
sit decorum illud ideo quia nichil
decet invita minerva ut aiunt id est ad
versante et repugnante natura. Omnino si
quicquam est decorum nichil est profecto

magis quam equabilitas universe vite tum singularum actionum quam conservare non possis si aliorum naturam imitans omittas tuam. Ut enim sermone debemus eo uti qui notus est nobis ne ut quidam grecia verba inculcantes iure optimo rideamur, sic in actiones omnemque vitam nullam discrepanciam conferre debemus. Atque hec differencia naturarum tantam habet vim ut nonnumquam mortem sibi ipse consciscere alius debeat alius in eadem causa non debeat. Num enim alia in causa Cato fuit alia ceteri qui se in Affrica Cesari tradiderunt. Atqui ceteris forsitan vicio datum esset si se interemisset propterea quod lenior eorum vita et mores fuerant faciliores. Catoni autem cum incredibilem tribuisset natura gravitatemque eamque ipse perpetua constancia corroborauisset semperque in proposito consilioque permansisset moriendum potius quam tyranni vultus aspiciendus fuit. Quam multa passus est Olixes in illo errore diuturno cum et mulieribus si Circe et Calipso mulieres appellande sunt inserviret et in omni sermone omnibus affabilem esse se vellet. Domi quidem et contumelias servorum ancillarumque pertulit ut ad id aliquando quod cupiebat perveniret. Et Aiax quo animo traditur milies appetere mortem quam perpeti illa maluisset. Que contemplantes expendere oportebit quid quisque habeat sui eaque moderari nec velle experiri quam se aliena deceat. Id enim maxime quemque decet quod est cuiusque maxime suum. Suum quisque cognoscat ingenium acremque se et bonorum et viciorum suorum iudicem prebeat ne scenici plus quam nos videantur habere prudencie. Illi enim non optimas sed sibi accomodatissimas fabulas eligunt qui voce freti sunt Epigonos Medumque qui gestu Menalippam Clitemestram semper eligit Rupilius quem ego memini Antiopam non sepe Esopus Aiacem h histrio

hoc videbit histrio non videbit sapiens vir in vita. Ad quas igitur res aptissimi erimus in hiis rebus potissimum elaborabimus. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit que nostri ingenii non erunt omnis adhibenda erit cura meditatio diligencia ut ea si non decore at quam minime indecore facere possimus. Nec tam est enitendum ut bona que nobis data non sint sequamur quam ut vicia fugiamus.

Ac duabus hiis personis quas supra dixi tercia adiungitur quam casus aliquis aut tempus imponit. Certa etiam quam nobis metipsis iudicio nostro accomodamus. Nam regna imperia nobilitates honores divicie opes eaque que sunt contraria hiis in casu sita temporibus gubernantur. Ipsi autem gerere quam personam velimus a nostra voluntate proficiscitur. Itaque se alii ad philosophiam alii ad ius civile alii ad eloquenciam applicant ipsarumque virtutum in alia alius mavult excellere. Quorum vero patres aut maiores aliqua gloria prestiterunt hii student plerumque eodem in genere laudis excellere ut Q. Mucius P. filius in iure civili, Pauli filius Affricanus in re militari. Quidam autem ad eas laudes quas a patribus acceperunt addunt aliquam suam laudem ut hic idem Affricanus eloquencia cumulavit bellicam gloriam. Quod idem fecit Thimotheus Cononis filius qui cum belli laude non inferior fuisset quam pater ad eam laudem doctrine et ingenii gloriam adiecit. Fit autem interdum ut nonnulli omissa imitatione maiorum suorum suum quoddam institutum consequantur maximeque in eo plerumque elaborant hii qui magna sibi proponunt obscuris orti maioribus. Hec igitur omnia cum querimus quid deceat complecti animo et cogitatione debemus. In primis autem constituendum est quos nos et quales esse velimus et in quo genere vite, que deliberacio est omnium difficillima. Ineunte enim adolescencia cum e

maxima imbecillitas consilii tum id
sibi quisque genus etatis degende
constituit quod maxime adamavit. Itaque
ante implicatur aliquo certo genere cursuque
vivendi quam potuit quod optimum esset iudi
care. Nam quod Herculem prodicium dicunt
ut est apud Xenofontem cum primum pube
sceret quod tempus a natura ad eligendum
quam quisque viam vivendi sit ingressurus
datum est exisse in solitudinem atque
ibi sedentem diu secum multumque dubi
tasse cum duas cerneret vias unam
voluptatis alteram virtutis utramque
ingredi melius esset. hoc Herculi Iovis
sato potuit fortasse contingere, nobis
non item qui imitamur eos quos cuique
visum est imitari atque ad eorum stu
dia institutaque impellimur. Plerumque
autem parentum preceptis imbuti ad eorum
consuetudinem moremque deducimur. Alii
multitudinis iudicio feruntur queque
maiori parti pulcherrima videntur
ea maxime exoptant. Nonnulli tamen
sive felicitate quadam sive bonitate
nature sive parentum disciplina rectam vite
secuti sunt viam. Illud autem maxime
rarum genus est eorum qui aut excellente
ingenii magnitudine aut preclara erudi
tione atque doctrina aut utraque re ornati
spacium est deliberandi habuerunt quem
potissimum vite cursum sequi vellent.
In qua deliberatione ad suam cuiusque
naturam consilium omne est revocandum.
Nam cum in omnibus que aguntur ex
eo modo quo quisque natus est ut supra
dictum est quid deceat exquirimus tum
in tota vita constituenda multo est ei rei
cura maior adhibenda ut constare
in perpetuitate vite possimus nobis met
ipsis nec in ullo officio claudicare.
Ad hanc autem vite institutionem quoniam
maximam vim natura habet fortuna pro
xima utriusque omnino ratio habenda
est in deligendo genere vite. sed ratio vite
maxime. multo enim et firmior
est et constantior ut fortuna non
numquam tamquam ipsa mortalis cum inmortali

natura pugnare videatur. Qui igitur ad nature
sue non viciose genus consilium vive
di omne contulerit is constantiam te
neat. Idem enim maxime decet nisi forte
se intellexerit errasse in deligendo
genere vite quod si acciderit potest autem ac
cidere facienda institutorum morum
mutacio est. Eam mutacionem si tempora
adiuvabunt facilius commodiusque
faciemus si minus sensim erit pede
tentimque facienda ut amicicias que
minus delectent et minus probentur
magis decere censent sapientes sen
sim dissuere quam repente precidere.
Commutato autem genere vite omni ra
tione curandum est ut id bono consilio fecis
se videamur. Sed quoniam antea paulo
dictum est imitandos esse maiores
primum illud exceptum sit ne vicia sint
imitanda. deinde si natura non feret
ut quedam imitari possint ut superi
oris Africani filius qui hunc Pau
lo natum adoptavit propter infirmitatem
valitudinis non tam potuit patri
similis esse quam ille fuerat sui. Si igitur
non poterit sive causas defensitare
sive populum contionibus tenere sive
bella gerere illa tamen prestare debe
bit que erunt in ipsius potestate iusti
ciam fidem liberalitatem modestiam
temperanciam quo minus id quod deest re
quiratur. Optima autem hereditas
a patribus traditur liberis omnique patri
monio prestancior gloria virtutis rerum
que gestarum cui dedecori esse nephas
et vicium iudicandum est. Et quoniam
officia non eadem disparibus etatibus
tribuuntur aliaque sunt iuvenum alia
que seniorum aliquid etiam de hac
distinctione dicendum. Est igitur Adolescentis officium
adolescentis maiores natu vere
ri exque his deligere optimos
ac probatissimos quorum consilio
atque auctoritate nitatur. Ineuntis enim
etatis inscitia senum constituenda
et regenda est prudentia. Ma
xime autem hec etas a libidinibus

arcenda est et exercenda ut et in labore patientia et animi et corporis ut cum et in bellicis et in civilibus officiis vigeat industria atque etiam cum relaxare animos et dare se iocunditati volent caveant intemperantiam meminerint verecundie quod erit facilius si in eius modi quidem rebus maiores natu velint interesse.

Officium Senum

Senibus autem labores corporis sunt minuendi exercitationes animi etiam augende videntur danda ergo est opera et amicos et iuventute et maxime rem publicam consilio et prudencia sua quam plurimum adiuvent. Nichil autem magis cavendum est senectuti quam ne languori se desidieque dedat luxuria, non cum omni etate sit turpis, tamen senectuti fedissima est. Sin autem libidinum intemperancia accessit duplex malum est quod et ipsa senectus dedecus capit et facit adolescentum impudentiorem intemperanciam. Ac ne illud quidem alienum est de magistratuum de privatorum de civium de peregrinorum officiis dicere.

Officium Magistratus

Est enim igitur proprium munus magistratus intelligere se gerere personam civitatis debereque eius dignitatem et decus sustinere servare leges iura describere ea fidei sue commissa meminisse. Privatum autem oportet equo et pari cum civibus iure vivere neque sit summissum et abiectum neque se efferre tum in re publica ea velle que tranquilla et honesta sint, talem enim solemus et sentire bonum civem et dicere.

Officium peregrinorum

Peregrini autem atque incole officium est nichil preter suum negocium agere nichil de alio inquirere minimeque esse in aliena re publica curiosum. Ita fere officia reperientur cum queretur quid deceat et quid aptum sit personis temporibus etatibus. Nichil est autem quod tam deceat quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam. Sed quia decorum illud in omnibus factis dictis in corporis denique motu et statu cernitur ad quoque positum est in tribus rebus formositate ordine ornatu ad actionem apto difficilibus ad eloquendum sed satis erit intelligi. In his autem tribus continetur etiam illa cura ut probemur his quibuscum apud quosque vivimus his quoque de rebus pauca dicantur.

Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem que formam nostram reliquamque figuram in qua esset species honesta, eam posuit in promptu que partes autem corporis ad nature necessitatem datam date aspectum esse ut deformem habiture atque formam eas contexit atque abdidit, hanc nature tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia que enim natura occultavit eadem omnes qui sana mente sunt removent ab oculis ipsique necessitati dant operam ut quam occultissime pareant quarumque partium corporis usus sunt necessarii, eas neque earum usus suis nominibus appellant. Quodque facere non turpe est modo occulte id dicere obscenum est. Itaque neque actio rerum illarum aperta petulantia vacat, neque orationis obscenitas, nec vero audiendi sunt Cinici aut si qui fuerunt stoyci pene Cinici qui reprehendunt et irrident quod ea que turpia non sunt re verbis flagitiosa ducamus. Illa autem que turpia sunt nominibus appellemus suis latrocinari fraudare adulterare turpe est affectu vel re sed dicitur non obscene liberis dare operam re honestum est nomine obscenum est pluraque in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur et ab omni eo quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione fugiamus status incessus sessio accubitio vultus oculi manuum motus teneat illud decorum. Quibus in rebus duo maxime sunt fugienda ne quod effeminatum aut molle et ne quid durum aut rusticum sit. Nec vero histrionibus aut oratoribus que concedendum est ut his haec apta sint nobis dissoluta

Sed scenicorum quidem mos tantam habet vete-
ri disciplina verecundiam ut in scena sine
subligaculo prodeat nemo / verentur enim
ut si quo casu evenerit ut corporis partes
quedam aperiantur aspiciantur non decore
Nostro quidem more cum parentibus puberes
filii cum soceris generi non lavantur Retinen-
da est igitur huius generis verecundia pre-
sertim natura ipsa magistra et duce Cum
autem pulchritudinis duo genera sint quorum
in altero venustas sit in altero dignitas
Venustatem muliebrem ducere debemus
dignitatem virilitatem ergo et a forma
removeatur omnis viro non dignus or-
natus et huic simile vicium in gestu mo-
tuque caveatur Nam et palestrici motus
sunt sepe odiosiores et histrionum non-
nulli gestus ineptiis non vacant et in
utroque genere que sunt recta et simplicia
laudantur Forme autem dignitatis / dignitas
est aliturque honesta et cultus honore
et verecundia digna auctas et bona
dicta / coloris bonitate tuenda est et
color exercitacionibus corporis / adhiben-
da preterea munditia est non odiosa ne-
que exquisita nimis tantumque effugiat
agrestem et inhumanam negligentiam
eadem racio est habenda vestitus In quo sicut
in plerisque rebus mediocritas optima
est Cavendum est autem ne aut tardita-
tibus utamur in ingressu mollioribus
ut pomparum ferculis similes esse vide-
amur aut in festinacionibus suscipi-
amus nimias celeritates que cum
fiunt anhelitus moventur voltus mu-
tantur ora torquentur ex quibus magna
significacio fit non adesse constanciam Sed
multo etiam magis elaborandum est ne
animi motus a natura recedant quod
assequemur si cavebimus / et si attentos
animos ad decoris conservacionem tenebimus
Motus autem animorum duplices sunt
alteri cogitacionis alteri appetitus
Cogitacio in vero exquirendo maxime ver-
satur Appetitus impellit ad agendum
Curandum igitur est ut cogitacione ad
res quam optimas utamur appetitum
vero obedientem prebeamus Et quoniam

magnus vocis est eaque duplex, al-
tera contencionis altera sermonis Con-
tencio disceptacionibus tribuatur iudici-
orum concionum senatus Sermo in cir-
culis disputacionibus congressioni-
bus familiarium versetur sequatur
etiam convivia Contencionis precep-
ta rethorum sunt nulla sermonis
quamquam aliquid scio an possint hec quoque esse
Sed discencium studiis inveniuntur
magistri Huic enim qui studeat sunt
nulli rethorum turba referta omnia
quamquam que verborum sentenciarumque pre-
cepta sunt eadem ad sermonem pertinebunt
Sed cum oracionis indicem vocem ha-
beamus in voce autem duo sequamur
ut clara sit ut suavis utrumque omnino
a natura petendum est Verum alterum exer-
citacio augebit alterum imitacio presse
loquentium et leniter Nichil fuit in
Catulis ut eos exquisito iudicio
putares uti litterarum quamquam erant litterati
et alii similiter hii autem optime
uti lingua latina putabantur So-
nus erat dulcis littere neque expresse
neque oppresse ne aut obscurum esset
aut putidum sine contencione vox
nec languens nec canora / Uber-
rior oracio Crassi nec minus faceta /
sed bene loquendi de Catulis opinio
non minor Sale vero et facetiis Cesar
Catuli patris frater vicit omnes ut
in illo ipso forensi genere dicendi
contenciones aliorum sermone vinceret
In hiis igitur omnibus elaborandum
est si in omni re quid deceat exquirimus
Sit ergo hic sermo in quo Socratici
maxime excellunt lenis minime-
que pertinax insit in eo lepos Nec
non tamquam in possessionem suam venerit
excludat alios Sed cum reliquis
in rebus tum in sermone communi vi-
cissitudinem non iniquam putet ac vi-
deat in primis quibus de rebus lo-
quatur si seriis severitatem adhibe-
at si iocosis leporem In primisque
provideat ne sermo vicium aliquod indicet

inesse in moribus, quod maxime tum solet
evenire cum studiose de absentibus
detrahendi causa aut per ridiculum
aut severe maledice contumelioseque
dicitur. Habentur autem plerumque sermo-
nes aut de domesticis negotiis aut
de re publica aut de artium studiis atque
doctrina. Danda igitur opera est ut etiam
si aberrare ad alia ceperit ad hec
revocetur oratio, sed ut eum affectus
assistentium adierit. Neque enim hisdem
de rebus nec omni tempore nec similiter
Nota delectamur. Animadvertendum est etiam
quatenus sermo delectationem habeat
et ut incipiendi ratio fuerit, ita sit de-
sinendi modus. Sed quoniam in omni vi-
ta rectissime precipitur ut perturba-
tiones fugiamus id est motus animi ni-
mios rationi non obtemperantes, sic eiusmo-
di motibus sermo debet vacare, ne
aut ira existat aut aliqua cupiditas
aut pigritia aut ignavia aut tale
aliquid appareat, maximeque cu-
randum est ut eos quibuscum sermone
conferimus et vereri et diligere
videamur. Obiurgationes etiam non-
numquam incidunt necessarie, in quibus
utendum est fortasse et vocis et con-
tentione maiore et verborum gravitate
acriore. Id agendum est etiam ut ea
facere ne videamur irati, sed ut ad
urendum et secandum sic et ad hoc
genus castigandi raro invitique
veniemus. Nec umquam nisi necessario
si nulla reperietur medicina. Sed tamen
ira procul absit cum qua nichil re-
cte fieri nichil considerate potest. Magna
autem parte clementi castigatione
licet uti gravitate non adiuncta ut
severitas adhibeatur et contumelia re-
pellatur. Atque etiam illud ipsum quod acer-
bitatis habet obiurgatio significandum
est ipsius causa qui obiurgetur esse
susceptum. Rectum est autem etiam
in illis contentionibus que cum inimi-
cissimis fiunt etiam si nobis indigna
esse videantur tamen gravitatem retinere
iracundiam pellere. Que enim cum
aliqua perturbatione fiunt ea nec

constanter fieri possunt neque ab hiis qui ad-
sunt probari. Deforme etiam est de se
ipso predicare, falsa presertim, et cum irrisi-
one audientium imitari militem glo-
riosum. Et quoniam omnia persequimur, volumus
quidem certe, dicendum est etiam qualem
hominis honorati et principis domum
placeat esse, cuius finis usus, ad quem
accommodandique et edificandi et tamen
adhibenda commoditatis dignitatisque
diligentia. Gneo Octavio qui primus
consul factus est ex illa familia
honori fuisse accepimus quod preclaram
edificasset in palacio et plenam di-
gnitatis domum, que cum vulgo viseretur
suffragata domino novo homini ad con-
sulatum putabatur. Hanc Scaurus demo-
litus accessione adiunxit edibus. Itaque
ille in suam domum consulatum primus
attulit, hic summi et clarissimi viri fi-
lius in domum multiplicatam non repul-
sam solum rettulit sed ignominiam et
calamitatem. Ornanda enim est digni-
tas domo non ex domo tota querenda,
nec domo dominus sed domino domus honestan-
da est, et ut in ceteris habenda ratio non sua
solum sed etiam aliorum, sed in domo cla-
ri hominis in quam et hospites multi sunt
recipiendi et ad mittenda hominum
cuiusque generis multitudo adhibenda
est cura laxitatis. Aliter ampla do-
mus dedecori domino sepe fit si est in
ea solitudo, et maxime si aliquando
alio domino solita est frequentari. Odi-
osum est enim cum a pretereuntibus dicitur: O do-
mus antiqua, quam dispari dominare
domino. Quod quidem hiis temporibus in multis
licet dicere. Cavendum autem est presertim
si ipse edifices ne extra modum sumptu
et magnificentia prodeas, quo in genere
multum mali in exemplo est. Studiose
enim plerique presertim in hac parte
facta principum imitantur, ut Luculli
summi viri virtutem quis imitatur? at quam
multi villarum magnificentiam imitati
sunt. Quarum quidem certe est adhibendus

modus ad mediocritate q3 revoca=
dus eadem q3 mediocritas ad omne3 usu
cultu q3 vite trasferenda est. S3 hec
loy actenus. In omni aut actione susci=
pienda tria sunt tenenda. Primu ut
1 appetitus roni pareat quo nichil est ad
consuada officia acomodatius. Secudum
2 ut animadvertat3 quanta res illa sit qua
efficere velim9 ut neve maior neve
minor cura et opa suscipiat3 q3 causa
3 postulet. Terciu est ut caveam9 ut ea
que ptinet ad liberalem speciem et di=
gnitate moderanda sint. Modus aut
est optim9 decus ipm tenere de quo
aut diximus. Nec progredi longius.
Horu tn triu pstantissimu e appetitu
obtpare roni. Deinceps de ordine
rezu et de oportunitate tpoz dicendu
est. Hec aut sciencia contine3 ea qua
greci eutaxia noiant no hac qua
intptat3 modestia quo in verbo modus
inest. S3 illa est eutaxia in qua intellig3
ordinis consuatio. Ita q3 ut eadem
nos modestia appellem9 sic diffini3
a stoycis ut modestia sit scia rerum
earu que agent3 aut dicent3 loco suo
collocandarum. Ita videtur eadem vis
ordinis et collocacionis fore. Nam et
ordine3 sic diffiniunt compositione
rez aptis et acomodatis locis. Locu
aut actionis oportunitate tpis esse dicu
Tpus aut actionis oportunu grece
eucaria latine appella3 occasio. Sic fit
ut modestia hec qua ita intptam3
ut dixi scia sit oportunitatis ydone=
orum ad agendu tpoz. S3 pt eadem esse
prudencie diffinicio de qua in pricio
diximus. Hoc aut loco de moderacione
et tpancia et harum similibus virtutib3
querimus. Itaq3 que erat prudencie
ppria suo loco dicta sunt. Que aut
harum virtutu de quibus ia diu loquim3
que ptinet ad verecundia et ad eoru
approbacionem quibus convivimus nu
dicenda sunt. Talis est igitur ordo
actionu adhibendus est ut quemadmodum
in oracione constanti sic in vita omnia
sint apta et inter se convenientia.

Tpe enim valde q3 indecoru est inter
severa convivio digni aut delicatu
aliquem inferre sermone. Bene pycles
cum haberet collega in pretura sophocle3
hy q3 de cōi officio convenissent et casu
puer speciosus pteriret dixit q3 sopho
des o puer pulcru pricles. At enim p=
tore sophocle decet no solum ma
nus s3 eciam oculos abstinentes here
Atq3 hoc idem sophocles si in athletarum
pbacione dixisset iusta reprehensione ca
ruisset. Tanta vis loci et tpis ut si
quis cu causam sit acturus in itinere aut
in ambulacione secum quid ipe medite
aut si quid aliud attencius cogitet
no reprehendat3. At hoc idem si in con=
vivio faciat in humanus videat3
inscicia tpis. S3 ea que multu ab hu
manitate discrepat ut si quis in foro
cantet aut si qua est alia magna
pversitas facile apparet nec magno
ope amonitor et precepta desiderant
Que aut pva videnti3 esse delicta
neq3 a multis intelligi pnt ab hys
diligencius declinandu. Ut in fidib3
aut in tibys quamvis paululu discre=
pent tn id a sciete animadverti solet
Sic videndu est ne in vita forte discre
pet quid vel multo eciam magis quo
maior et melior actionu q3 sonoz
concentus est. Itaq3 ut in fidibus
musicorum aures vel minima senciunt
Sic nos si acres ac diligentes esse
volum9 animadversoresque vicioz magna
sepe intelligem9 ex pvis ex oculoz
obtutu ex elevacione aut remissione
superciliorum et tristicia ex risu ex lo=
quendo ex reticendo ex contencione
vocis ex summissione ex ceteris similib9
facile iudicabim9 quid eorum apte fiat
quid ab officio natura discrepet. Quo
in genere no est incomodu quale quidq3
eorum sit ex alys iudicare ut si quid
no deceat in illis vitem9 ipsi. Fit
enim nescio quomodo ut magis in a=
lys cernam9 q3 in nobismet ipis si
quid delinquitur. Itaq3 facillime cor=
rigunt3 in discendo quorum vicia
imitantur emendandi causa magistri

Nec no alienu est ad ea eligenda
que dubitacom afferunt adhibe
doctos homines vel etiam vsu peritos
et quid hys deniio quoqz gne
officy placeat exquire Maior
em ps fere eo deferri solet quo
a na ipa deducat In quibz quid
quisqz loquat videndu est no mo
Sz etia quid quisqz senciat Ut
em pictores et hy qui signa fa-
bricant et veri poete suu quisqz
opus aunlgo consideran volt ut
si quid rephensum sit a plribus
id corrigatur hy et hoc secum et
cum alys quid in eo pctm sit ex
quirunt sic aliorz iudicio p multa
nobis et facienda et no facienda
et imitanda et corrigenda sunt
Que vo more agentur institutis
qz ciuilibus de hys nichil est pci
piendu Illa em ipa pcepta sunt
nec quecqz hoc errore duci oportet
vt si quid Socrates vl Aristippus
ctra mores consuetudine qz ciuile
fecerit locuti ne sunt idem sibi arbi
trent licere magnis em illi et di
uinis bonis hanc licentia asse-
quebant Cynicorz vo ro tota e
eiicienda est em inimica verecundie
sine qua nichil rectum esse pt nl
honestum Eos aut quorz uita p
specta in rebus honestis atqz
magnis est bene de re p. sencien
tes ac bn meritos aut merentes
aliquo honore aut imperio affectos
obseruare et colere debemus Tribuere
em multum senectuti cede hys qui
magistratu habebunt hre delectu
ciuis et peregrini In ipo qz peregrino
priuatimne an publice venit Absumma
ne agam de singulis commune to
cius gnis hominu conciliacom et co
sociacom colere tueri seruare debemus
Iam de artificys et questibus qui
liberales habendi qui sordidi sint

hec fere accepimus Primu improbant hy
questus qui odia hominu incurrunt Ut
portitorz ut feneratorz Illiberales aut
et sordidi questus mercenariorz omn qrz
opa no quorz artes emunt Est em in
illis ipa merces auctoramentu seruitutis
Sordidi etiam putandi sunt qui mercant
a mercatoribus qz statim vendant Nichil
em pficiunt nisi admodu menciant nec no
est quicqz turpius vanitate opifices qz
omnes in sordida arte vrsantur Nec
vero quicqz ingenuu hre pt officina
Minime qz artes hee sunt pbande q
ministre sunt voluptatum cetary lanii
co qz factores piscatores ut ait terenc
adde huc si placet vnguentarios salta-
tores totum qz ludum talarium quibz
aut artibus aut prudencia maior ine
aut no mediocris vtilitas querit ut
medicina ut architectura aut doctrina
rerz honestarz hee sunt hys quorz
ordini conueniunt honeste Mercatura
si tenuis est sordida putanda e Sin
vero magna et copiosa sit multa vn-
dique apportans multis qz sine vanitate
impertiens ad modu no est vituperanda
Atqz etiam si saciata sit questu vl contenta
pocius vt sepe ex alto in portu ex ipo
portu se magnres possessiones qz contulit
videtur iure optumo posse laudari
Omm aut rerz exquibus aliquid acqui-
ritur nichil est agricultura melius nl
vberius nichil dulcius nl hoe libo
dignius de qua qm in catone maiore
satis multa diximus illinc assumes
que ad hunc locum ptinebunt Sed
ab hys ptibus que sunt honestatis
quemadmodu officia ducerent satis ex
positu videtur Eorz aut ipsorz que
honesta sunt pt incidere sepe contencio
et comparacio de duobus honestis
Utrz honestius qui locus a panecio
est pmissus Nam omnis honestas
manat a ptibus quatuor quarz
vna sit cognicionis altera communitatis
tercia magnanimitatis quarta moderacionis

hec in deligendo officio sepe inter se
comparentur necesse est. Placet igitur ap
tiora esse nature ea officia que ex co
munitate quam ea que ex cognicione du
cantur. Sed quod hoc argumento confirmari
potest quod si contingit ea vita sapienti
ut in omnium rerum affluentibus copiis
quamvis omnia digna cognicione sint summo
ocio secum ipse consideret et contempletur
tamen si solitudo tanta sit ut hominem videre
non possit excedat e vita. Princepsque
omnium virtutum est illa sapiencia quam so
phiam greci vocant. Prudenciam enim
quam greci fronesim dicunt aliam quandam
intelligimus que est rerum expetendarum
fugiendarumque sciencia. Illa autem sapiencia
quam principem dixi rerum est humanarum et
divinarum sciencia in qua continetur deorum et hominum
communitas et societas inter ipsos. Ea si
maxima est ut est certe necesse est quod ab hac communitate
ducatur officium id esse maximum. Etenim cog
nicio contemplacioque nature manca quo
dammodo atque inchoata sit si nulla accio
rerum consequatur. Ea autem accio in hominum
tuendis comodis maxime cernitur. Pertinet
igitur ad societatem generis humani ergo hec
loco cognicioni anteponenda est atque
id optimus quisque re ipsa ostendit et iudi
cat. Quis enim est tam cupidus in per
spicienda cognoscendaque rerum natura
ut si ei tractanti contemplantique res
cognicione dignissimas subito sit al
latum periculum discrimenque patrie cui sub
venire opitularique possit non omnia illa
omnia relinquat atque abiciat etiam si
dinumerare se stellas aut metiri mundi
magnitudinem posse arbitretur. Atque
hoc idem in parentis in amici re aut
periculo fecerit. Quibus rebus intelligitur
studiis officiisque sciencie preponenda esse
officia iusticie que pertinent ad hominum
utilitatem qua nichil homini esse debet anti
quius. Atque illi quorum studia vita
que omnis in rerum cognicione versata est
tamen ab augendis hominum utilitatibus

et comodis non recesserunt. Nam
et erudierunt multos quo meliores
cives utilioresque rebus suis publicis
essent. Ut thebanum epaminundam
lisias pitagoreus siracosium dyonem
plato multique multos. Nosque ipsi quic
quid ad rem publicam attulimus si modo aliquid
attulimus a doctoribus atque doctrina
instructi ad eam et ornati accessimus.
Neque solum vivi atque presentes studiosos
discendi erudiunt atque docent sed
hoc idem eciam post mortem monimentis
litterarum assequuntur. Nec enim locus ullus
est pretermissus ab hiis qui ad leges
qui ad mores qui ad disciplinam
rei publice pertinet. Ut ocium suum ad nostrum
negocium contulisse videantur. Ita
illi ipsi doctrine studiis et sapiencie de
diti ad hominum utilitatem suam pruden
ciam intelligenciamque potissimum con
ferunt. Ob eamque causam eciam eloqui copi
ose modo prudenter melius est quam vel
acutissime sine eloquencia cogi
tare quod cogitacio in se ipsa vertitur
eloquencia complectitur eos quibus
cum communitate iuncti sumus. Atque
ut apium examina non fingendorum
favorum causa congregantur sed cum con
gregabilia natura sint fingunt fa
vos sic homines ac multo eciam magis
natura congregati adhibent agen
di congregandique sollerciam. Itaque
nisi ea virtus que constat ex hominibus
tuendis id est societate generis humani
attingat cognicionem rerum solivaga co
gnicio et ieiuna videatur. Itemque
magnitudo animi remota communitate
et coniunccione quam humana feritas sit que
dam et immanitas. Ita fit ut vincat
cognicionis studium consociacio hominum
atque communitas. Nec verum est quod dicitur
a quibusdam propter necessitatem vite cop
ia que natura desideraret consequi
sine aliis atque efficere non possemus
idcirco cum hominibus initam esse

societatem et communitatem Et si omnia
nobis que ad victum cultum que ptinent
quasi virgula diuina ut aiunt suppedita
rentur tum optimo quisque negocio
ingenio omnibus omissis totum se
in cognitione et scientia collocaret non
est ista ita Nam et solitudinem
fugeret et socium studij quereret tum do
cere tum discere vellet tum audire tum
dicere Ergo omne officium quod ad coniunctionem
hominum et ad tuendam societatem valet
non est anteponendum de posse sed de
verum euentu anteponendum est illi officio
quod cognitione et scientia continetur
Illud forsitan querendum sit num hec co
munitas que maxime est apta nature
sit et moderationi modestie que semper
anteponenda non placet Sunt enim quedam
partim ita seda partim ita flagici
osa ut ea ne conseruande quidem
patrie causa sapiens sit facturus Ea
possidonius collegit permulta sed
ita tetra quedam ita obscena ut
dictu quoque videantur turpia hec igitur
non suscipiat quisque rei p causa nec
res p pro se suscipi volet sed hec co
modius se res habet quod non potest accide
re tempus ut intersit rei p quicquam illorum
facere sapientem Quare hoc quidem effect
tum sit in officijs deligendis ut hoc
genus officiorum excellat quod tenetur
hominum societate Et enim cognitionem
prudentiam que sequitur considerata acti
o Ita fit ut agere considerate sit
pluris quam cogitare prudenter atque hec
quidem hactenus patefactus est enim
locus ipse ut non difficile sit in ex
quirendo officio quid cuique preponen
dum sit videre In ipsa autem comunitate sunt
gradus officiorum ex quibus quid
cuique presteт intelligi possit ut pri
mus dijs inmortalibus secunda patrie tercia
parentibus deinceps gradatim reli
quis debeantur quibus ex rebus bre
uiter disputatis intelligi posset non solum

id homines solere dubitare honestum
ne an turpe sit Sed etiam duobus propositis
honestis utrum honestius sit Sed hic lo
cus a panecio ut supra dixi pretermissus
Sed iam ad reliqua pergamus

Quemadmodum officia ducerentur
ab honestate Marce fili atque
ab omni genere virtutis satis
explicatum arbitror libro
superiore sequitur ut hec officiorum genera per
sequar que pertinent ad vite cultum et
ad earum quibus vtuntur homines facul
tates ad opes ad copias In quo tum
querendum dixi quid utile quid inutile tum ex
vtilibus quid utilius aut quid maxime
utile de quibus dicere aggrediar si pau
ca prius de instituto ac de iudicio meo
dixero Quamquam enim libri nostri complures
non modo ad legendi sed etiam ad scribendi
studium excitauerunt tamen interdum vereor
ne quibusdam bonis viris philosophie nomen
sit invisum mirenturque in ea tantum me
operis et temporis ponere Ego autem quamdiu res
publica per eos gerebatur quibus se ipsa commi
serat omnes meas curas cogitacionesque
quod in eam conferebam tum autem dominatu
vnius omnia tenerentur neque esset usquam lo
cus consilio aut auctoritati socios
denique tuende rei p summos viros ami
sissem nec me angoribus dedidi quibus
essem confectus nisi restitissem nec
nec rursum indignis homine docto
voluptatibus Atque utinam res p stetisset
quo ceperat statu nec in homines non tam
commutandarum quam euertendarum rerum cu
pidos incidisset Primum enim ut stante re
p facere solebamus in agendo plus quam
in scribendo opere poneremus deinde ipsis
scriptis non ea que nunc sed actiones meas
mandaremus ut sepe fecimus Cum autem
res p in qua omnis mea cura cogitacio
opera poni solebat in illa esset omnino Ille
sed littere conticuerunt forenses senatorie
nichil autem agere cum animus non posset
in hijs studijs in quibus ab initio versa
tus estimaui honestissime posse
deponi si me ad philosophiam retulissem

Talium

tm tum multu adolescens discendi
ta tpris tribuissem p[ro]ea qm honori
bus insuere cepi me q[uod] totu rei p[ublice] tra
didi tm erat ph[ilosoph]ie loci qntu sup[er]fuat
amicor[um] et rei p[ublice] tp[or]is Id aut[em] omne
consumebatur in legendo scribendi
ociu no erat Maximus ig[itu]r in malis
hoc tm bonu assecuti videm[ur] ut ea li
teris mandaremus que nec erat satis
nota nostris et erat cognitione digni
ssima Q[ui]d enim e[st] p[er] deos optabilius
sapia quid p[re]stantius quid hoim me
lius quid hoie dignius hanc ig[itu]r
qui expetunt ph[ilosoph]i nominant[ur] Nec quic
q[uam] est aliud ph[ilosoph]ia si interpretari velis p[re]t[er]
studium sapie Sapia aut[em] est ut a vetei
bus ph[ilosoph]is diffinitu e[st] rer[um] divinar[um] hu
manar[um] q[ue] causar[um] quibus hec res con
tinent[ur] scia Cuius studiu qui vituperat
haut sane intelligo quid na[m] sit quod
laudandum putet Nam sive oblectatio
querit[ur] animi requies q[ue] curar[um] q[ue] cons[er]
vi cum eor[um] studiis p[er]t qui s[em]p aliquid
inquirunt q[uo]d spectet et valeat ad bene
be[ate] q[ue] vivendu sive ro virtutis constantie
tis q[ue] ducit aut hec res est aut nulla
omo p[er] qua eas assequam[ur] Nullam
dicere maximar[um] rer[um] arte[m] esse cu[m] mini
mar[um] sine arte nulla sit hoim e[st] par[um]
considerate loquentiu atq[ue] in maximis
rebus errantiu Si aut[em] e[st] aliqua di
sciplina virtut[is] ubi ea queret[ur] cum ab hoc
discendi genere discesseris Sed hec cum
ad ph[ilosoph]iam cohortamur accuratius dispu
tari solet quod alio quodam libro fecim[us]
hic aut[em] tpe tm nobis declarandu fuit
cur orbati rei p[ublice] muneribus ad hoc stu
dium nos potissimum contulissemus Occurri
tur aut[em] nobis et quidem a doctis et
eruditis querentibus satis ne constan
ter facere videantur qui cum p[er]cipi nihil posse
dicamus tu aliis de rebus disserere
soleamus et hoc ipso tpe officii p[er]sequam[ur]
p[re]ceptis vellem satis cognita esset
nostra sententia Non enim sumus hi quor[um]
vagetur animus errore nec habeat umquam
quid sequatur que et ni ista mens

vel que ista potius no[n] mo[do] dispu
tandi s[ed] eciam vivendi ro[ti]one sublata
Nos aut[em] ut ceteri alia certa alia incerta
esse dicunt sic ab hiis dissencientes
alia p[ro]babilia cetera alia o[mn]ib[us] Quid
est igitur q[uo]d me impediat ea que
p[ro]babilia mi[hi] videant[ur] sequi que c[ontra]
improbaret[ur] atq[ue] affirmandi arroga
ciam vitare z quid impediat me fu
gere temeritate que a sapia dissidet
plurimu cetera aut[em] omnia disputant[ur] a
nostris q[uonia]m hoc ip[su]m p[ro]babile elucere no[n] posset
nisi ex utraq[ue] p[ar]te causar[um] e[ss]et facta co
tencio Sed hec explanata sunt in a
chademicis meis satis ut arbitror
diligent[er] Tibi aut[em] marce quamq[uam] in
antiquissima nobilissima q[ue] ph[ilosoph]ia
cratippo auctore versaris hiis simillimo
qui ista p[re]clara pepererunt tm hec nostra
finitima vestris ignota esse nolui Sed
iam ad instituta pergamus

Quinque igitur racionibus p[ro]positis
officii p[er]sequendi quar[um] due
ad decus honestatem q[ue] per[ti]
net due ad comoda vite co
pias opes facultates Quinta ad eli
gendum iudiciu[m] si qn ea que dixi
videant[ur] pugnare inter se honestas
p[ar]s confecta est qua quide[m] tibi cupio
esse notissima Hoc aut[em] de quo nunc
agim[us] id ip[su]m e[st] q[uo]d utile appellam[us]
In quo ver[bo] lapsa consuetudo deflexit
de via sensim q[ue] eo deducta e[st] ut ho
nestatis ab utilitate secernens consti
tueret honestu aliquid q[uo]d utile no[n]
esset et utile q[uo]d no[n] honestu q[uo] nulla
p[er]nicies maior hoim vite potuit af
ferri Summa quide[m] auctoritate ph[ilosoph]i severe
sancte q[ue] atq[ue] honeste hec tria gen[er]a et sub
cogitatione distinguunt Quod quid
enim iustu sit id utile ec censent Itē
q[uo]d honestu idem iustu ex quo
efficit[ur] ut quidquid honestum sit id
sit utile Q[uo]d qui par[um] p[er]spiciunt hi
sepe versutos homines et callidos admi
rantes malitiam sapiam iudicant
quor[um] error eripiendus est opinio
q[ue] omnis ad eam spem traducenda

Calu

Calum

Idem in re est
bonum utile et
honestum

ut honestis consiliis iustisque factis
non fraude et malicia se intelligunt
ea que velint consequi posse. Rerum
vero ad vitam hominum tuendam pertinencium
partim sunt inanimata ut aurum et argen-
tum et ut ea que gignuntur de terra
et ut talia eiusdem generis partim
animalia que habent suos impetus et rerum
appetitus. Eorum autem rationis expertia sunt
alia alia ratione utentia. Expertes rationis
equi boves reliqui pecudes apes
quarum opere efficitur aliquid ad usum
hominum atque vitam. Ratione autem utentium
duo genera ponunt deorum unum alterum
hominum. Deos placatos pietas effi-
ciet et sanctitas. Proxime autem et secundum deos
homines hominibus maxime utiles
esse possunt. Earumque item rerum que
noceant et obsint eadem divisio est.
Sed quia deos nocere non putant
hiis exceptis homines hominibus obesse
plurimum arbitrantur. Ea enim ipsa que
inanima diximus pleraque sunt hominum
operis effecta que nec haberemus nisi manus
et ars accessisset nec hiis sine hominum
administracione uteremur. Neque enim va-
letudinis curatio neque navigatio neque
agricultura neque frugum fructuumque
reliquorum perceptio et conservatio sine
hominum opera ulla esse potuisset. Iam
vero et earum rerum quibus habundaremus
exportatio et earum quibus egeremus
invectio nulla certe esset hiis nisi muneribus
homines fungerentur. Eademque ratione nec
lapides ex terra excideretur ad usum
nostrum necessarii nec ferrum es aurum argen-
tum effoderetur penitus abditum
sine hominum labore et manu. Tecta vero
quibus et frigorum vis pelleretur et
calorum molestie sedarentur unde aut
initio generi humano dari potuisset aut
postea subveniri. Si aut vi tempesta-
tis aut terre motu aut vetustate ceci-
dissent nisi communis vita ab hominibus
harum rerum auxilia petere didicisset. Ad-
de ductus aquarum derivaciones fluminum
agrorum irrigaciones moles oppositas
fluctibus portus manu factos que
unde sine hominum opere habere possemus. Ex
quibus multisque aliis perspicuum est qui
fructus queque utilitates ex rebus hiis
que sunt inanimata perciperentur eas nos
nullo modo sine hominum manu atque opera
capere potuisse. Qui denique ex bestiis fru-
ctus aut que commoditas nisi homines
adiuvarent percipi posset. Nam et illi
qui principes inveniendi fuerunt quem ex
qua belua usum habere possemus homines
certe fuerunt nec hoc tempore sine opera hominum
aut pascere eas aut domare aut tueri
aut tempestivos fructus ex hiis capere
possemus. Ab eisdemque et hee que nocent
interficiuntur et que usui possunt esse capiuntur.
Quid enumerem artium multitudinem sine
quibus omnino vita nulla esse potuisset.
Quid enim egris subveniret que esset
oblectacio valencium quis victus aut cultus
nisi tam multe nobis artes ministrarent.
Quibus rebus exculta hominum vita tantum
distitit a victu et cultu bestiarum. Urbes
vero sine hominum cetu non potuissent nec
edificari nec frequentari. Ex quo leges mo-
resque constituti sunt tum iuris equa
descripcio certaque vivendi disciplina.
Quas res et mansuetudo animorum con-
sequta et verecundia est effectumque est
ut esset vita municior atque ut dando et
accipiendo mutandisque facultatibus
et commodis nulla re egeremus. Longio-
res hoc loco sumus quam necesse. Quis enim
est cui non perspicua sint illa que plu-
ribus verbis a Panetio commemorantur.
Neminem neque ducem bello nec principem
domi magnas res et salutares sine
hominum studiis gerere potuisse. Commemoratur
ab eo Themistocles et Pericles Cyrus Age-
silaus Alexander quos negat sine
adiumentis hominum tantas res efficere po-
tuisse. Utitur in re non dubia testibus
non necessariis. Atque ut magnas utilitates
adipiscimur conspiracione hominum atque con-
sensu sic nulla tam detestabilis pestis
est que non homini ab homine nascatur.
Est Dicearchi liber de interitu hominum

peripatetici magni et copiosi qui collectis
ceteris causis eluvionis et pestilentie va-
stitatis beluarum etiam repentine multitudinis
quarum impetu docet quedam genera hominum
esse consumpta deinde comparat quanto plures
deleti sint homines hominum impetu id est
bellis aut seditionibus quam omni reliqua
calamitate. Cum igitur hic locus nihil
habeat dubitationis quando homines pluri-
mum hominibus et prosint et obsint proprium
hoc statuo esse virtutis conciliare animos
hominum et ad usus suos adiungere. Itaque que
in rebus inanimis queque in tractatione
beluarum fiunt utiliter ad hominum vitam arti-
bus ea tribuuntur operosis hominum autem stu-
dia ad amplificationem rerum nostrarum prom-
pta ac parata virorum prestantium sapientia
et virtute excitantur. Et enim virtus omnis
tribus in rebus fere vertitur. Quarum
una est in perspiciendo quid in quaque re ve-
rum sincerumque sit quid consentaneum cuique
quid consequens ex quo queque gignantur que
cuiusque rei causa sit alterum cohibere motus
animi turbatos quos Greci pathos no-
minant appetitionesque quas illi hor-
mas appellant obedientes efficere rationi.
Tertium hiis quibus congregemur uti mode-
rate et scienter quorum studiis ea que natura
desiderat expleta cumulataque habeamus
per eosdemque si quid importetur nobis adversi
incommodi propulsemus ulciscamurque in
eos qui nobis nocere conati sunt tantaque
pena afficiamus quanta equitas humanitas-
que patitur. Quibus autem rationibus hanc
facultatem assequi possimus ut hominum stu-
dia complectamur eaque teneamus dicemus
neque ita multo post sed pauca ante di-
cenda sunt. Magnam vim esse in fortuna
in utramque partem vel secundas ad res vel
adversas quis ignorat. Nam cum prospero
flatu eius utimur ad exitus pervehimur
optatos et cum reflavit affligimur.
Hec igitur ipsa fortuna ceteros casus
rariores habet primum ab inanimis procellas
tempestates naufragia ruinas incen-
dia deinde a bestiis ictus morsus impe-

tus. Hec igitur ut dixi rariores. At vero
interitus exercituum ut proxime trium
sunt sepe multorum clades imperatorum
et nuper summi et singularis viri invi-
die preterea multitudinis fuere atque
ab eo bene meritorum sepe civium expul-
siones calamitates fuge rursus-
que secunde res honores imperia vic-
torie quamquam fortuita sunt tamen sine
hominum opibus et studiis neutram in
partem effici possunt. Hoc igitur cognito
dicendum est quonam modo hominum studia
ad utilitates nostras allicere atque ex-
citare possimus. Que si longior fuerit
oratio cum magnitudine utilitatis
comparetur ita fortasse etiam brevior
videbitur. Quecumque igitur homines
homini tribuunt ad eum augendum
atque honestandum aut benivolentie
gratia faciunt cum aliqua de causa quem-
piam diligunt aut honoris si cuius
virtutem suspiciunt quemque dignum fortuna
quam amplissima putant aut cui fi-
dem habent et bene rebus suis consulere
arbitrantur aut cuius opes metuunt
aut contra a quibus aliquid expectant
ut cum reges popularesve homines
largitiones aliquas proponunt aut
postremo pretio ac mercede ducuntur.
Que sordidissima est illa quidem
ratio et inquinatissima et hiis qui ea
tenentur et illis qui ad eam confugere
conantur. Male enim se res habet cum quod
virtute effici debet id temptatur pecunia.
Sed quoniam nonnumquam hoc subsidium necessarium
est quemadmodum sit utendum eo di-
cemus si prius hiis de rebus que vir-
tuti propiores sunt dixerimus. Atque etiam
subiciunt se homines imperio alterius et
potestati de causis pluribus ducuntur
enim aut benivolentia aut beneficiorum
magnitudine aut dignitatis prestan-
tia aut spe sibi id utile futurum aut
metu ne vi parere cogantur aut spe
largitionis promissisque capti aut
postremo ut sepe in nostra re publica vi-
demus mercede conducti. Sunt

aut rex nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas quam diligi nec alienius quam timeri. Preclare enim est Ennius: Quem metuunt oderunt, quem quisque odit periisse expetit. Multorum autem odiis nullas opes posse obsistere si antea fuit ignotum nuper est cognitum. Nec vero huius tyranni solum quem armis oppressa pertulit civitas interitus declarat quantum odium hominum valeat ad pestem, sed reliquorum similes exitus tyrannorum quorum haud fere quisquam talem interitum effugit. Malus enim custos est diuturnitatis metus contraque benivolencia fidelis vel ad perpetuitatem. Sed hiis qui oppressos imperio cohercent sit sane adhibenda sevicia ut heris in famulos si aliter teneri non possunt. Qui vero in libera civitate ita se instruunt ut metuantur, hiis nichil potest esse dementius. Quamvis enim sint leges demerse alicuius opibus et quamvis timefacta sit libertas emergunt tamen hee aut iudiciis tacitis aut occultis de honore suffragiis. Acriores autem morsus sunt intermisse libertatis quam retente. Quod igitur latissime patet neque ad incolumitatem solum sed etiam ad opes et potentiam plurimum valet id amplectamur ut metus absit, caritas retineatur. Ita facillime que volemus et privatis in rebus et in re publica consequemur. Etenim qui se metui volent a quibus metuantur eosdem metuant ipsi necesse est. Quid enim censemus superiorem illum Dionisium quo cruciatu timoris angi solitum qui cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum. Quid Alexandrum Phereum quo animo vixisse arbitramur qui ut scriptum legimus cum uxorem Thebem admodum diligeret tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens barbarum quendam et eum ut scriptum est compunctum notis thraeciis destricto gladio iubebat anteire premittebatque de stipatoribus suis qui scrutarentur arculas muliebres neque in vestimentis telum occultaretur exquirerent. O miserum qui fideliorem et barbarum et stigmaticum putaret quam coniugem. Nec eum fefellit. Ab ea enim ipse propter pellicatus suspicionem interfectus. Nec vero ulla vis imperii tanta est que premente metu possit esse diuturna. Testis est Phalaris, cuius est preter ceteros nobilitata crudelitas, qui non ex insidiis interiit ut is quem modo dixi Alexander, non a paucis ut hic noster, sed in quem universa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Quid Macedones nonne Demetrium reliquerunt universique se ad Pirrum contulerunt. Quid Lacedemonios iniuste imperantes nonne repente omnes fere socii deseruerunt spectatoresque se otiosos prebuerunt Leuctrice calamitatis. Externa libentius in tali re quam domestica recordor. Verumtamen quamdiu imperium populi Romani beneficiis tenebatur non iniuriis bella aut pro sociis aut de imperio gerebantur. Exitus erant bellorum aut mites aut necessarii, regum populorum nationum portus erat et refugium senatus. Nostri autem magistratus imperatoresque ex hac una re maximam laudem capere studebant si provincias si socios equitate et fide defendissent. Itaque id patrocinium orbis terre verius quam imperium poterat nominari. Sensim hanc consuetudinem et disciplinam iam antea minuebamus, post vero Sille victoriam penitus amisimus. Desitum est enim videri quicquam in socios iniquum cum extitisset in cives tanta crudelitas. Ergo in illo secuta est honestam causam non honesta victoria. Est enim ausus dicere hasta posita cum bona in foro venderet et bonorum virorum et locupletium et certe civium predam se suam vendere. Secutus est qui in causa impia victoria etiam fediore non singulorum civium bona publicaret sed universas provincias regionesque uno calamitatis iure comprehenderet. Itaque vexatis ac perditis exteris nationibus ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam vidimus et ex ea urbe triumphari

sine qua iniqua (?) imperatores ex tuis alpinis bellis triumpharunt. Alia preterea commemorarem nepharia in socios si hoc uno quicquam sol vidisset indignius. Iure igitur plectimur. Nisi enim multorum impunita scelera tulissemus numquam ad unum tanta pervenisset licentia, a quo quidem rei familiaris ad paucos cupiditatum ad multos improbos venit hereditas. Nec umquam bellorum civilium semen et causa deerit dum homines perditi hastam illam cruentam et meminerint et sperabunt, quam P. Sulla cum vibrasset dictatore propinquo suo. Idem sexto tricesimo anno post a sceleratiore hasta non recessit. Alter autem qui in illa dictatura scriba fuerat in hac fuit questor urbanus. Ex quo debet intelligi talibus premiis propositis numquam defutura bella.

Itaque parietes modo urbis stant et manent hii ipsi iam extrema scelera metuentes, rem vero publicam penitus amisimus atque in has clades incidimus. Sed redeundum est enim ad propositum. Dum metui quam cari esse et diligi malumus. Que si populo romano iniuste imperanti accidere potuerunt, quid debent putare singuli? Quod cum perspicuum sit benivolentie vim esse magnam, metus imbecillam, sequitur ut disseramus quibus rebus facillime possimus eam quam volumus adipisci cum honore et fide caritatem. Sed ea non pariter omnes egemus. Nam ad cuiusque vitam institutam accommodandum est a multisne opus sit an satis sit a paucis diligi. Certum igitur hoc sit idque et primum et maxime necessarium familiaritates habere fidas amantium nos amicorum et nostra mirantium. Hec enim est una res prorsus ut non multum differat inter summos et mediocres viros, eaque utrisque est propemodum comparanda. Honore et gloria et benivolentia civium fortasse non omnes eque egent, sed tamen si cui hec suppetunt adiuvant aliquantum cum ad cetera tum ad amicitias comparandas. Sed de amicitia in alio libro dictum est qui inscribitur Lelius. Nunc dicamus de gloria, quamquam ea quoque de re duo sunt nostri libri.

Sed attingamus quod ea quod in rebus maioribus administrandis adiuvat plurimum. Summa igitur et perfecta gloria constat ex tribus his: si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat. Hec autem si simpliciter breviterque dicendum quibus rebus pariuntur a singulis, eisdem fere a multitudine. Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem ut in universorum animos tamquam influere possimus. Ac primum de illis tribus que ante dixi benivolentie precepta videamus. Que quidem capitur beneficiis maxime. Secundo autem loco voluntate benefica benivolentia movetur etiam si res forte non suppetit. Vehementer autem amor multitudinis commovetur ipsa fama et opinione liberalitatis, beneficentie, iustitie, fidei omniumque earum virtutum que pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem. Etenim illud ipsum quod honestum decorumque dicimus quia per se nobis placet animosque omnium natura et specie sua commovet maximeque quasi perlucet ex his quas commemoravi virtutibus, idcirco illos in quibus eas virtutes esse remur a natura ipsa diligere cogimur. Atque hee quidem cause diligendi gravissime, possunt enim preterea non nulle esse.

Fides autem ut habeatur duabus rebus effici potest, si existimabimur adepti coniunctam cum iustitia prudentiam. Nam et his fidem habemus quos plus intelligere quam nos arbitramur quosque et futura prospicere credimus et cum res agatur in discrimenque ventum sit expedire rem et consilium ex tempore capere posse. Hanc enim utilem homines existimant veramque prudentiam. Iustis autem et fidis hominibus, id est bonis viris, ita fides habetur ut nulla sit in his fraudis iniurieque suspicio. Itaque his salutem nostram, his fortunas, his

libros committi rectissime arbitrantur
Harum igitur duarum ad fidem facien-
dam iustitia plus pollet. Quippe
cum ea sine prudentia satis habeat
auctoritatis prudentia sine iustitia
nihil valet ad faciendam fidem. Quo
enim quis versutior et callidior est hoc
invisior et suspectior detracta opinione
probitatis. Quamobrem intelligentie iu-
stitia coniuncta quantum volet habebit
ad faciendam fidem virium. Iustitia sine
prudentia multum poterit, nihil vero sine
iustitia valebit prudentia. Sed ne quis
sit admiratus cur cum inter omnes philosophos
constet atque a me ipso sepe disputatum
sit qui unam haberet omnes habere virtutes
nunc ita se iungam quasi possit quisquam
qui non idem prudens sit iustus
esse. Alia est illa cum veritas ipsa
limatur in disputatione subtilitas
Alia cum ad opinionem communem omnis
acomodatur oratio. Quamobrem ut vul-
gus ita nos hoc loco loquimur ut
alios viros bonos alios fortes alios
prudentes esse dicamus. Popularibus
enim verbis est agendum et usitatis
cum loquimur de opinione popularium.
Id quod eodem modo fecit Panetius. Sed
ad propositum revertamur. Erat igitur
ex tribus que ad gloriam pertinerent hoc
tertium ut cum admiratione hominum ho-
nore ab hiis digni iudicaremur. Admi-
rantur igitur communiter illi quidem omnia
que magna et preter opinionem suam
animadverterunt. Separatim autem in singulis
si perspiciunt nec opinata quedam bona.
Itaque eos viros suspiciunt maximisque
efferunt laudibus. In quibus
existimant se excellentes quasdam et
singulares perspicere virtutes. Despiciunt
autem eos et contemnunt in quibus
nihil virtutis nihil animi nihil nervorum
putant. Non enim omnes eos contemnunt
de quibus male existimant. Nam quos
improbos maledicos fraudulentos pu-
tant ad faciendam iniuriam instructos
eos aliud contemnunt quidem sed de
hiis male existimant. Quamobrem

ut ante dixi contemnunt hii qui ut
sibi nec alteri ut dicitur. In quibus nullus
labor nulla industria nulla cura est animi
ratione aut afficiuntur. Hii qui anteire
ceteris virtute putantur et cum omni carere
dedecore tum vero hiis vitiis quibus alii
non facile possunt obsistere. Nam et volup-
tates blandissime domine maiores partes
animi a virtute detorquent et dolorum cum
admoventur faces preter modum plerique
extimescunt. Vita mors divicie paupertas
omnes homines vehementissime permovent.
Que qui in utramque partem excelso animo
magnoque despiciunt. Cumque aliqua
hiis ampla et honesta res obiecta sit
totos ad se convertit et rapit. Tum quis
non admiretur splendorem pulchritudinemque
virtutis. Ergo hec animi despicientia admira-
bilitatem magnam facit et maxime iu-
stitia ex qua una virtute viri boni appel-
lantur. Mirifica quedam multitudini
videtur ut immunita quippe. Nemo enim
iustus esse potest qui mortem qui dolorem
qui exilium qui egestatem timet aut
qui ea que sunt hiis contraria equitati ante-
ponit. Maximeque admirantur eum qui
pecunia non movetur. Quod in quo viro
perspectum sit hunc dignum spectatu ar-
bitrantur. Illa itaque tria que proposita
sunt ad gloriam omnia iustitia conficit
et benivolentia quod prodesse vult plurimis
et ob eandem causam fidem et admi-
rationem quod eas res spernit et negligit ad
quas plerique inflammati aviditate ra-
piuntur. Ac in ea quidem summa omnis ratio atque
institutio vite adiumenta hominum desiderat.
In primisque ut habeat cum possit familia-
res conferre sermones quod est difficile
nisi speciem viri boni pretexeris. Ergo
est solitario homini atque magno ut tam
egenti opinio iustitie necessaria est. Eo quod
etiam magis quam eam si non habebunt in-
iusti habebuntur. Nullis presidiis septi
multis quod afficientur iniuriis atque
hiis que vendunt emunt conducunt
locant contrahendis quod negotiis im-
plicantur iustitia ad rem gerendam

natura est Cuius tanta vis est ut ne illi
quidem qui maleficio et scelere pascuntur
possint sine ulla particula iusticie vivere
Nam qui eorum cuipiam qui una latro
cinantur furatur aliquid aut eripit is
sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum
Ille autem qui archipirata dicitur nisi
equabiliter predam dispertiat aut interficiatur
a socys aut relinquatur Quin
etiam leges latronum esse dicuntur quibus
pareant quas observent Itaque propter
equabilem prede partitionem et barcilles
yllirius latro de quo est apud theo
pompum magnas opes habuit et multo
maiores viriathus lusitanus cui
quidem etiam exercitus nostri imperatoresque ces
serunt Quem gaius lelius is qui sa
piens usurpatur pretor fregit et comminuit
ferocitatemque eius ita repressit ut fa
cile bellum reliquis traderet Cum igitur
tanta vis iusticie sit ut ea etiam latro
num opes firmet atque augeat quantam
eius vim inter leges et iudicia et in con
stituta re publica fore putamus Michi enim
quidem non apud medos solum ut ait
herodotus sed etiam apud maiores nostros
iusticie fruende causa videntur olim
bene morati reges constituti Nam cum
premeretur in otio multitudo ab hys qui
maiores opes habebant ad unum aliquem
confugiebant virtute prestantem qui
cum prohiberet iniuria tenuiores equitate
constituenda summos cum infimis pa
ri iure retinebat eadem que constituendarum
legum fuit causa que regum Ius enim
semper est quesitum equabile neque enim
aliter esset ius Id si ab uno viro iusto
et bono consequebantur erant eo con
tenti cum id minus contingeret leges sunt
invente que cum omnibus semper una
atque eadem voce loquerentur Ergo hoc quidem
est perspicuum esse eos ad imperandum deli
gi solitos quorum de iusticia magna
esset opinio multitudinis Adiuncto vero
ut idem etiam prudentes haberentur nichil
erat quod homines hys auctoribus non
posse consequi se arbitrarentur Omni

igitur ratione colenda et retinenda
iusticia est cum ipsa per se nam aliter
iusticia non esset tum propter honoris
et glorie amplificationem Sed ut pecunie
non querende solum ratio est verum etiam
collocande que perpetuos sumptus
suppeditet et nec solum necessarios sed
etiam liberales sic gloria et querenda
et collocanda ratione Quamquam preclare
Socrates hanc viam ad gloriam
proximam et quasi compendiariam esse
dicebat si quis id ageret ut qualis
haberi vellet talis esset Quod si qui
se putant simulatione et inani ostenta
tione et ficto non modo sermone sed etiam
vultu stabilem se gloriam consequi
posse vehementer errant Vera
gloria radices agit atque etiam propagatur
ficta omnia celeriter tamquam flosculi
decidunt nec simulatum potest quicquam
esse diuturnum Testes eius sunt permulti
in utramque partem Sed brevitatis causa
familia contenti erimus una Tiberius
enim gracchus publii filius tamdiu
laudabitur dum memoria rerum
romanorum manebit At eius fi
lii nec vivi probabantur bonis et mor
tui numero [illegible] optimo iure ce
sorum Qui igitur adipisci veram iu
sticie gloriam volet iusticie fungatur
officiys Ea que essent dictum est in libro
superiori Sed ut facillime quales sumus
tales esse videamur etsi in eo vis
maxima est ut simus hy qui haberi
velimus tamen quedam precepta danda
sunt Nam si quis ab ineunte etate habet
causam celebritatis et nominis aut
a patre acceptam quod tibi mi cicero
arbitror contigisse aut aliquo casu
atque fortuna in hunc oculi omnium co
niciuntur atque in eum quid agat quem
admodum vivat inquiritur et tamquam
in clarissima luce versetur ita nullum
obscurum potest nec dictum eius esse
nec factum Quorum autem prima etas
propter humilitatem et obscuritatem in
hominum ignorantia versatur hy simulac
iuvenes esse ceperunt magna spectare

et ad ea rectis studiis debet contendere
quod ea firmius efficere possunt quia
non modo non invidetur illi etati
verum etiam favetur Prima igitur est
adolescenti commendatio ad gloriam
si qua ex bellicis rebus comparari potest
in qua multi apud maiores nostros
extiterunt Semper enim fere bella gere-
bantur Tua autem etas incidit in id bel-
lum cuius altera pars sceleris nimium
habuit altera felicitatis parum Quo
tamen in bello cum te Pompeius alteri
ale prefecisset magnam laudem et a
summo viro et exercitu consequebare
equitando iaculando omni militari
labore tollerando atque ea quidem
tua laus pariter cum re publica cecidit Mihi
autem hec oratio suscepta est non de te sed
de genere toto Quamobrem pergamus
ad ea que restant Ut igitur in rebus
reliquis multo maiora sunt opera animi
quam corporis sic hee res quas ingenio
et ratione persequimur gratiores sunt quam ille
quas viribus Prima igitur comme-
datio proficiscitur a modestia tum pietate
in parentes in suos benivolentia
facillime autem et in optimam partem cogno-
scuntur adolescentes qui ad claros et
sapientes viros bene consulentes rei publice
contulerunt quibus si frequentes sunt
opinionem afferunt populo eorum fore se simi-
les quos sibi ipsi dilegerint ad imi-
tandum P. Rutilii adolescentiam
ad opinionem et innocentie et iuris
scientie P. Mucii commendavit domus Nam
L. quidem Crassus cum esset admodum
adolescens non aliunde mutuatus est
sed sibi ipse peperit maximam laudem ex
illa accusatione nobili et gloriosa ex
qua etate qui exercentur laude affici
solent ut de Demostene accepimus
ea etate Crassus ostendit id se in foro
optime iam facere quod etiam tum
poterat domi cum laude meditari
Sed cum duplex ratio sit orationis quarum
in altera sermo sit in altera contentio
Non est id quidem dubium quin conten-
tio orationis maiorem vim habeat
etiam ad gloriam ea est enim quam eloquentiam
dicimus Sed tamen difficile dictu est quantopere
conciliet animos comitas affabilitasque
sermonis Extant epistole et Philippi
ad Allexandrum et Antipatris ad Cassandrum
et Antigoni ad Philippum filium trium prudentissimorum
sic enim accepimus quibus
precipiunt ut oratione benigna multitudinis
animos ad benivolentiam alliciant militesque
blando appellando sermone deliniant
Que autem in multitudine cum contentione
habetur oratio ea sepe universam excitat
gloriam Magna est enim admiratio copi-
ose sapienterque dicentis quem qui au-
diunt intelligere et sapere plus quam ceteros
arbitrantur Si vero inest in oratione mixta
modestia et gravitas nichil admirabilius
fieri potest eo quam magis si ea sunt adolescente
Sed cum sint plura causarum genera que eloq-
uentiam desiderent multique in nostra re publica ado-
lescentes et apud iudices et apud sena-
tum dicendo laudem assecuti sunt ma-
xima est admiratio in iudiciis quorum ratio
duplex est Nam ex accusatione et ex de-
fensione constat Quarum etsi lauda-
bilior est defensio tamen etiam accusatio pro-
bata est persepe Dixi paulo ante de Crasso
idem fecit adolescens M. Antonius etiam P.
Sulpitii eloquentiam accusatio illustravit
cum seditiosum et inutilem civem C. Norbanum
in iudicium vocavit Sed hoc quidem non
est sepe faciendum nec umquam nisi aut rei publice
causa ut duo Luculli aut patrocinio ut
nos pro Siculis pro Sardis pro Malbutio in
lius in accusando M. Manlio L. Fusii
cognita industria Semel igitur aut
non sepe certe Sin erit cui faciendum sit se-
pius rei publice tribuat hoc muneris cuius
inimicos ulcisci sepius non est reprehendendum
modus tamen assit Duri enim hominis vel
potius vix hominis videtur periculum capi-
tis inferre multis Id cum periculosum ipsi
est tum etiam sordidum ad famam com-
mittere ut accusator nominere Quod con-
tingit M. Bruto summo genere nato illius
filio qui iuris civilis in primis peritus
fuit Atque etiam hoc preceptum officii

diligent' retinendum est ne que incz
innocentem iudicio capitis accersas
Id em sine scele fieri nullo pacto pt
Nam quid est tam inhumanum q eloque
ciam a natura ad salutem homi et ad co
servacionem data ad bonorum pestem pniciem q
convte' ne tu ut h' fugiendum est ita e
habendum religioni nocentem aliqn et
nepharium impium q defende' volt hoc
multitudo patit' consuetudo fert eciam
humanitas Iudicis est sp in causis
veru sequi patroni no inqm vissile t
si minus sit veri defende' Quod scribe'
pssertim cum de phia scribe' no auderem
nisi id placet gravissimo stoycorum pane
cio Maxime aut et gla parit' et gra
defensionibus eo q maior si qndo acci
dit ut ei subveniat' cum q qui potentis
alicuius opibus subveni' circumveni' urge
q iudea' ut nos sepe alias adolescen
tes cont' l sille dnant' opes p sexto roscio
amerino fecimus que ut scis extat oro
Sz expositis adolescentum officiis que
valeant ad glam adipiscenda d'inceps
de benivolencia ac libalitate dicendu
est cui est duplex ro Nam aut opa be
nigne fit indigentibus aut pecunia fa
cilior est hec postior locupleti pssertim
Sed illa lautior ac splendidior et viro
forti claro q dignior Quamqm em
inutro q inest gratificandi libealis vo
luntas tum altera exarca alta ex uitu
te deprimit' largio q que fit ex re famu
liar fontem ipm benignitat' exhaurit
Ita benignite' benignitas tollitur Quo
quo in plures sis usus eo minus in mul
tos uti possis At que opa i' nute et
industria benefici et libealles erunt
Primu quo pluribus pfuerint eo plures
ad benigne faciendum adiutores habe
bunt deinde consuetudine bnficiencie
paratores erunt et tamqm exercitatores ad
bn de multis pmerendu pclarem epla
quadam Alexandrum filium philippus
accusat q largicione benivolencia
macedonum et secte' q te mala racio
animus in istam spem adduxit ut eos
tibi putares fideles fore quos precio
corrupisset An tu id agis ut mace
dones non te regem suum s ministrum
pbitorem putent Quia sordidum
est regi melius est q largicione cor
ruptelam dixit esse efficit em dterior
qui accipit atq idem sp expectand
patior Hoc dixit ille filio Sz precep
tum putemus omnibus Quamobrem
id quide non dubium est quin illa
benignitas constat ex opa et indu
stria et honestior et latius patet
et possit prodesse pluribus non
nunq tn est largiend nc hoc be
nignitatis genus omo est repudiand
et sepe ydoneis hominibus et indige
tibus de re familiari impciend Sed
diligent' atq moderate Multi em
patrimonia effuderunt inconsulte lar
giendo Quid est aut stultius q q
libent' facias curare ut id diucius
face no possis Atq ecia sequnt'
rapine Cum em dando ege' ceperint ali
alienis bonis manus inferre coguntur
Ita cum benivolencie comparande
ca benefici ee velint no sit tanta
studia assequnt' eorum quibus dede
runt quanta odia eorum quib ademe
runt Quamobrem nc ita claude
da est res familiaris ut eam benignitas
apere no possit nec ita reseranda
ut pateat omnibus Modus adhibe
atur is q refeatur ad facultates
Omnio meminisse debemus id quod
a nostris hominibus sepissime usurpa
tum iam in pvbm consuetudinem
venit largicionem fundum non habe'
Etem em quis pt modus ee cu et id
qui consueuit ad id illud alii de
siderint Omnio sunt duo gna largorum
quorum alteri prodigi sunt alteri
libales Prodigi qui epulis et visce
racionibus et gladiatorum muneribus
ludorum venacionu q apparatu pe
cunias pfundunt in eas res quarum
memoriam aut breve aut omo nul
lam sunt relicturi Libales aut qui suis
facultatibus aut captos a predonib
redimunt aut es alienum suscipiunt

amicorum aut in filiarum collocacione
adiuvant aut opitulantur vel in re
querenda vel agenda Itaque miror quid
in mentem venerit theophrasto meo
libro quem de divicijs scripsit In
quo multa preclare illud absurde
Est enim multus in laudanda ma
gnificencia et apparacione popularium
munerum talium que sumptuum facult[a]
tem fructum diviciarum putat Michi
autem ille fructus liberalitatis cuius
pauca exempla posui multo maior
videtur et cercior Quanto aristoteles
gravius et verius nos reprehendit qui
has pecuniarum effusiones non admi-
remur que fiunt ad multitudinem
deliniendam Ait enim qui ab hoste ob
sidentur si emere aque sextarium coge
rentur in vna hoc primo incredibile
nobis videri omnes mirari Sed cum
attenderint veniam necessitati dare in
hijs in manibus iacturis infinitis
que sumptibus nil nos magnopere mira
ri cum presertim neque necessitati subve
niatur nec dignitas augeatur ipsa
que illa delectacio multitudinis ad
breve exiguum que tempus ea que a levissimo
quoque In quo tamen ipso vna cum sacie
tate memoria quoque moriatur Vo
luptatis bene eciam colligit hec pu
eris et mulierculis et servis et servorum
simillimis liberis esse grata Gravi
vero homini et ea que fiunt iudicio certo
ponderanti probari posse nullomodo
Quamquam intelligo in nostra civitate in
veterasse iam bonis temporibus ut sple
dor edilitatum ab optimis viris postu
let Itaque et p crassus cum cogno
mine dives tum copijs functus est
edilicio maximo munere et paulo
post l crassus cum omnium hominum mode
ratissimo cum mucio magnificentissima
edilitate functus est deinde c clau
dius apii filius multi post luculli
hortensius sillanus omnes autem p
lentulus me consule vicit superiores
hunc est scaurus imitatus magnificentissima
vero nostri pompei munera secundo consulatu

In quibus omnibus michi quid placeat
vides Vitanda tamen est suspicio ava
ricie Nam mamerco homini ditissimo pre
termissio edilitatis consulatus repulsam
attulit Quare et si postulatur a populo bo
nis viris si non desiderantibus attamen fa
ventibus approbandum est approbantibus
faciendum modo pro facultatibus nos ipsi
ut fecimus et si quando res maior atque
utilior populari largicione acquiritur ut
Oresti nuper prandia in semitis decime
nomine magno honori fuerunt Nec
marco quidem seio vicio datum est quod in
caritate asse modium dedit populo
magna enim sese et inveterata invidia
nec turpi iactura quando erat edilis nec
maxima liberavit Sed honori summo nuper
nostro miloni fuit qui gladiatoribus
emptis rei publice causa que in salute nostra
continebatur omnes p clodij conatus
furores que compressit Causa igitur largi
cionis est si aut necesse aut utile In
hijs autem ipsis mediocritatis regula optima
est l quidem philippus q filius magno
vir ingenio in primis que clarus gloriari
solebat se sine ullo munere adeptum esse
omnia que haberentur amplissima dice
bat autem idem cottacurio nobis quoque licet
in hoc quodammodo gloriari Nam pro am-
plitudine honorum quos cunctis suffra-
gijs adepti sumus nostro quidem anno quod con
tingit eorum nemini quos modo nominavi
sane exiguus sumptus edilitatis fuit
Atque eciam ille impense meliores muri
navalia portus aquarum ductus omnia
que ad usum rei publice pertinent quamquam quod presens
tamquam in manum datur iucundius est
tum hoc in posterum graciora theatra por
ticus nova templa verecundius rep
hendo propter pompeium Sed doctissimi
non probant ut hic ipse panecius quem
multum in hijs libris secutus sum
non interpretatus ut demetrius phalereus
qui periclem principem grecie vituperat quod
tantam pecuniam in preclara illa propi
lea coniecerit Sed de hoc genere toto in
hijs libris quos de re publica scripsi di
ligenter est disputatum Tota igitur racio talium

largitionum que viciosa est temporibus utilia
et tamen ipsa ad facultates accommoda
da et mediocritate modeanda est In illo
autem altero genere largiendi quod a li
beralitate proficiscitur non uno modo in
disparibus causis affecti esse debemus
Alia causa est eius qui calamitate pre
mitur et eius qui res meliores querit
nullis suis rebus adversis Propensior
benignitas esse debebit in calamitosos
nisi forte erunt digni calamitate In
hiis tamen qui se adiuvari vellent non ne
affligantur sed ut altiorem gradum
ascendant restricti omnino esse nullomodo
debemus sed in deligendis ydoneis iudi
cium et diligentiam adhibere Nam precla
re ennius Benefacta male locata ma
lefacta arbitror Quod autem tributum
est bono et grato viro in eo cum ex ipso fructus
est tum etiam ex ceteris Temeritate enim re
mota gratissima est liberalitas eoque
eam studiosius plerique laudant quod summi
cuiusque bonitas commune perfugium est omnium
Danda igitur opera est ut hiis beneficiis
quam plurimos afficiamus quorum memoria li
beris posterisque prodatur ut hiis ingratos
esse non liceat Omnes enim immemorem
beneficii oderunt eamque iniuriam in deterren
da liberalitate sibi etiam fieri eumque qui fa
ciat communem hostem tenuiorum putant Atque
hec benignitas etiam rei publice est utilis redimi
e servitute captos locupletari tenuiores quod
quidem vulgo solitum fieri ab ordine nostro
in oratione crassi scriptum copiose videmus
Hanc ergo consuetudinem benignitatis largi
tionem munerum antepono hec est gravium
hominum atque magnorum Illa quasi assentatorum
populi multitudinis levitatem voluptate quasi titil
lantium Conveniet autem cum in dando muni
ficum esse tum in exigendo non acerbum in
omnique re contrahenda vendendo emendo con
ducendo locando in vicinitatibus et confiniis
equum facilem multa multis de iure
suo cedentem a litibus non quantum liceat
et nescio an paulo plus etiam quam liceat
abhorrentem Est enim non modo li
berale paulum non numquam de suo iure de
cedere sed interdum etiam fructuosum Habenda

autem ratio est rei familiaris quam quidem
dilabi sinere flagitiosum est sed ita
ut illiberalitatis avaricie absit suspicio
posse enim liberalitate uti non spoliantem se
patrimonio nimirum est fructus ma
ximus Recte etiam a theophrasto est
laudata hospitalitas Est enim ut mihi
quidem videtur valde decorum patere domus
illustrium hominum hospitibus illustribus
idque etiam rei publice ornamento homines ex
ternos hoc liberalitatis genere in urbe nostra
non egere Est autem etiam vehementer utile
hiis qui honeste posse multum volunt
per hospites apud externos populos vale
re opibus et gratia Theophrastus quidem
scribit cimonem athenis etiam in suos
curiales laciadas hospitalem fuisse
Ita enim instituisse et villicis imperavis
se ut omnia preberentur quicumque la
ciadas in villam suam devertissent Que
autem opera non largitione beneficia dan
tur hec tum in universam rem publicam tum in sin
gulos cives conferuntur Nam in iure
cavere consilio iuvare atque hoc scientie
genere prodesse quam plurimis vehementer
et ad opes augendas pertinet et ad gra
ciam Itaque cum multa preclara
maiorum tum quod optime constituti iuris
civilis summo semper in honore fuit cognitio
atque interpretatio quam quidem ante hanc
confusionem temporum in possessione sua prin
cipes retinuerunt Nunc ut honores
ut omnes dignitatis gradus sic huius
scientie splendor deletus est idque eo
indignius quod eo tempore hoc contigit cum is
esset qui omnes superiores quibus in
honore par esset scientia facile vicisset Hec
igitur opera grata sunt multis et ad be
neficiis obstringendos homines acco
modata Atque huic arti finitima est
dicendi gravior facultas et gracior
et ornatior Quid enim eloquentia pre
stabilius vel admiratione audientium
vel spe indigentium vel eorum qui sunt
defensi gratia Huic quoque ergo a maioribus
nostris est in toga dignitatis principatus
datus Diserti igitur hominis et facile
laborantis quodque in patriis est moribus

multorum causas et non gravate et gra
tuito defendentis beneficia et patro
cinia late patent Admonebat me quoque
res ut hoc quoque loco intermissionem
eloquentie ne dicam interitum deplo
rarem nisi vererer ne de me aliquid
viderer queri Sed tamen videmus quibus
extinctis oratoribus quam in paucis
spes quanto in paucioribus facultas
quam in multis sit audacia Cum autem omnes
non possint ne multi quidem aut iuris
periti esse aut diserti licet tamen opera pro
desse multis beneficia petentem comme
dantem iudicibus et magistratibus vigi
lantem pro re alterius eos ipsos qui aut
consuluntur aut defendunt rogantem
Quod qui faciunt plurimum gratie conse
quuntur latissimeque eorum manat indu
stria Iam illud non sunt admonendi
est enim in promptu ut animadvertant cum
iuvare alios velint ne quos offen
dant Sepe enim aut eos ledunt quos
non debent aut eos quos non expedit
Si imprudentes negligentie est si sci
entes temeritatis Utendum etiam est excusa
tione adversus eos quos invitus offe
das quacumque possis quare id quod
feceris necesse fuerit nec aliter facere potue
ris ceterisque operibus et officiis erit
id quod violatum est compensandum
Sed cum in hominibus iuvandis aut
mores spectari aut fortuna soleat
dictu quidem est proclive Itaque vul
go loquuntur se in beneficiis colloca
dis mores hominum non fortunam sequi
Honesta oratio est Sed quis est tandem
qui inopis et optimi viri cause non
anteponat in opera danda gratiam for
tunati et potentis A quo enim expedi
tior et celerior remuneratio fore videtur
in eum fere est voluntas nostra propensior
Sed animadvertendum est diligentius que
natura rerum sit Nimirum enim inops ille
si bonus est vir etiam si referre gratiam
non potest habere tamen potest Commode autem
quicumque dixit pecuniam qui habeat non
reddidisse et qui reddiderit non habere
gratiam autem et qui reddidit habere et qui
habeat retulisse At qui locupletes
honoratos beatos putant hii ne obligari
quidem volunt beneficio Quin etiam ben
eficium se dedisse arbitrantur cum ipsi quamvis
magnum aliquid acceperint atque etiam a se
aut postulari aut expectari aliquid su
spicantur Patrocinio vero se usos clien
tes appellari mortis instar putant
At vero ille tenuis cum quicquid factum sit
se spectatum non fortunam putat non modo
illi qui est meritus sed etiam illis a qui
bus expectat eget enim multis gratum
se videri studet neque vero verbis auget
suum munus si quo forte fungitur sed etiam
extenuat Videndumque est illud quod si
opulentum fortunatumque defenderis in uno
illo aut forte in liberis eius manet
gratia Sin autem inopem probum tamen et
honestum modestum omnes non improbi
humiles que magna in populo multitu
do presidium sibi paratum vident Quamobrem
melius apud bonos quam apud fortuna
tos beneficium collocari puto Danda igitur
omnino opera est ut omni generi satisfacere pos
simus Sed si res in contentione venit
nimirum Themistocles auctor adhibendus
Qui cum consuleretur utrum bono viro pau
peri an minus probato diviti filiam colloca
ret ego vero inquit malo virum qui pecunia
egeat quam pecuniam que viro Sed corrupti
mores depravati sunt admiratione di
vitiarum Quarum magnitudo quid ad
unumquemque nostrum pertinet Illum fortasse
qui adiuvat qui habet Ne id quidem semper sed fac
iuvare potentior sane sit honestior
non quomodo Quod si etiam bonus vir erit
ne impediat divitie quo minus iuvetur
modo ne adiuvet sitque omne iudicium
non quam locuples sed qualis quisque sit
Extremum autem preceptum in beneficiis opera
que danda ne quid contra equitatem pro iniuria
fundamentum enim est perpetue commendationis
et fame iustitia sine qua nihil potest esse
laudabile Sed quoniam de eo genere beneficiorum
dictum est que ad singulos spectant
deinceps de hiis dicendum que ad universos quaeque

ad rem p(ublicam) pertinet disputandum est.
Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt
ut ad universos cives pertineant partim
singulos ut attingant que sunt grati-
ora. Danda est opera omnino si possit utrisque
nec minus ut etiam singulis consulatur
sed ita ut ea res aut prosit aut certe
ne obsit rei p(ublice). C. Gracchi frumentaria
magna largitio exauriebat igitur
erarium modica M. Octavii et rei p(ublice) satis
tollerabilis et plebi necessaria fuit ergo et civibus
et rei p(ublice) salutaris. In primis autem viden-
dum erit ei qui rem p(ublicam) administrabit
ut suum quisque teneat neque de bonis pri-
vatorum publice diminucio fiat. Perniciose n(am)
dixit Philippus in tribunatu cum legem
agrariam ferret quam tamen antiquari facile
passus est et in eo se vehementer mode-
ratum prebuit sed cum in agendo mul-
ta populariter tum illud male non
esse in civitate duo milia hominum qui
rem haberent. Capitalis oratio est ad equati-
one bonorum pertinens qua peste que
potest esse maior? Hanc enim ob causam
maxime ut sua tenerentur res p(ublice) civi-
tates que constitute sunt. Nam et si duce
natura congregabantur homines cum
spe custodie rerum suarum urbium presidia
querebant. Danda etiam opera est neque
aput maiores nostros sepe fiebat propter
erarii tenuitatem assiduitatemque bel-
lorum tributum sit conferendum. Et id quam
ne eveniat multo ante erit providendum.
Si qua necessitas huius muneris alicui rei
p(ublice) obvenerit malo enim quam nostre ominari
neque tamen de nostra sed de omni re p(ublica) disputo
danda erit opera ut omnes intelligant si
salvi esse velint necessitati esse parendum.
Atque etiam omnes qui rem p(ublicam) gubernabunt
consulere debebunt ut earum rerum copia
sit que sunt necessaria. Quarum qualis
comparacio fieri soleat et debeat non est
necesse disputare. Est enim in promptu tan-
tum locus attingendus fuit. Caput autem
est in omni procuratione negocii et muneris
publici ut avaricie pellatur etiam minima
suspicio. Utinam inquit C. Pontius

Samnis ad illa tempora me fortuna re-
servavisset et tunc essem natus quando
Romani dona accipere cepissent non
essem passus diutius eos imperare.
Ne illi multa secula expectanda fu-
erunt modo enim hoc malum in hanc
rem p(ublicam) invasit. Itaque facile patior
tum potius Pontium fuisse. Siquidem non
tum fuit roboris. Nondum centum et decem
anni sunt cum de pecuniis repetundis
a L. Pisone lata lex est nulla antea cum
fuisset. At vero postea tot leges sunt la-
te et proxime quoque duriores tot rei
tot dampnati tum Ytalicum bellum
propter iudiciorum metum excitatum tanta
sublatis legibus et iudiciis expilatio
direptio que sociorum ut imbecillitate aliorum
non nostra virtute valeamus. Laudat Aff-
ricanum Panetius quod fuerit abstinens. Quidni
dum laudet. Sed in illo sunt alia maiora.
Laus abstinentie non hominis est solum
sed etiam temporum illorum. Omni Macedonum
gaza que fuit maxima potitus
Paulus in erarium pecunie tantum invexit
ut unius imperatoris preda finem attulit.
At hic nichil in domum suam intulit
preter memoriam nominis sempiternam.
Imitatus patrem Affricanus nichil locu-
pletior Cartagine eversa. Quid qui
eius collega fuit in censura L. Mummius
numquid copiosior cum copiosissimam
urbem funditus sustulisset Ytaliam
ornare quam domum suam maluit quamquam
Ytalia ornata domus ipsa mihi videtur
ornatior. Nullum igitur vicium
tetrius est ut eo unde egressa est referat
se oratio quam avaricia presertim in principibus
et rem p(ublicam) gubernantibus. Habere enim questui
rem p(ublicam) non modo turpe sed sceleratum
etiam et nepharium. Itaque quod Apollo
Pythius oraculo edidit Spartam nulla
re alia nisi avaricia esse perituram id vi-
detur non solum Lacedemoniis sed et
omnibus opulentis populis predixisse.
Nulla autem re conciliare facilius beni-
volenciam multitudinis possunt ii qui
rei p(ublice) presunt quam abstinentia et con-
tinentia. Qui vero se esse populares

voluntur ob eamque causam ut agrariam rem temptant ut possessores pellantur suis sedibus aut pecunias debitas debitoribus condonandas putant labefactant fundamenta rei publice concordiam primum que esse non potest cum aliis adimuntur aliis condonantur pecunie deinde equitatem que tollitur omnis si habere suum cuique non licet Id enim est proprium ut supra dixi civitatis atque urbis ut sit libera et non sollicita sue rei cuiusque custodia atque in hac pernicie rei publice ne illam consequuntur quam putant graciam Nam cui res erepta est inimicus data est etiam dissimulat se accipere voluisse et maxime in pecuniis creditis occultat suum gaudium ne videatur non fuisse solvendo At vero ille qui accipit iniuriam et meminit et prae se fert dolorem suum Nec si plures sunt hii quibus improbe datum est quam illi quibus iniuste ademptum est idcirco plus etiam valent Non enim numero iudicantur sed pondere Quam enim habet equitatem ut agrum multis annis aut etiam seculis ante possessum est qui illum habuit habeat qui autem habuit amittat At hoc propter iniuriam Lacedemonii Lisandrum ephorum expulerunt Agim regem quod numquam antea apud eos acciderat necaverunt ex eo tempore tante discordie secute sunt ut tyranni existerent et optimates exterminarentur et preclarissime constituta res publica dilaberetur Nec non solum ipsa cecidit sed etiam reliquam Greciam evertit contagionibus malorum que a Lacedemoniis profecte manaverunt latius Quid nostros Gracchos Tiberii Gracchi summi viri filios Africani nepotes nonne agrarie contentiones perdiderunt At vero Aratus Sicionius iure laudatur Qui cum eius civitas quinquaginta annos a tyrannis teneretur profectus Argis Sicionem clandestino introitu urbe est potitus Cumque tyrannum

Nicoclem improviso oppressisset sexcentos exules qui locupletissimi fuerant eius civitatis restituit remque publicam adventu suo liberavit Sed cum magnam animadverteret in bonis et possessionibus difficultatem quod et eos quos ipse restituerat quorum bona alii possederant egere iniquissimum esse arbitrabatur et quinquaginta annorum possessiones movere non nimis equum putabat propterea quod tam longo spacio multa hereditatibus multa emptionibus multa dotibus tenebantur sine iniuria iudicavit neque illis adimi nec hiis non satis fieri quorum illa fuerant oportere Cum igitur statuisset opus esse ad eam rem constituendam pecunia se Alexandriam se proficisci velle dixit remque integram ad reditum suum iussit esse Isque celeriter ad Ptolomeum suum hospitem venit qui tunc regnabat alter post Alexandriam conditam Cui cum exposuisset patriam se liberare velle causamque docuisset a rege opulento vir summus facile impetravit ut grandi pecunia adiuvaretur Quam cum Sicionem attulisset adhibuit sibi in consilium quindecim principes cum quibus causas cognovit et eorum qui aliena tenebant et eorum qui sua amiserant perfecitque estimandis possessionibus ut persuaderet aliis ut pecuniam accipere mallet et possessionibus cederet aliis ut commodius putarent numerari sibi quod tanti esset quam recuperare suum Ita perfectum est ut omnes concordia constituta sine querela discederent O virum magnum dignumque qui in re publica nostra natus esset Sic par est agere cum civibus non ut bis iam vidimus hastam in foro ponere et bona civium voci subicere preconis At ille grecus id quod sapientis et prestantis viri fuit omnibus consulendum putavit eaque est summa ratio et sapientia boni civis commoda civium non divellere atque omnes equitate eadem continere Habitent gratis in alieno Quid ita ut cum ego emerim edificarim tuear

impendas tu me invito fruare meo quid
est aliud nisi aliis sua eripere aliis dare
aliena Tabule vero nove quid habent
argumenti nisi ut emas mea pecunia
fundum eum tu habeas ego non habeam pe
cuniam Quamobrem ne sit es alienum
quod rei publice noceat providendum est
quod multis rationibus caveri potest
non si fuerit ut locupletes suum perdant
debitores lucrentur alienum Nec enim
ulla res vehementius actum est quam
me consule ne solveretur armis et
castris rem publicam continet quam fides que
esse nulla potest nisi erit necessaria solutio
rerum creditarum Nunquam vehemen
tius actum est quam me consule ne
solveretur armis et castris temptata
res est ab omni genere hominum ordine qui
bus ita restiti ut hoc totum malum de
re publica tolleretur Nunquam nec maius
es alienum fuit nec melius nec facilius
dissolutum est fraudandi enim spe subla
ta necessitas consequta est At vero hic
nunc victor tum quidem victus que co
gitat ea perficit cum eius iam nihil
interesset tanta in eo peccandi libido
ut hoc ipsum eum delectaret peccare
etsi causa non esset Ab hoc igitur
genere largitionis ut aliis detur aliis
auferatur aberunt hii qui rem publicam
tuebuntur In primisque opera dabunt
ut iuris et iudiciorum equitate suum
quisque teneat et neque tenuiores propter
humilitatem circumveniantur neque locu
pletibus ad sua vel tenenda vel recu
peranda obsit invidia preterea quibus
cunque rebus vel bellis vel domi po
terunt rem publicam augeant imperio agris
vectigalibus hec magnorum hominum sunt
hec apud maiores nostros factitata sunt
hec genera officiorum qui persequentur cum
summa utilitate rei publice magnam ipsi
adipiscentur et gratiam et gloriam In
his autem utilitatum preceptis Antipater
Tyrius Stoycus qui Athenis nuper est
mortuus duo pretermissa censet esse a Pa
netio valitudinis curationem

et pecunie Quas res a summo philoso
pho pretermissas arbitror quod essent faciles sunt
certe utiles Sed valitudo sustenta
tur notitia sui corporis et observatione
et continentia in victu omni atque cul
tu corporis tuendi causa pretermittendis
voluptatibus postremo arte eorum
quorum ad scientiam hec pertinent Res
autem familiaris queri debet hiis
rebus a quibus abest turpitudo
conservari autem diligentia in omnibus
eisdem etiam rebus augeri Has res com
modissime Xenophon Socraticus persecutus est
tus est in eo libro qui Yconomi
cus inscribitur Quem nos ista fere
etate cum essemus qua es tu nunc
egreco in latinum convertimus Sed
utilitatum comparatio quoniam hic locus
erat in a Paneceo pretermissus sepe est
necessaria Nam et corporis commoda cum
externis et externa cum corporis et ipsa
inter se corporis et externa cum externis
pari solent Cum externis corporis
hoc modo comparantur valere ut malis
quam dives esse cum corporis externa
Hoc modo dives esse potius quam
maximis corporis viribus ipsa inter
se corporis sicut bona valitudo vo
luptati anteponatur vires celeritati
Externorum autem ut gloria divitiis vecti
galia urbana rusticis Ex quo
genere comparationis illud est Catonis
senis a quo cum quereretur quid ma
xime familiari expediret respondit
bene pascere Quid secundum satis bene pascere
Quid tertium bene vestire Quid quartum
arare et cum ille qui quesierat di
xisset quid fenerari tum Cato quid
hominem inquit occidere Ex quo
multis aliis intelligi debet utilitatum com
parationes fieri solere recte que hoc
adiunctum esse quartum exquirendorum
officiorum genus Sed toto hoc de genere
de querenda de collocanda pecunia
et de utenda commodius a quibusdam
optimis viris ad Ianum medium
sedentibus quam ab ullis philosophis

ulla in scola disputatur. Sed tamen ea cognoscenda pertinet eciam ad utilitatem de qua hoc libro disputatum est. Reliqua deinceps persequamur.

Liber tercius de comparacione utilis cum honesto.

P. Scipionem Marce fili eum qui primus Africanus appellatus est ut sint dicere solitum scripsit Cato qui fuit fere eius equalis numquam se minus ocioso esse quam cum ociosus nec minus solum quam cum solus esset. Magnifica non vox et magno viro ac sapiente digna que declarat illum et in ocio de negociis cogitare et in solitudine secum loqui se colloquio alterius non egetur. Itaque due res que languorem afferunt ceteris illum acuebant ocium et solitudo. Vellem nobis hoc idem vere dicere liceret. Sed si minus imitatione tantam ingenii prestanciam consequi possumus voluntate certe proxime accedimus. Nam et a re publica forensibus et negociis armis impiis vi quod prohibiti ocium persequimur et ob eam causam urbe relicta rura peragentes sepe soli sumus. Sed nec hoc ocium cum Africani ocio nec hec solitudo cum illa comparanda est. Ille enim requiescens a rei publice pulcherrimis muneribus ocium sibi sumebat aliquando et a cetu hominum frequenciaque interdum tamquam in portum se in solitudinem recipiebat. Nostrum autem ocium negocii inopia non requiescendi studio constitutum est. Extincto enim senatu deletisque iudiciis quid est quod nobis aut in curia aut in foro agere possimus. Ita qui in maxima celebritate atque in oculis civium quondam vixerimus nunc fugientes conspectum sceleratorum quibus omnia redundant abdimus nos quantum licet et sepe soli sumus. Sed quia sic ab hominibus doctis accepimus non solum ex malis minima eligere oportere sed eciam excerpere ex ipsis si quid inesset boni. Propterea et ocio fruor non illo quidem quo debeat is qui quondam peperisset ocium civitati nec eam solitudinem languere patior quam mihi affert necessitas non voluntas. Quamquam Africanus maiorem laudem meo iudicio assequebatur. Nulla enim eius ingenii monumenta mandata litteris nullum opus ocii nulla solitudinis munus extat. Ex quo intelligi debet illum mentis agitacione investigacioneque earum rerum quas cogitando consequebatur nec ociosum nec solum umquam fuisse. Non autem qui non tantum vocis habemus ut cogitacione tacita solitudine abstrahamur ad hanc scribendi operam omne studium curamque convertimus. Itaque plura brevi tempore eversa quam multis annis stante re publica scripsimus. Sed cum tota philosophia mi Cicero frugifera et fructuosa nec ulla pars eius inculta et deserta sit tunc nullus feracior in eo locus est nec uberior quam de officiis a quibus constanter honesteque vivendi precepta ducuntur. Quare quamquam a Cratippo nostro principe huius memorie philosophorum hec te assidue audire atque accipere confido tamen conducere arbitror talibus aures tuas vocibus undique circumsonare nec eas si fieri possit quicquam aliud audire. Quod cum omnibus faciendum est qui vitam honestam ingredi cogitant tum haud scio an nemini pocius quam tibi. Sustines enim non parvam expectacionem imitande industrie nostre magnam honorum non nullam fortasse nominis. Suscepisti onus preterea grande et Athenarum et Cratippi ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus inanem redire turpissimum est dedecorantem et urbis auctoritatem et magistri. Quare quantum coniti animo potes quantum labore contendere

si distendi labor est potius quam volup
tas tamen facit ut efficiat neve tonitas
neve cum omnia suppeditata sint a
nobis tute esse defuisse indicare Sed hec
acternus amulta cum sepe ad te choar
tandi gratia scripsimus nunc ad reliqua
partem proposite divisionis veniam.
Panecius qui sine controversia
de officiis accuratissime disputavit
quemque nos correctione qua
dam adhibita potissime secuti sumus
tribus generibus proposuit in quibus
deliberare homines et consultare de
officio solerent vno cum dubitarent
honestum ne id esset de quo agere aut turpe
alterum vtile ne esset an inutile tercio
si id quod speciem haberet honesti pugnaret cum
eo quod vtile videtur quomodo ea di
iudicari oporteret de tribus generibus duobus
primis tribus libris explicavit de tercio
autem genere deinceps se scripsit dictu
rum nec exsolvit id quod promiserat
quod eo magis miror quia scriptum
a discipulo suo possidonio triginta
annis vixisse panecium post quam libros
illos edidisset Quem locum miror
a possidonio breviter esse tactum in qui
busdam commentariis presertim cum scribat
nullum esse locum in tota philosophia tam
necessarium Minime non assentior hiis
qui negant eum locum a panecio
pretermissum sed consulto relictum nec
omnino scribendum fuisse quia nunquam
posset vtilitas cum honestate pugna
re de quo alterum potest habere dubitacionem
adhibendum ne fuerit hoc genus tercium
in divisione panecii tamen est an pla
ne omittendum alterum dubitare non potest
quin a panecio susceptum sit sed relic
tum Nam qui e divisione tripertita
duas partes absolverit huic necesse est
restare terciam preterea in extremo libro
tercio de hac parte pollicetur se deinceps
esse dicturum Accedit eodem testis locu
ples possidonius qui etiam scribit in qui
dam epistola p rutilium rufum dicere solere
qui panecium audierat ut nemo
pictor esset inventus qui in templo

choe veneris eam partem quam appel
les inchoatam reliquisset absolveret
oris enim pulchritudo reliqui corporis
imitandi spem auferebat sic ea que
panecius pretermisisset et non perfecisset
propter eorum que perfecisset prestanciam
neminem esse persecutum Quamobrem
de iudicio panecii dubitare non possum
Recte ne non hanc terciam partem ad
exquirendum officium adiunxerit an se
cus de eo fortasse dubitare potest
Nam sive honestum bonum est ut
stoycis placet sive quod honestum id
ita summum bonum est quemadmodum
peripatheticis vestris videtur ut omnia
ex altera parte collocata vix minimi
momenti instar habeant dubitandum
non est quin nunquam possit vtilitas
cum honestate contendere Itaque ac
cepimus socratem execrari solitum
eos qui primum hec natura coherencia
opinione detraxissent cui quidem
ita sunt stoyci assensi ut quicquid
honestum est id vtile esse censerent
nec vtile quicquam quod non hone
stum Quod si is esset panecius qui
virtutem propterea colendam diceret quod
ea efficiens vtilitatis esset ut hii
qui res expetendas vel voluptate
vel indigencia metiuntur liceret ei
dicere vtilitatem aliquando cum hone
state pugnare Sed cum sit is qui
solum bonum iudicet quod hone
stum sit Que autem huic repugnent
specie quadam vtilitatis eorum neque
accessione meliorem vitam fieri neque
decessione peiorem non videtur debu
isse eiusmodi deliberacionem intro
ducere in qua quod vtile videretur
cum eo quod honestum est compara
retur enim quod summum bonum a stoycis
dicitur convenienter nature vivere
id habet ut opinor sentenciam
cum virtute congruere semper cetera autem
que secundum naturam essent ita ele
gere si ea virtuti non repugnarent
quod cum ita sit putant quidam

hanc comparationem non recte introduci tamen nec omnino de eo genere quaerendum fuisse. Atque illud quidem honestum quod proprie vereque dicitur id in sapientibus est solis. In hijs autem in quibus perfecta sapientia non est ipsum illud quidem perfectum honestum nullomodo, similitudines honesti esse possunt. Hec enim officia de quibus in hijs libris disputamus media stoyci appellant. Ea communia sunt et late patent que et ingenii bonitate multi assequuntur et progressione discendi. Illud autem officium quod rectum idem appellant perfectum atque absolutum est et ut idem dicunt omnes numeros habet nec preter sapientem nequaquam cadere potest. Cum autem aliquid actum est in quo media officia compareant id cumulate videtur esse perfectum propterea quod vulgus quid absit a perfecto non fere intelligit. Quatenus autem intelligit nihil putat pretermissum. Quod idem in poematibus in picturis usu venit in aliisque compluribus ut delectentur imperiti laudentque ea que laudanda non sunt ob eam credo causam quod insit in hijs aliquid probi quod capiat ignaros qui idem quid in unaquaque re vitii sit nequeant iudicare. Itaque cum sunt docti a peritis desistunt facile sententia. Hec igitur officia de quibus hijs libris disserimus quasi secunda quedam honesta esse dicunt non sapientium modo propria sed cum omni hominum genere communia. Itaque hijs omnes in quibus est indoles virtutis commoventur. Nec vero cum duo Decii aut duo Scipiones fortes viri commemorantur aut cum Fabricius aut Aristides ut iustus nominatur aut ab illis fortitudinis aut ab hijs iustitie tamquam a sapiente petitur exemplum. Nemo enim horum sic sapiens ut sapientem volumus intelligi. Nec hij qui sapientes habiti et nominati

et M. Cato et C. Lelius sapientes fuerunt ne illi quidem septem, sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinem quandam gerebant speciemque sapientum. Quocirca nec id quod vere honestum est cum utilitatis repugnantia nec id quod communiter appellamus honestum quod colitur ab hijs qui bonos viros se haberi volunt cum emolumentis umquam est comparandum. Tamque id honestum quod in nostram intelligentiam cadit conservandum tuendumque nobis est quam illud quod proprie dicitur vereque est honestum sapientibus. Aliter enim teneri non potest si qua ad virtutem est facta progressio. Sed hec quidem de hijs qui conservatione officiorum existimantur boni. Qui autem omnia metiuntur emolumentis et commodis neque ea volunt ponderari honestate hij solent in deliberando honestum cum eo quod utile putant comparare, boni viri non solent. Itaque existimo Panetium cum dixerit homines solere in hac comparatione dubitare hoc ipsum sensisse quod dixerit solere modo, non etiam oportere. Etenim non modo pluris putare quod utile videatur quam quod honestum, sed hec etiam inter se comparare et in hijs adulare turpissimum est. Quid ergo est quod nonnumquam dubitationem afferre soleat considerandumque videatur? Credo si quando dubitatio accidit quale sit id de quo consideretur. Sepe enim tempore fit ut quod turpe plerumque haberi soleat inveniatur non esse turpe. Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latius. Quod potest maius esse scelus quam non modo hominem sed etiam familiarem hominem occidere? Num igitur se astrinxit scelere qui tyrannum occidit quamvis familiarem? Populo quidem romano non videtur, qui ex omnibus preclaris factis illud pulcherrimum existimat. Vicit ergo utilitas honestatem? Immo vero honestatem utilitas secuta est. Itaque ut sine ullo errore diiudicare possimus si quando cum illo

quod intelligimus honestum pugnare
id videbitur quod appellamus utile For-
mula quedam constituenda est quam
si sequemur in comparatione rerum ab of-
ficio numquam recedemus Erit autem hec formula stoycorum
rationi discipline que maxime consen
tanea Quam quidem his libris propter
ea sequimur quia et a veteribus a
chademicis et a perypateticis qui
quondam eidem erant que hone
sta sunt anteponunt hiis que videntur
utilia tamen splendidius hec ab eis dis
serentur quibus quicquid honestum est
idem utile videtur nec utile quicquid
quod non honestum quam ab hiis disse
ratur quibus et honestum aliquid non
utile aut utile non honestum Nobis
autem nostra achademia magnam licen
ciam dat ut quodcumque maxime pro
babile occurrat id nostro iure liceat
defendere Sed redeo ad formulam De
trahere igitur alteri aliquid et hominem
hominis incommodo suum commodum
augere magis est contra naturam quam mors quam
paupertas quam dolor quam cetera que pos
sunt aut corpori accidere aut rebus externis
Nam principio tollit convictum huma
num et societatem Si enim sic erimus
affecti ut propter suum quisque emolumentum
spoliet aut violet alterum disrumpi necesse
est eam que maxime est secundum naturam huma
ni generis societatem Ut si unum
quodque membrum sensum hunc haberet ut
posse putaret se valere si proximi me
bri valitudinem ad se traduxisset de
bilitari et interire totum corpus necesse
erat Sic si unusquisque nostrum ad se ra
piat commoda aliorum detrahatque quod
cuique possit emolumenti sui gratia socie
tas hominum communitas quam evertatur necesse est
Nam sibi ut quisque malit quod ad
usum vite pertineat quam alteri acqui
re concessum est non repugnante natura
illud natura non patitur ut aliorum
spoliis nostras facultates copias
opes augeamus Neque vero hoc solum

natura id est iure gentium sed etiam legibus
populorum quibus in singulis
civitatibus res publica continetur eodem modo
constitutum est ut non liceat sui com
modi causa nocere alteri Hoc enim
spectant leges hoc volunt incolumem
esse civium coniunctionem quam qui dirimunt
eos morte vinculis dampno
coherceat Atque hoc multomagis
efficit ipsa nature ratio que est lex
divina et humana cui parere qui
velit omnes autem parebunt qui secundum
naturam volent vivere numquam com
mittet ut alienum appetat et id
quod alteri detraxerit sibi assumat
Est enim multomagis secundum naturam
excelsitas animi et magnitudo itemque
quam comitas iusticia liberalitas quam
voluptas quam vita quam divicie que
quidem contempnere et pro nichilo du
cere aliqua comparantem cum utilita
te communi magni animi et excelsi est De
trahere autem de altero sui commodi causa ma
gis est contra naturam quam mors quam dolor
quam cetera eiusdem generis Itemque magis
est secundum naturam pro omnibus gentibus
conservandis aut iuvandis si fieri
possit maximos labores molestias
que suscipere imitantes herculem illum
quem hominum fama beneficiorum
memor in concilium celestium collo
cavit quam vivere in solitudine non
modo sine ullis molestiis sed etiam in
maximis voluptatibus habundantem
omnibus copiis ut excellas etiam
pulchritudine et viribus Quocirca
optimo quisque splendidissimo
ingenio longe illam vitam huic ante
ponit Ex quo efficitur hominem nature
obedientem homini nocere non posse
Deinde qui alterum violat ut ipse
aliquid commodi consequatur aut nichil
existimat se facere contra naturam aut ma
gis fugiendam censet mortem pau
pertatem dolorem amissionem etiam
liberorum propinquorum amicorum quam
facere cuiquam iniuriam Si nichil existimat

homo non potest nocere alteri homini

contra naturam fieri hominibus violandis quid tum eo differes qui omnino hominem ex homine tollat Sin fugiendum id quidem censet sed multo illa peiora morte paupertate dolorem errat in eo quod ullum aut corporis aut fortune vitium viciis animi gravius existimat Ergo unum debet esse omnibus propositum ut eadem sit utilitas uniuscuiusque et universorum Quam si ad se quisque rapiat dissolvetur omnis illa humana consortio Atque etiam si hoc natura prescribit ut homo homini quicumque sit ob eam ipsam causam quod homo sit consultum velit necesse est secundum eandem naturam omnium utilitatem esse communem Quod si ita est una continemur omnes et eadem lege nature Idque ipsum si ita est certe violare alterum lege prohibemur Verum autem primum verum igitur extremum Nam illud quidem absurdum est quod quidam dicunt parenti se aut fratri nichil detracturos sui commodi causa aliam rationem esse reliquorum Hii nichil sibi iuris nullam societatem communis utilitatis causa statuunt esse cum civibus que sententia omnem societatem distrahit civitatis Qui autem civium rationem dicunt habendam externorum negant hii dirimunt communem humani generis societatem qua sublata beneficentia liberalitas bonitas iusticia funditus tollitur que tollunt etiam adversus deos immortales impii iudicandi sunt ab hiis enim constitutam inter homines societatem evertunt Cuius societatis artissimum vinculum est magis arbitrari esse contra naturam hominem detrahere sui commodi causa quam omnia incommoda subire vel externa vel corporis vel etiam ipsius animi vel que non vacent iusticia Hec enim una virtus omnium est domina et regina virtutum Forsitan quispiam dixerit Nonne igitur sapiens si fame ipse conficiatur abstulit cibum alteri homini ad nullam rem utili? Minime vero Non enim mihi est vita mea utilior quam animi talis affectio neminem ut violem commodi mei gratia Quod si Phalarim crudelem tyrannum et immanem vir bonus ne ipse frigore conficiatur vestitu spoliare possit nonne faciat Hec ad iudicandum sunt facillima Nam si quid ab homine utili ad ullam partem utilitatis tue causa detraxeris inhumane feceris contraque legem nature Sin autem is tu sis qui multam utilitatem rei publice atque hominum societati si in vita remaneas afferre possis si quid ob eam causam alteri detraxeris non sit reprehendendum Sin autem id non sit eiusmodi suum cuique incommodum ferendum est potius quam de alterius commodis detrahendum Non igitur magis est contra naturam morbus vel egestas vel si quid est eiusmodi quam detractio atque appetitio alieni sed et communis utilitatis derelictio contra naturam est Est enim iniusta Itaque lex ipsa nature que utilitatem hominum conservat et continet decernet profecto ut ab homine inerti et inutili ad sapientem bonum fortem quod virum transferantur res ad vivendum necessarie Qui si occiderit multum de communi utilitate detraxerit modo hoc ita faciat ut ne ipse de se bene existimans seseque diligens hanc habeat causam iniurie Itaque semper consilio fungetur utilitati consulens hominum et ei quam sepe commemoro humane societati Namque de Phalari attinet perfacile iudicium est Nulla est enim societas nobis cum tyrannis et potius summa distractio est Neque enim est contra naturam spoliare hominem eum si possis quem est honestum necare Atque hoc omne genus pestiferum ex hominum communitate exterminandum est Etenim ut membra quedam amputantur si et ipsa sanguine et tamquam spiritu carere ceperunt et nocent reliquis partibus corporis sic ista in figura hominis feritas et

immanitas belue a communi tamquam huma-
nitate corporis segreganda est. Huius
omnis generis questiones sunt hee in
quibus ex tempore officium exquiritur. Eius
modi igitur credo res Panetium
persecuturum fuisse nisi aliqui casus aut
occupatio eius consilium peremisset.
Ad quas ipsas consultationes ex
superioribus libris satis multa precep-
ta sunt quibus perspici possit quid
sit propter turpitudinem fugiendum
non sit quod omnino turpe non sit. Sed
quoniam operi inchoato prope tamen absoluto
tamquam fastigium imponimus ut geometre
solent non omnia docere sed postulare
ut quedam sibi concedantur quo faci-
lius que volunt explicent sic ego
a te postulo mi Cicero ut mihi concedas
si potes nichil preter id quod honestum
sit propter se esse expetendum. Sin hoc
non licet per Cratippum at illud certe
dabis quod honestum sit id esse maxi-
me propter se expetendum. Michi utrum-
vis satis est et tum hoc tum illud probabili-
us videtur. Nec preterea quicquam proba-
bile. Ac primum in hoc Panetius defenden-
dus est qui non utilia cum honestis
pugnare aliquando posse dixit neque enim
ei fas erat sed ea que viderentur esse
utilia. Nichil non utile quod non idem
honestum quod non utile sit sepe
testatur negatque ullam pestem maiorem
in vitam hominum invasisse quam eorum opinionem
qui ista distraxerunt. Itaque non ut aliquando
anteponeremus utilia honestis sed ut
ea sine errore diiudicaremus si quando
incidissent induxit eam que videretur
esse non que esset repugnantiam. Hanc
igitur partem relictam explebimus nullis
adminiculis sed ut dicitur Marte nostro.
Neque enim quicquam est de hac parte post
Panetium explicatum quod quidem
michi probaretur de hiis que in manus
meas venerint. Cum igitur aliqua
species utilitatis obiecta est commoveri
necesse est sed si cum animum attenderis
turpitudinem videas adiunctam
ei rei que speciem utilitatis attulit
tunc non utilitas relinquenda est sed intelligendum
ubi turpitudo sit ibi utilitatem esse
non posse. Quod si nichil est tam
contra naturam quam turpitudo. Recte enim
convenientia et constantia natura
desiderat aspernaturque contraria nichilque
tam secundum naturam quam utilitas certe in
eadem re utilitas et turpitudo esse non potest.
Itemque si ad honestatem nati sumus
eaque aut sola expetenda est ut Ze-
noni visum est aut certe omni pondere
gravior habenda quam reliqua omnia quod
Aristoteli placet necesse est quod ho-
nestum sit esse id aut solum
aut summum bonum. Quod autem bonum
id utile est. Ita quicquid honestum
id utile. Quare error hominum non
proborum cum aliquid quod utile
visum est arripuit id continuo se-
cernunt ab honesto. Hinc sice hinc
venena hinc et falsa testamenta
nascuntur hinc furta peculatus
expilationes direptionesque sociorum
et civium hinc opum nimiarum potentie
non ferende postremo etiam in liberis
civitatibus regnandi existunt cupi-
ditates quibus nichil nec tetrius
nec fedius excogitari potest. Emolumenta
enim rerum fallacibus iudiciis vident penam
non dico legum quam sepe perrumpunt
sed ipsius turpitudinis que acer-
bissima est non vident. Quamobrem
hoc quidem deliberantium genus pel-
latur e medio. Est enim totum scelera-
tum et impium qui deliberant utrum
id sequantur quod honestum esse
videant an se scientes scelere
contaminent. In ipsa enim dubitatione
facinus inest etiam si ad id non perve-
nerint. Ergo ea omnino deliberanda non
sunt in quibus est turpis ipsa

deliberatio Atque ex omni deli
beratione celandi et occultandi
spes opinio que removenda est Satis
enim nobis si modo in philosophia ali
quid profecimus persuasum esse debet
Si omnes deos hominesque celare
possimus nichil tamen avare nichil
iniuste nichil libidinose nichil
incontinenter esse faciendum
Hinc ille Giges inducitur a platone
qui cum terra discessisset magnis
quibusdam imbribus descendit
in illum hiatum eneum que equum ut fe
runt fabule animadvertit cuius
in lateribus fores essent quibus
apertis hominis mortui vidit cor
pus magnitudine invisitata a
nulum que aureum in digito quem
ut detraxit ipse induit Erat enim
regius pastor Tum in concilium
se pastorum recepit Ibi cum pala
eius anuli ad palmam converterat
a nullo videbatur ipse autem omnia
videbat Idem rursus videba
tur cum in locum anulum inverterat
Itaque hac oportunitate anuli regine
stuprum intulit ea que adiutrice rege
dominum interemit sustulit quos ob
stare arbitrabatur Nec in hiis eum
facinoribus quisquam potuit videre
Sic repente anuli beneficio rex
exortus est lidie Hunc igitur ipsum
anulum si habeat sapiens nichil plus
sibi licere putet peccare quam si non
haberet honesta enim bonis viris
non occulta queruntur Atque hoc
loco philosophi quidam minime mali
illi quidem sed non satis acuti fictam
et commenticiam fabulam prolatam
dicunt a platone quasi vero ille aut fa
ctum id esse aut fieri potuisse
defendat Hec est huius vis anuli
et huius exempli Si nemo scitu
rus Nemo ne suspicaturus

quidem sit cum aliquid divitiarum po
tentie dominationis libidinis causa fe
ceris si hoc diis hominibus que fu
turum sit semper ignotum sis ne factu
rus negant id fieri posse quamquam po
test id quidem Sed quero quod negant posse
id si posset quidnam facerent urgent
rustice sane Negant enim posse et
in eo perstant hoc verbum quid valeat
non vident Cum enim querimus quid
facturi sint si possint non querimus
possint ne celare sed tamquam tormenta
quedam adhibemus ut si responde
rint se impunitate proposita facturos
quod expediat facinorosos esse se fateantur
Si negent omnia turpia per se ipsa fu
gienda esse concedant Sed ad propositum
iam revertamur Incidunt sepe multe
cause que conturbant animos utilitatis
specie non cum hoc deliberetur Relinque
da ne sit honestas propter utilitatis ma
gnitudinem Nam id quidem improbum
est sed illud possit ne illud quod
utile videatur fieri non turpiter Cum col
latino college brutus imperium abro
gabat poterat videri facere id iniuste
fuerat enim in regibus expellendis
socius bruti consiliorum et adiutor
Cum autem consilium hoc principes ce
pissent cognationem superbi nomen que
tarquiniorum et memoriam regni esse
tollendam quod erat utile patrie con
sulere id erat ita honestum ut etiam
ipsi collatino placere deberet Itaque
utilitas valuit propter honestatem
sine qua ne utilitas quidem esse po
tuisset At in eo rege qui urbem
condidit non ita Species enim utilitatis
animum pepulit eius cui cum visum
esset utilius solum quam cum altero
regnare fratrem interemit Omisit hic
pietatem et humanitatem ut id quod
utile videbatur neque erat assequi
posset et tamen muri causam opposuit

spem honestatis sed probabilem ut sane
ydoneam Petamus igitur pace ut ciui
vel commodi dixerit erit tum magis nobis
vtilitates omittende sunt aliis que
tradende cum hijs ipsi egeamus sed sue
cuique vtilitati quod sine alterius iniuria
fiet seruiendum est Scite crisippus ait
ut multa qui stadium inquit currit eniti
et contendere debet quam maxime pos
sit ut vincat supplantare eum qui cu
certat et manu depellere nullo modo debet
Sic in vita sibi quemque petere quod pertine
at ad vsum non iniquum est alteri de
ripere ius non est Maxime autem pertur
bantur officia in amicitijs quibus et
non tribuere quod recte possis et tribu
ere quod non sit equum contra officium est
Sed huius generis totius breue et non
difficile preceptum est Que enim vide
tur vtilia honores diuicie voluptates
cetera generis eiusdem hec amicicie numquam
anteponenda sunt At neque contra
rem publicam neque contra iusiurandum ac fidem
amici causa vir bonus faciet ne si
iudex quidem erit de ipso amico deponit
enim personam amici cum induit personam
iudicis Tantum dabit amicicie ut
veram amici causam esse malit ut orande
litis tempus quo ad per leges liceat acco
modet Cum vero iurato sententia di
cenda sit meminerit se habere deum testem
id est ut ego arbitror mentem suam qua
nichil homini dedit ipse deus diuinius
Itaque preclarum a maioribus accepimus
morem rogandi iudicis si eum teneremus
que salua fide facere possit hec rogacio
ad ea pertinet que paulo ante dixi amico
honesto a iudice posse concedi Nam
si omnia facienda sint que amici velint
non amicicie tales sed coniuraciones
putande sint loquor autem de communibus
officijs Nam in sapientibus viris
perfectis que nichil potest esse tale Damonem
et phythyam pytagoreos homines
ferunt hoc animo inter se fuisse ut cum

eorum alteri dyonisius tyrannus diem
necis destinauisset et is qui morti
addictus esset paucos sibi dies comen
dandorum suorum postulauisset vas factus
est alter eius sistendi ut si ille non
reuertisset moriendum esset ipsi Qui
cum ad diem se recepisset admiratus
eorum fidem tyrannus petiuit ut se ad
amiciciam tertium ascriberet Cum igitur
id quod vtile videtur in amicicia cum
eo quod honestum est comparat iace
at vtilitatis species valeat honestas
Cum autem in amicicia que honesta
non sunt postulabuntur religio et
fides anteponatur amicicie sic ha
bebitur is quem exquirimus delectus officij
Sed vtilitatis specie in re publica sepissime
peccatur ut in chorinthi disturba
tione nostri durius etiam athenienses
qui sciuerunt ut eginetis qui clas
se valebant pollices preciderent
Hoc visum est vtile Nimis enim e
minebat propter propinquitatem egina
pireo Sed nichil quod crudele est
vtile est Est enim hominum nature quam
sequi debemus maxime inimica
crudelitas Male etiam qui peregrinos
vrbibus vti prohibent eos que exter
minant ut pennus apud patres no
stros papius nuper Nam esse pro
cive qui ciuis non sit rectum est non
licere quam legem tulerunt sapien
tissimi consules crassus et scevola
vsu vero vrbis prohibere peregrinos
sane inhumanum est Illa preclara
in quibus publice vtilitatis species
pre honestate contempnitur Plena
exemplorum nostra res publica cum sepe tum
maximo bello punico secundo que
cannensi calamitate accepta maiores
animos habuit quam umquam rebus
secundis habuit nulla timoris signi
ficatio nulla mencio pacis Tanta
vis honesti ut speciem vtilitatis
obscuret Athenienses cum persarum
impetum nullo modo sustinere possent

Crudelitas non est vtilis

statuerunt ut urbe relicta co
niugibus et liberis troezene depo
sitis naves conscenderent libertatem
que grecie classe defenderent cyrsilum
quendam suadentem ut in urbe
manerent xerxemque reciperent lapi
dibus obruerunt Atque ille utili
tatem sequi videbatur sed ea nulla
erat repugnante honestate Themi
stocles post victoriam eius belli
qui cum persis fuit dixit in contione
se habere consilium pro salute sed id
sciri non opus esse postulavit ut
aliquem populus daret quicum commu
nicaret datus est aristides
huic ille classem lacedemoniorum
que subducta esset agithium cla
incendi posse quo facto frangi la
cedemoniorum opes necesse esset Quod
aristides cum audisset in contionem
magna expectacione venit dixitque
perutile esse consilium quod themisto
cles afferret sed minime honestum Ita
que athenienses quod honestum non
esset id ne utile quidem putaverunt
totamque eam rem quam ne audierant quidem
auctore aristide repudiaverunt Me
lius hii quam nos qui piratas im
munes socios vectigales habemus
Maneat ergo quod turpe sit id
nunquam esse utile ne tum quidem cum
id quod utile esse putes adipiscare
hoc enim ipsum utile putare quod tur
pe sit calamitosum est Sed incidunt
ut supra dixi sepe cause cum
repugnare utilitas honestati vi
deatur ut animadvertendum sit re
pugnetne plane an possit cum
honestate coniungi eius generis
hee sunt questiones Si exempli gratia
vir bonus alexandria rodum
magnum frumenti numerum advexerit
in rodiorum inopia et fame summa
que annone caritate si idem sciret com
plures mercatores alexandria

solvisse naves que in cursu frumento
honustas petentes rodum viderit
dicturusne sit id rodiis an silentio
suum quam plurimo venditurus Sapientem
et bonum virum fingimus de eius de
liberacione et consultacione querimus
qui celaturus rodios non sit si id
turpe iudicet sed dubitet an turpe
non sit In huiusmodi causis aliud
diogeni babilonio videri solet ma
gno et gravi stoico aliud antipatro
discipulo eius homini acutissimo anti
patri omnia patefacienda ut neque
omnino quod venditor norit emptor
ignoret diogeni venditorem quatenus
iure civili constitutum sit dicere vicia
oportere cetera sine insidiis agere et
cum vendat velle quam optime ven
dere Advexi exposui vendo meum non
pluris quam ceteri fortasse etiam minoris
Cum maior est copia cui fit iniuria
Exoritur antipatri racio ex altera parte
Quid ais tu cum hominibus consu
lere debeas et servire humane societati
ea que lege natus sis ut ea habeas
principia nature quibus parere et que
sequi debeas ut utilitas tua commu
nis utilitas sit vicissimque communis utilitas tua
sit celabis homines quid hiis assit co
moditatis et copie Respondebit di
ogenes forte sic aliud est celare
aliud tacere neque nunc te celo si tibi non
dico que natura deorum sit quid sit
finis bonorum que tibi plus prodessent
cognita quam tritici utilitas Sed non
quicquid audire utile est id tibi dicere
necesse est Immo vero inquit ille et necesse
est Siquidem meministi esse inter homines na
tura coniunctam societatem Memini in
quit ille Sed nunquam ista societas
talis est ut nihil suum cuiusque sit Quod
si ita est ne vendendum quidem quicquam
est sed donandum Vides in hac tota
disceptacione non illud dici quamvis hoc
turpe sit tamen quoniam expedit faciam sed
ita expedire ut turpe non sit Ex

alia aut parte caveat quia turpe sit
non esse faciendum Vendat edes vir
bonus propter aliqua vitia que ipse
norit ceteri ignorent pestilentes sint
et habeantur salubres ignorantur in
omnibus cubiculis apparere serpentes
male materiate ruinose sed hoc preter
dominum nemo sciat Quero si hec emp
toribus venditor non dixerit edes que
vendiderit pluris multo quam se vendi
turum putaret num id iniuste aut improbe
fecerit Ille vero inquit Antipater Quid
enim aliud erranti viam non monstrare
quod athenis execrationibus publicis
sanctum est Si hoc non est emptorem
pati ruere et per errorem in maxi
mam fraudem incidere plus etiam est quam
viam non monstrare Nam est scientem
in errorem alterum inducere Dyoge
nes contra Num te emere coegit qui ne hor
tatus quidem est Ille quod non placebat proscribit
placebat tibi quod placebat emisti
Quod si qui proscribunt villam bonam
bene quam edificatam non existimantur fe
fellisse etiam si illa nec est bona nec
edificata ratione multo minus qui domum
non laudarunt Ubi enim iudicium ven
ditoris est ibi fraus emptoris que
potest esse Sin autem dictum non omne pre
standum est quod dictum non est id
prestandum putes Quid vero est stultius
quam venditorem eius rei quam vendat
vitia narrare Quid autem tam ab
surdum quam si domini iussu ita preco pre
dicet domum pestilentem vendo
Sic ergo in quibusdam causis dubiis
ex altera parte defenditur honestas
ex altera ita de utilitate dicitur ut id
quod utile videatur non modo facere
honestum sit sed etiam non facere turpe
Hec est illa que videtur utilium fieri
cum honestis sepe dissensio que
diiudicanda sunt Non enim ut
quereremus exposuimus sed ut explicaremus
Non igitur videtur nec frumentarius esse
Ille rodius nec edium venditor ce

lare emptorem debuisse Neque enim
id est celare quicquid reticeas sed
cum quod tu scias id ignorare emo
lumenti tui causa velis eos quorum
intersit id scire Hoc autem celandi
genus quale sit et cuius hominis
quis non videt Certe non aperti non
simplicis non ingenui non iusti
non viri boni versuti potius ob
scuri astuti fallacis malitiosi
callidi veteratoris vafri Hec
tot et alia plura nonne inutile
est vitiorum subire nomina Quod
si vituperandi reticuerunt quid de
hiis existimandum est qui orationis
vanitatem adhibuerunt G. Canius
eques Romanus nec infacetus et satis
litteratus cum se Syracusas ociandi
ut ipse dicere solebat non negociandi
causa contulisset dictitabat
se ortulos aliquos emere velle
quo invitare amicos et ubi se
oblectare sine interpellatoribus
posset Quod cum crebuisset Pythius
ei quidam qui argentariam faceret
Syracusis venales quidem se ortos
non habere sed licere uti Canio si
vellet ut suis et simul ad cenam
hominem in ortos invitavit in po
sterum diem Cum ille promisisset
tum Pythius qui esset ut argentarius
apud omnes homines gratiosus
piscatores ad se convocavit
et ab hiis petivit ut ante suos
ortulos postridie piscarentur
dixitque quid eis facere vellet Ad
cenam tempore venit Canius opipare
a Pythio apparatum convivium
Cumbarum ante oculos multitudo
pro se quisque quod ceperat afferebat
ante pedes Pythii pisces abi
ciebantur Tum Canius quaeso
inquit quid est hoc Pythi

tum ne piscatu tum ne turbarer Et ille
quid mirum inquit hic loco Siracusis
quicquid est piscium hic aquatio
hac villa isti carere non possunt Incen-
sus Canius cupiditate contendit
a Pythio ut venderet gravate ille
primo quid multa impetrat Emit
homo cupidus et locuples tanti
quanti Pythius voluit et emit
instructos nomina facit negotium
conficit Invitat Canius postridie
familiares suos venit ipse mature
scalmum nullum videt querit ex
proximo vicino num ferie quedam
piscatorum essent quod eos nullos vi-
deret Nulle quod sciam ille inquit sed
hic piscari nullus solet Itaque
mirabar heri quid accidisset Sto-
machari Canius sed quid faceret
nondum enim C. Aquilius colle-
ga et familiaris protulerat de
dolo malo formulas In quibus
ipsis cum ex eo quereretur quid esset
dolus malus respondebat cum esset
aliud simulatum et aliud actum
Hoc quidem sane luculente ut ab
homine perito diffiniendi Ergo et
Pythius et omnes aliud agentes
et aliud simulantes perfidi improbi
maliciosi sunt Nullum igitur eorum
factum potest esse utile cum sit tot
viciis inquinatum Quod Aquilia-
na diffinicio vera est ex omni
vita simulacio dissimulacio est
tollenda est et ita ut nec emat
melius nec ut vendat quicquam si-
mulabit vir bonus Atque iste do-
lus malus et legibus erat vindica-
tus ut tutela duodecim tabulis
circumscriptio adolescentium lege
Letoria et sine lege iudiciis in
quibus additur ex fide bona
Reliquorum autem iudiciorum hec verba

maxime excellunt in arbitrio rei
uxorie melius equius in fiducia
ut inter bonos bene agier Quid er-
go aut in eo quod melius equius
potest ulla pars inesse fraudis aut
cum dicitur inter bonos bene agier
quicquam agi dolose aut maliciose
potest Dolus autem malus in simulacione
ut ait Aquilius continetur Tollendum
est igitur ex rebus contrahendis omne
mendacium non licitatorem venditor
non qui contra venditorem se liceatur
emptor apponet Uterque si eloquatur
quidem Scevola Publii filius cum
postulasset ut sibi fundus cuius
emptor erat semel indicaretur id-
que venditor ita fecisset dixit se
pluris estimare addidit centum
milia Nemo est qui hoc boni viri
fuisse neget sapientis negant ut
si minoris quam potuisset vendidisset
Hec igitur illa pernicies quod alios bo-
nos alios sapientes existimant
Ex quo Ennius nequicquam sapere sa-
pientem qui ipse sibi prodesse non
quiret Vere id quidem si quid esset
prodesse mihi cum Ennio conveniret
Hecatonem quidem Rhodium discipu-
lum Panecii video in his libris
quos de officiis scripsit Q. Tuberoni
dicere sapientis esse nichil contra mo-
res leges instituta facientem rei
familiaris Neque enim solum nobis
divites esse volumus sed liberis pro-
pinquis amicis maximeque rei publice
Singulorum facultates et copie divicie
sunt civitatis Huic Scevole facti
de quo paulo ante dixi placere
nullo modo potest etenim omnino se
negat facturum compendii sui causa

quod liceat hinc nec laus magis
tribuenda nisi gratia est. Sed sive et
simulatio et dissimulatio dolus ma-
lus est perpauce res sunt in quibus
non dolus malus iste versetur sive
vir bonus est is qui prodest quibus
potest nocet nemini certe istum virum
bonum non facile reperimus. Numquam
igitur utile est peccare quia semper est
turpe. Et quia semper est honestum virum
bonum esse semper est utile. Ac de iure
quidem prediorum sanctitum apud nos
iure civili est ut in hiis vendendis
vicia dicerentur que nota essent ven-
ditori. Nam cum ex duodecim tabu-
lis satis esset ea prestari que essent lingua
nuncupata que qui infitiatus esset
dupli penam subiret a iuris consultis
etiam reticentie pena constituta. Quicquid
enim esset in predio vitii id statuerunt
si venditor sciret nisi nominatim dictum
esset prestari oportere. Ut cum in arce au-
gurium augures acturi essent iussissent
que Tytum Claudium Centumalum qui
edes in Celio monte habebat demo-
liri ea quorum altitudo officeret au-
spiciis Claudius proscripsit insulam
vendidit emit P. Calfurnius Lanarius
huic ab auguribus illud idem denun-
ciatum est. Itaque Calfurnius cum demol-
litus esset cognovisset que Claudium
edes postea proscripsisse quam esset ab
auguribus demoliri iussus arbitrum
illum adegit quidquid sibi dare fa-
cere oporteret ex fide bona. M. Cato
sententiam dixit huius nostri Catonis pater.
Ut enim ceteri ex patribus sic hic qui
illud lumen progenuit ex filio est
nominandus. Is igitur iudex ita pronun-
ciavit cum in vendendo rem eam
scisset et non pronunciasset emptori
dampnum prestari oportere. Ergo
ad fidem bonam statuit pertinere
notum esse emptori vicium quod
nosset venditor. Quod si recte iudi-
cavit non recte frumentarius ille non
recte edium pestilencium venditor
tacuit. Sed huiusmodi reticentie iure
civili comprehendi non possunt.
Que autem possunt diligenter tenentur.
M. Marius Gratidianus propinquus
noster C. Sergio Orate vendiderat
edes eas quas ipse ab eodem paucis
annis ante emerat. Hee edes Sergio
serviebant sed hoc in mancipio Ma-
rius non dixerat. Adducta res
in iudicium est. Oratam Crassus Gra-
tidianum defendebat Antonius. Cras-
sus urgebat quod vicii venditor
non dixisset sciens id oportere pre-
stari. Equitate Antonius quoniam id
vicium ignotum Sergio non fuisset qui
illas edes vendidisset nichil
fuisse necesse dici nec eum esse decep-
tum qui id quod emerat quo iure
esset teneret. Quorsum hec? ut illud
intelligas non placuisse maioribus
nostris astutos. Sed aliter leges aliter
philosophi tollunt astucias. Leges quaten-
us res manu tenere possunt
philosophi quatenus ratione et intelligencia.
Ratio ergo hoc postulat ne quid insi-
diose ne quid simulate ne quid
fallaciter. Suntne igitur insidie
tendere plagas etiam si excitaturus
non sis nec agitaturus. Ipse enim
fere nullo insequente sepe incidunt.
Sic tu edes proscribas tabulam
tamquam plagam ponas domum
propter vicia vendas in eam aliquis
incurrat imprudens. Hoc quamquam
video propter depravacionem consuetu-
dinis neque more turpe haberi neque
aut lege sanctitum. Societas est
enim et si sepe dictum sit dicendum

tis et sequimus latissime quidem
patet omnium inter omnes interior
eorum qui eiusdem gentis sunt propior
eorum qui eiusdem civitatis Itaque
maiores aliud ius gentium aliud
ius civile esse voluerunt Quod ci-
vile non idem continuo gentium Quod
autem gentium idem civile esse debet
Sed nos veri iuris germane que
iusticie solidam et expressam effigiem
nullam tenemus umbra et y-
maginibus utimur eas ipsas ut-
sequeremur feruntur enim ex optimis
nature et veritatis exemplis Nam
quanti verba illa uti propter te fide
ve tuam captus fraudatus ve
sim quam illa aurea ut inter bo-
nos bene agier oportet et sine
fraudacione Sed qui sint boni et
quid sit bene agi magna questio est
Q. Scevola pontifex maximus
summam vim esse dicebat in omnibus
hiis arbitriis in quibus adderetur ex
fide bona fidei que bone nomen ex-
istimat manare latissime idque ver-
sari in tutelis societatibus fiduciis
rebus de mandatis hic emptis
venditis et conductis locatis quibus
vite societas continetur in hiis ma-
gni esse iudicis statuere presertim cum
in plerisque essent iudicia contraria
quid quemque cuique prestare oporteret
Quocirca astucie tollende sunt ea-
que malicia que vult illa quidem
videri se esse prudenciam sed abest
ab ea distat que plurimum prudencia
est locata in delectu bonorum et
malorum Malicia si omnia que
turpia sunt mala sunt mala bo-
nis anteponit Nec non in prediis
ius civile solum ductum a na-
malicia fraudem que vindicant

Sed et in mancipiorum vendicione
venditoris fraus omnis excluditur
Qui enim scire debuit de sanitate de
fuga de furtis prestat edicto edi-
lium Heredum alia causa est Ex quo
intelligitur quoniam iuris natura fons
sit hoc secundum naturam esse neminem age-
re ut ex alterius predetur inscicia
Nec ulla pernicies vite maior inveniri
potest quam in malicia simulacio intelligencie
Ex quo ista innumerabilia nascuntur ut
utilia cum honestis pugnare videantur
Quotus enim quisque reperietur qui
in impunitate et ignoracione omnium propo-
sita abstinere possit iniuria periclitemur
si placet in hiis quidem exemplis
in quibus peccari vulgus hominum fortas-
se non putat neque enim de sicariis
veneficis testamentariis furibus pecu-
latoribus hoc loco disserendum est qui
non verbis sunt et disputacione philosophorum
sed vinculis et carcere fatigandi Sed
hec consideremus que faciunt hii qui
habentur boni L. Minucii Basili locu-
pletis hominis falsum testamentum
quidam e Grecia Romam attulerunt quod quo
facilius obtinerent scripserunt heredes
secum M. Crassum et Q. Ortensium
homines eiusdem etatis potentissimos
Qui cum illud falsum suspicarentur
esse sibi nullius autem conscii culpe
alieni facinoris munusculum non
repudiaverunt Quid ergo satin est
hoc ut non deliquisse videantur
Mihi quidem non videtur quamquam alterum
vivum amavi alterum non odi mor-
tuum Sed cum Basilus M. Satrium sororis
filium nomen suum ferre voluisset
eum que fecisset heredem hunc dico
patronum agri Piceni et Sabini o turpem
notam temporum illorum non erat

equum principes cum rex sit ad fabri
misit pro nomine perveniret Et cum si
sit qui non defendit iniuriam neque pro
pulsat a suis cum potest iniuste facit
ut in primo libro disserui qualis ha
bendus est is qui non modo non repellit
sed etiam adiuvat iniuriam Michi quidem
etiam vere hereditates non honeste vide
tur si sunt maliciosis blandiciis of
ficiorum non veritate sed simulatione que
site Atqui in talibus rebus aliud
utile interdum aliud honestum videri
solet falso nam eadem utilitatis que
honestatis est regula qui hoc non per
viderit ab hoc nulla fraus aberit
nullum facinus Sic enim cogitans istud
quidem honestum verum hoc expedit res
a natura copulatas audebit errore
divellere qui fons est fraudium male
ficiorum scelerum omnium Itaque si vir bo
nus habeat hanc vim ut si digitis concre
puerit possit in locupletium testa
menta nomen eius irrepere vel hac vi
non utatur nec si exploratum quidem
habeat id omnino neminem umquam suspica
turum At si dares hanc vim M crasso
ut digitorum percussione heres posset
scriptus esse qui revera non esset heres
in foro crede mihi saltaret Homo autem
iustus Isque quem sentimus virum
bonum nichil cuiquam quod iniuste transferat
detraheret hoc qui admiratur is se quid
sit vir bonus nescire fateatur At
vero si qui voluerit animi sui compli
catam notionem evolvere iam se ipse
doceat eum virum bonum esse qui
prosit quibus possit noceat nemini
nisi lacessitus iniuria Quid ergo
hic non noceat qui quodam quasi
veneno perficiat ut veros heredes
moveat in eorum locum ipse succedat

Non igitur faciat dixerit quispiam quod
utile sit quod expediat Immo in
telligat nichil nec expedire
nec utile esse quod sit iniustum
hoc qui non didicerit bonus vir
esse non poterit Fimbriam consularem
audiebam de patre nostro puer
iudicem M lutacio pithye fuisse
equiti romano sane honesto
cum his sponsionem fecisset ni
vir bonus esset Itaque ei dixi
sse fimbriam se illam rem numquam
iudicaturum ne aut spoliaret fa
ma probatum hominem si contra iudica
visset aut statuisse videretur virum
bonum aliquem esse cum ea res in
numerabilibus officiis et laudibus
contineretur Huic igitur viro bono
quem fimbria etiam non modo socrates
noverat nullomodo videri potest
quicquam esse utile quod non honestum
sit Itaque talis vir non modo
facere sed nec cogitare quidem quicquam
audebit quod non valeat predicare
Hec non turpe est dubitare philosophos
que ne rustici dubitent quidem
quibus natum est id quod iam
contritum est vetustate proverbium
Cum enim fidem alicuius bonitatem
que laudant dignum esse dicunt
qui cum in tenebris mices hoc
quod habet vim nisi illam nichil expe
dire quod non deceat etiam si id
possis nullo refellente obtinere
videsne hoc proverbio neque gigi
illi posse veniam dari neque huic
quem paulo ante fingebam digitorum
percussione hereditates omnium posse
converrere Ut enim quod turpe est
id quamvis occultetur tamen honestum
fieri nullomodo potest sic quod non hone
stum non est id utile ut sit effici non potest

adiscante que impugnante nam. At
cum cum pro magna pena sunt
ea peccandi C. Marius cum a spe
consulatus longe abesset et
septimum annum iaceret post preturam
ut petiturus umquam consulatum
videretur, Q. Metellum cuius legatus
erat summum virum et civem cum ab eo
imperatore suo romam missus esset
apud populum criminatus est bellum
ducere. Si se consulem fecissent brevi
in tempore aut vivum aut mortuum
iugurtam se in potestatem populi romani
redacturum. Itaque factus est ille
quidem consul sed a fide iustitiaque
discessit qui optimum et gravissimum
civem ~~[illegible]~~ cuius legatus et a quo
missus esset in invidiam falso
crimine adduxit. Ne noster quidem
gratidianus officio viri boni fu
nctus est tum cum pretor esset
collegiumque pretorium tribuni ple
bis adhibuissent ut res nummaria
de communi sententia constitueretur. Iactabatur
enim temporibus illis nummus sic ut
nemo posset scire quid haberet.
Conscripserunt communiter edictum cum
pena atque iudicio constitueruntque
ut omnes simul in rostra post
meridiem descenderent et ceteri quidem
alius alio, Marius a subselliis in
rostra recta idque quod communiter
compositum fuerat solus edixit.
Et ea res si queris ei magno
honori fuit. Omnibus vicis sta
tue ad eas tus cerei. Quid multa.
Nemo umquam multitudini fuit
carior. Hec sunt que conturbent
in deliberacione non numquam cum
id in quo violatur equitas non
ita magnum illud autem quod ex

eo paritur permagnum videtur ut preripere
mario collegis et tribunis plebis
popularem graciam non ita turpe consulem
ob eam rem fieri quod sibi tum proposuerat
valde utile videbatur. Sed omnium una
regula est quam tibi cupio esse notis
sima: aut illud quod utile videtur
turpe ne sit aut si turpe est ne
videatur esse utile. Quid igitur
possumusne aut illum marium
virum bonum iudicare aut hunc
explica atque excute intelligentiam
tuam ut videas que sit in ea
species forma et nocio viri boni.
Cadit ergo in virum bonum mentiri
emolumenti sui causa criminari preripere
fallere. Nihil profecto minus. Est
ergo ulla res tanti aut commodum
ullum tam expetendum ut viri boni
splendorem et nomen amittas. Quid
est quod conferre tantum utilitas ista
que dicitur possit quantum auferre si
viri boni nomen eripuerit fidem
iustitiamque detraxerit. Quid enim
interest utrum ex homine se convertat
quis in beluam an in hominis figura
immanitatem gerat belue. Quod
qui omnia recta et honesta negli
gunt dummodo potentiam consequantur
nonne idem faciunt quod qui etiam socerum
habere voluit eum cuius ipse audacia
potens esset. Utile ei videbatur
plurimum posse alterius invidia. Id
quam iniustum in patria et quam turpe
et quam inutile esset non videbat.
Ipse autem socer in ore semper grecos
versus de phenissis habebat quos
dicam quos potero incondite for
tasse sed tamen ut res possit intelligi.
Nam si violandum est aliis rebus
pietatem colas. Capitalis Etheocles

des eorum ad malum currunt Et Gregorius in pastorali
mentem impellit furor quod non trahit
desiderium et angit velut nesciens Unde
postea doleat faciens Quarto iracundus similis
4 Insano est insano vel arreptico qui ubicumque ap-
prehendit eum allidit illum Sic iracundus
allidit per impacienciam molestando et comminat
per clamores contendendo vel contempnendo
et stridet dentibus maliciam machinando
et arescat odium et rancorem cupiendo Hec
enim sunt signa ire et opera invidie Quinto
5 Calculo iracundus similis est calculo emittendo ignem
Nam sicut calculus percussus a calco scintillas
emittit Sic iracundus tactus verbo statim impa-
ciens fit et sicut calculus non emittit ignem
nisi tangatur aliquo duro Sic multi repu-
tantur pacientes qui exardescunt cum sunt tac-
ti aliquo verbo contumelioso Dicitur enim Job xx-
viii° Lapis calore solutus in es vertitur
lapis enim animus est durus et lapideus quando
solvitur calore iracundie statim ad
modum eris reddit sonum indignacionis
et contumelie Sexto iracundus similis est rampno
6 Rampno Rampnus enim est quedam frutex spinosis-
simus lignis ita durus affirmat quod ad impe-
tum venti emittit scintillas ut dicit Josephus
Sic iratus propter ventum indignacionis emittit
scintillas spinosissime contencionis Unde
dicitur Judicum ix Egrediatur ignis de rampno
et devoret cedros libani id est superbos et potentes
huius seculi qui specialiter convenerunt de sup
bia et iracundia Septimo iracundus similis
7 Vasi vacuo est vasi vacuo posito iuxta ignem videmus
quod si vas vacuum et vacuum ponitur ad ignem

frangitur Si autem sit plenum aqua in nullo leditur
Sic homo qui est de sua condicione tremens si
ponatur ad ignem adversitatis vel tribulacionis statim
frangitur per impacienciam si sit gratie vacuus Non
leditur autem si gratia sit plenus Et ibidem Dampna ire
dicitur xxvii vasa probat fornax adversitatis vel
temptacionis Dampna ire sunt specialiter v 1
Primo enim excecat racionis oculum Nam dicitur in psalmo
Turbatus est a furore oculus meus scilicet racionis 3
et propterea non potest videre iratus quid iustum
est vel iniustum Unde dicitur Jacobi i° Ira enim viri
iusticiam dei non operatur Et Seneca dicit Ex duo
impediunt consilium scilicet festinancia et ira Secundo 2
facit ira hominem promptum ad quelibet prava
dicitur vulgo de homine irato Nescit quid faceret
Et ideo dicitur Proverbiorum xix° Homo ad iracundiam
facilis est erit ad peccandum pronior Tercio 3
reddit hominem stultum et quasi irrabidum Unde Ca-
tone Cum homo est iratus perit racio et
humanitas in homine et propterea homo mutatur
et efficitur bestia Nam homo est animal mansuetum
Nam ut dicit philosophus De stulticia iracundi dicit Job
v° Virum stultum interficit iracundia Quarto au-
fert homini seipsum quia vulgo dicitur quod homo iratus 4
non est in seipso Satis est dampnificans
quod qui perdit seipsum De hoc dampno dicitur
Proverbiorum xix Vir impaciens est sustinebit dampnum
Summum sic contra pacientia servat hominem seipsum
Nam dicitur Luce xxi° In paciencia vestra possidebitis
animas vestras Quinto aufert Deo omnem meritum 7
et compassionem Ideo dicitur Proverbiorum xxvii Ira non
habet misericordiam vel erumpens furor Unde homo
iratus fugiendus est sicut canis rabidus et
leo contratus Filie ire sunt sex scilicet rixa bel-
lum guerra mendacium homicidium et rapina Et ista
sex figurantur Ezechielis ix Ecce sex viri veniebant
de via porte superioris id est de superbia que est
porta ad iram que respicit ad aquilonem
scilicet adversitatem que generat iram vel tribulacionem
et unusquisque eorum vas interitus in manu eius quia iste
filie et filii iracundie sunt quasi sex vasa interitus
vel mortis eterne.
Avaricia est inordinatus amor pecunie
acquirende vel retinende De qua nota
specialiter tria scilicet Turpem ridiculosum
dampnum periculosum et partum perniciosum
Avaricia multas habet comparaciones Primo enim 1
comparatur mari mortuo et inferno Nam sicut
mare nunquam redundat Ecclesiastes i° Sic avarus
nunquam redundat dando elemosinam vel fa-
ciendo restitucionem licet ad modum maris
omnes fluvios mundi bibat id est divicias omnes
absorbeat per cupiditatem Unde racione huius
insaciabilitatis comparatur mari et eodem modo
morti vel inferno que nunquam saciantur
occidendo et male deglutiendo Unde de avaro

dicitur Abacuk ii° dilatavit quasi infernus animam et
ipse quasi mors non implebitur. Secundo avarus
2 similis est talpe in quatuor. Avarus enim ad
modum talpe est niger per nequiciam, cecus per
ignoranciam. Nam quot habet passiones, tot
habet tumulos in quibus sepellit seipsum per quietis
solatudinem quidquid fodit ponit super se.
3 Tercio avarus comparatur sterquilinio quia sicut
sterquilinium congregatum corrumpitur et fetet,
dispersum vero facit agros fructificare, sic divicie
avari quando sunt congregate animam corrum
punt, sed disperse pauperibus ipsos nutriunt et
divitum peccata redimunt iuxta illud Luce xvi°
Facite vobis amicos de mamona iniquitatis.
Debet sterquilinio dicitur Ezechielis vii° Aurum eorum
in sterquilinium erit. Quarto avarus similis est
x rote molendini. Quantumcumque enim et quocienscumque
vertitur semper tamen in eodem loco invenitur. Sic
avarus qui undique in mundo vertitur quantumcumque la
boret nudus enim de mundo recedit, unde dicitur Job
primo: Nudus egressus de ventre matris mee nudus
revertar illuc. Quinto avarus similis est porco.
ɩ Porcus enim nichil valet dum vivit, sed cum moritur
valere incipit. Sic et avarus non aliquid
valet in vita quia vivens non valet restituere
nec elemosinam dare, sed moriens quisque maxime
liberalis esse debet quia non potest secum portare
quia divicie descenderunt cum non ipse divicias.
Secundo canis sequens duos homines in capite viarum
ostendit quis eius sit dominus quia tunc secum sinit
proprium dominum et alienum dimittit. Sic divicie
in capite mortis sequuntur nudum et dimittunt
avarum. Unde dicit Apostolus prima Thimo. vi° Nichil
quidem intulimus nec auferre quid possumus.
Sexto avarus similis est pixidi perforate que
recipit pecuniam quam nunquam potest reddere nisi
frangatur. Sic avarus et pecunie usurarius
divicias et pecunias habent et congregat sed
nunquam nisi dum in morte franguntur eas re
stituere curant. Ideo dicitur de avaro Ysaie xxx°
Comminuetur sicut conteritur lagena figuli contrice
pervalida. Septimo avarus similis est tribulo diaboli.
Nam sicut dominus domum habet tribulum in orto
potest inserere ramum cuiuscumque generis voluerit, sic
dyabolus quando potest in corde hominis inserere avariciam
vel cupiditatem, omnia vicia inserit quia iam habet
omnium malorum radicem et principium iuxta illud
Apostoli Thimo. vi° Radix omnium malorum est
cupiditas. Octavo avarus similis est gal
line. Nam gallina surda est valde in estate.
Sic avarus in estate id est in statu merendi quo
quis debet colligere bonorum operum messem ad
modum galline surdus est quia non vult audire
predicatores. Unde de avaro dicitur in persona domini
Vocavi et renuistis. Nono avarus similis est

apostemati quod est proximum cordi et
rei que in medietate super pupillam oculi.
Pont[2]
Apostema enim tunc est periculosissimum quando
est iuxta cor. Sic divicie tunc sunt mortife
re cum diligenter diliguntur iuxta amorem vel
dileccionem. Divicie si affluant nolite cor
apponere. Propter eandem etiam racionem comparatur
rei que ponitur in medietate super pupillam oculi.
Nunquam enim potest res bene videri que est
nimium propinqua oculo. Ideo avarus male
videt divicias quia nimis apponit mentis
oculum et nimis diligit eas. Ideo dicitur oculos suos
statuerunt in terram. Dampna avaricie
1 sunt precipue novem. Primo enim facit hominem
mendicum. Unde Apocalipsis iii° dicis quia dives
sum et locupletatus et nullius egeo et
nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper
et cecus et nudus. Non hic quinque infor
tunia avaricie. Primo cum dicit miser, quia
divicias cum labore acquirit, miserabilis quia cum
timore custodit, pauper quia cum dolore
amittit, nudus quia nullum bonum aliud
2 facit. Secundo avaricia facit hominem servum.
Nam divicie non sunt avarorum sed alian
diviciarum. Ideo servi dicuntur qui possident id est possessio
nem diviciarum et vitiorum divicie. Tercio a
3 varicia facit hominem stultum. Nam
stultus non pavet periculum quamvis sit propinquum,
sic avarus non fugit periculum inferni cum sit mor
ti propinquus. Ideo dicitur avaro Luce xii° Stul
te hac nocte repetent animam tuam a te
scilicet demones que preparasti et aggregasti
cuius erunt, qui thezaurisat et ignorat.
4 Quarto avaricia facit hominem abhominabilem.
Ozee ix° Facti sunt abhominabiles sicut ea que
dilexerunt. Non enim mirum est si deus abho
minatur avarum, cum ipse deum contempnat
quia plus diligit nummum vel obulum quam
deum. Cuius signum est quia obulo [illegible]
non veretur mentiri nec vult dare obulum
5 pro amore dei. Quinto avaricia facit hominem
insaciabilem. Unde avarus comparatur ydropico qui
bibit et nunquam saciatur. Unde dicitur Ozee iiii°
avarus non implebitur pecunia. Sexto facit
6 hominem solitarium. Sicut enim aves rapaces
volant non aggregatim sed solitarie, sic avarus
semper est solitarius quia nunquam socium
in pecunia vult habere. Unde de avaro dicitur
Ecclesiastes iiii° Unus est et secundum non habet. Et ideo
verificatur de eo illud quod scribitur Ecclesiastes iiii
Ve soli. Septimo facit hominem oblivio
7 sum proprie salutis. Et in signum huius
Manasses et Effraym fuerunt fratres ut habetur
Genesis xli° Manasses interpretatur oblivio

Effraym fructificans vel crescens, et avaricia
figurat. Qui est Effraym id est crescens in divi-
ciis et est Manasses quia solum obliviscitur
spe salutis. Octavo facit hominem an-
8 gustiosum. Nam dicitur Eccli. x° Labor stultorum
affliget eos. Ideo spine dicuntur divicie sic
octavo quia cruciant possidentes. Sicut
videmus quod spina in pede non sinit hominem
quiete dormire. Nono facit hominem tempestuo-
9 sum. Unusquisque enim avarus potest dici ut congesta-
tur in domo propria patens unde dicitur Prov.
xxv° Conturbat domum suam qui sectatur
avariciam. Est enim talis sicut canis qui dum
rodit os irascitur appropinquanti sibi sive sit
cognitus sive notus. Unde vulgo dicitur Lex canis
non vult socium in coquina. Filie autem Ava-
Filie avaricie ricie sunt septem, scilicet usura, rapina, talio
iniusta, fraus negociatorum, deceptio aleato-
rum, acceptio munerum, Symonia, pro pro-
mocione consanguineorum, preter auctorita-
tes illorum qui promovent favore et
potenciam principum, fraus mercatorum. Avari-
cia, fraus, et iniquitas lusorum. Ista enim
peccata que generat avaricia eciam et signantur
per duodecim duces quos ysmahel generavit.
Ysmahel enim erat ydolatra et signat ava-
ros. Dicitur ad Ephesios quinto Avaricia ydo-
lorum servitus. Filii eius recte dicuntur quia
fere totus mundus regitur et ducitur istis peccatis
que ex avaricia nascuntur. Nam dicitur Ysaie
lvi° In viam suam declinaverunt omnes
usque ad avariciam a minimo usque ad maxi-
mum. Et Jeremie vi° A maiore usque ad mi-
norem omnes student avaricie.
Accidia est pravus amor boni et
inordinata animi tristicia et impa-
ciencia rei divine. De accidia non ta-
[illegible] turpissimum dampnum gravissimum
et plurimum vilissimum. Accidia habet multas figuras
1 detestandas. Primo Accidia comparatur salicibus
que sunt arbores infructuose et solum faciunt
umbram. Sic accidiosi et ociosi nullum faciunt
fructum sed solum umbra [illegible] refrigerium
[illegible] Job xl° Circumdant eum
salices infructuose. Secundo
2 comparatur febri ethice sive ethici que fit ex
defectu humoris vitalis. Sic accidia fit quando
deficit humor vel devocionis et devocionis
similiter febri lasse comparatur. Nam febris hectica
aut numquam curatur. Sic piger nisi sit mortuus
vix corrigitur. Est enim langwor de quo dicitur
Eccli. x° Langwor prolixior gravat medicum.
Comparatur eciam paralisi que facit membra ari-
da et impotencia. Sic accidia facit pedes
impotentes ad ambulandum, manus ad operandum,
membra omnia ad laborem prius sustinendum. Unde
de talibus dicitur in psalmo Manus habent et

Tercio comparatur Adonisebech qui amputavit 3
manus et pedes regibus ut habetur Judicum. Adoni-
sebech interpretatur [illegible] et signat
accidiam que facit subditos suos inopes et
egentes ut dicitur Prov. x° Egestatem operata
est manus remissa id est pigra. Ita reges et prelati
volunt vivere ociose. Reges enim dicuntur viri religio-
si. Ut illud Eccli. [illegible] Deus misit regem ad
[illegible]. Religiosi quia debent se et alios regere
per vitam et doctrinam. Sed aliqui habent manus
et pedes amputatos per accidiam. Quarto comparatur 4
ociosus canis famelico. Piger enim et ociosus ad
modum canis esurit et omnes eius sensus [illegible]
[illegible] fame paciuntur. Juxta illud Et famem pacie-
tur ut canes. Os enim eius esurit cibaria delicata,
lingua verba vana, manus opera vilia, cor ho-
nores, aures rumores, oculi vanitates. Ideo dicitur
Prov. xx Desideria occidunt occidunt pigrum.
Quinto comparatur ferro, aque, terre, vesti, scolari 5
negligenti, homini stanti et non ambulanti. Istis
enim sex comparatur ea racione. Nam ferrum quidem quod
non tractatur cito rubiginat. Terra que non colitur
malas herbas generat. Aqua que non movetur cito cor-
rumpitur. Vestis que non portatur de facili a tinea
corroditur. Scolaris negligens qui non addiscit de-
crescit. Homo stans qui non vadit facilius cadit
quam ille qui semper incedit. Sic accidiosus
qui non exercet se in aliquo bono opere ideo succum-
bens viciis [illegible] tempore. Unde dicit Jeronimus
ad rusticum monachum. Semper aliquid boni facito
ut dyabolus te non inveniat ociosum. Dyabolus enim
dyabolus occupat illos quos in aliquo bono opere non
invenit occupatos. Nam immundus spiritus cum in-
venit domum vacantem scilicet per accidiam assumit alios
vii spiritus nequiores se id est [illegible] vicia et ingressi
habitant ibi, ubi dicitur Luce xi. Sexto comparatur acci- 6
diosus et piger letargico qui incurritur dormi-
endo de quo dicitur Judicum iiii. Qui soporem morti
sociavit deficit et mortuus est. Et sicut vulgo dicitur
[illegible] fortis et profunde dormiens qui calcaria
sibi furari permittit. Sic piger nimius oppressus
est sompno accidie qui permittat sibi furari vi-
tam id est quiete bone consciencie. Dampna accidie sunt
spiritualia sex. Primum est paupertas que facit hominem 1
egentem tam spiritualiter quam temporaliter. Prov. x Eges-
tatem operata est manus remissa. Et Matth. xxv
dicitur de servo pigro Tollite ab eo talentum quod vero
talentum meretur amittere qui illud negligit multipli-
care. Secundum est vilitas. Facit enim accidia hominem 2
vilem. Unde dicitur Eccli. xxii In lapide luteo lapida-
tus est piger. Lapis luteus potest dici peccatum in medium ad-
quod accidia facit hominem primum. Tercium est timor vel 3
propter pusillanimitatem facit enim hominem accidia
pavidum et pusillanimem ad modum leporis. Unde
dicitur Prov. xviii° Pigrum deicit timor. Quartum est 4
virtutum temporalium et spiritualium corruptio. Corrumpitur
enim ad modum aque non mote. Ideo dicitur Jeremie
Moab non est transfusus de vase in vas. Moab interpretatur
accidiosus qui de vase in vas non est transfusus
quia in bonis operibus non est occupatus. Quintum est
transfusus

7 Quintum est vitiorum cumulatio, replet enim accidia
hominem viciis variis. Nam dicitur Proverbiorum xxiiii°
per agrum hominis pigri transivi et ecce totum re-
pleverunt urtice. Urtica vero significat accidiam,
nam urtica habet molle folium sed tamen aculeum
habet pungitivum [illegible]. Sic accidia ad modum urtice
habet in mollicie remissionis aculeos pungitivos
temptationum. Et sicut asinus libenter pascitur illis
pungitivis cardonibus, sic piger libenter pascitur
pungitivis temptationibus [illegible] accidia
6 Sextum est exprobrationis accusacio, facit enim accidia
hominem exprobratione dignum unde dicitur Proverbiorum
xxvi [illegible] piger [illegible]. Et ideo ad confusionem
sue negligencie mittuntur accidiosi ad discendum
in scolam formice, iuxta illud quod est scriptum
Proverbiorum vi° Vade ad formicam piger. Et satis
est magna confusio quod oportebat eum addiscere
a tam parvo et despecto animali magistro. Secundo
quod pigritia seu negligencia est precipue reprehensibilis
1 in decem casibus. Primo quando est magnum iter
et tempus breve, sic nobis hominibus iter usque ad ce-
lum fit, quod est dictum Helie iii Regum xix Gran-
dis restat tibi via et tempus est valde breve, scilicet
nostra vita que est quasi transitus umbre ut dicitur
2 Sapientie v°. Secundo est reprehensibilis negligencia quando
expectatur a magnis et pigritatur venire. Sic nobis
periculose pigritamur qui expectamur ab angelis et
3 sanctis. Tercio quando quis vocatur ad magna.
Sic nobis pigritari est periculosum quia vocamur ad ma-
8 gna scilicet regnum celorum. Quarto quando multa impe-
dimenta sunt in via. Sic nobis [illegible] esse
pigri quia viam nostram impediunt temptaciones dya-
7 boli. Quinto quando res impignorata non redimitur
in termino. Sic nobis periculosum est si negligamus
animam redimere que est impignorata dyabolo per
6 peccati delectationem. Sexto quando prescriptio est pro-
xima [illegible], sic nobis est valde periculosum cum dyabolus
prescripsit hominem seu animam per peccatum multo tempore.
Sed currit eius prescriptio scilicet lacrima, oratione et
confessione, et hoc [illegible] prescriptionis scilicet ante
diem mortis. Ecclesiastici dicitur xvii° Ante
mortem confitere et cum vivus et sanus confiteberis.
1 Septimo quando quis tendit in [illegible] longum [illegible]
enim locus in quem tendimus est paradisus, quod est [illegible]
[illegible], et ideo non debemus esse pigri ad sur-
8 gendum. Octavo quando ad magnum donum offertur.
Hoc donum est divina gratia et si [illegible] negligimus
accipere hec negligencia est valde periculosa. Nono
9 quando quis est in magno periculo nisi ei succurratur
est valde periculosum. Sic negligencia valde
est periculosa homini pigro nisi enim cito succurratur
anime sue que est in periculo [illegible] [illegible].
10 Decimo quando tempus est plantandi arbores et non
plantantur, seminandi agros et non seminantur,
putandi vineas et non putantur, metendi se-
getes et non metuntur, domandi animalia et non
domantur, curandi vulnera et non curantur,

lavandi vestes et non lavantur, saliendi car-
nes et non saliuntur. In omnibus istis est val-
de periculosa pigri negligencia et merito sunt
reprehensibiles qui in istis spiritualibus sunt negligen-
tes. Est enim aliud tempus ad ista predicta
spiritualiter facienda. Nunc enim est tempus plantandi
virtutes per caritatis radicationem, putandi per
peccati confessionem, seminandi per elemosinarum
largitionem, metendi per bonorum operum accu-
mulationem, domandi animalia per carnis
mortificationem, curandi vulnera per passionis
meditationem, lavandi vestes per lacrimarum
effusionem, saliendi carnes per continentie [illegible].
Hec enim decem predicta sunt [illegible]
[illegible] sicut cito ut dicit apostolus. Primo filie — Filie accidie
accidie sunt xv scilicet tepiditas, mollicies,
sompnolencia, [illegible], dilatio, tarditas,
negligencia, imperfectio, remissio, dissolucio,
[illegible], ignominia, indevotio, tristicia, te-
dium vite et desperatio. Hec quidem peccata que
nascuntur ex accidia sequuntur sicut aque per
quindecim dies diluvii super montes [illegible]
[illegible]. Sicut enim aqua diluvii submersit mundum
sic accidia suffocat ociosum. Et sicut [illegible]
quindecim cubitis super omnes montes effluxit
aqua, sic ex accidia quindecim generantur peccata.
[illegible] non predicta peccata [illegible] reme-
dium est [illegible].

Gula est immoderatus appetitus edendi
et bibendi. Que gula non [illegible]
[illegible] [illegible] lamen-
tandum, [illegible] detestandum. Gula multis
rebus detestabilibus comparatur. Primo enim est — Squinancie 1
squinancie similis. Nam squinancia est morbus
in gutture et cito suffocat hominem, et gula
que [illegible] est gutturis vicium que [illegible]
hominem strangulat unde dicitur Ecclesiastici xxxvii°
Propter crapulam multi perierunt morte [illegible],
morte nature, culpe, infamie et gehenne.
Secundo comparatur morbo regio, nam ille — morbo regio 2
morbus multas requirit expensas et inde dicitur
regius quia soli reges et homines potentes
possunt sufficere ad expensas tam grandes.
Sic gule vicium exigit tam magnas expensas
quod vix potest ei aliquis sufficere. Nam dicitur
Ecclesiastici vi° Omnis labor hominis est in ore eius.
Tercio comparatur bolismo, nam bolismus est — bolismo 3
caninus appetitus qui inficit hominem quia
non potest saciari. Sic gula maledicta ad modum
appetitus canini inficit gulosum qui numquam
potest saciari. Unde dicitur Proverbiorum xxx [illegible]
[illegible]. Quarto comparatur gulosus — [illegible] x
[illegible] qui [illegible] ex una parte ac-
cipit [illegible] ex altera [illegible]. Talis [illegible]
qui ex una parte habet coquinam ad implendam
et ex altera latrinam ad evacuandam. Et

satis est miser homo qui est deditus vm
bili officio vn dr Aggey primo Qui mites
congregauit misit eas in sacco pertuso Decimo
7. porco gulosus comparatur porco Nam porcus est animal
deditum gule Quia ... nutrit et impinguat
porcos i ipsos suos scilicet gulosos ut porca ad
finem ponat ... et eos mactando deuoret
et pascatur vnde dr ... viii Si eicis nos
hic mitte nos in porcos scilicet in gulosos
6 freno Sexto gula comparatur freno Nam sicut sessor
ducit equum quocumque voluit postquam ipsum
infrenauit Sic gula gulosum ad omne
peccatum ex quo homo vicio gule infrenari se
permittit Ideo de guloso in ps dr In chamo
et freno maxillas eorum constringe Septimo
1 Esau gulosus comparatur Esau qui pro cibo lenticule ven
didit primogenita sua ut dr Gen xxvii°
Sic gulosi pro gula vendiderunt primam suam
Nam dicitur Dederunt preciosa pro cibo Octauo
8 Aui gulosus comparatur aui Nam sicut auis capitur
hamo per guttur et tenetur laqueo per collum
Sic gulosus per collum et guttur capitur gule
vicio et precipue mediante Auca similis est
gulosus auibus pinguibus specialiter propter tria
Primo quippe quia auis pinguis non potest
multum alte volare sic gulosus non celestia
desiderare Secundo aues pingues sicut sunt coturnices
mices in vindemiis quando sunt bene pingues
de facili capiuntur ab accipitre sic homines de
diti gule facile enim mutantur vel vincuntur tempore
... sicut aues pingues scilicet accipiter qui est
bene saturatus non vult venire ad manum domini
quantumcumque ostendat ei carnes sic gulosi fugiunt
manus dei quantumcumque ostendat eis carnes ...
scilicet ... Nam Deut xxxii° de gulo
so dr Incrassatus impinguatus dilatatus de
reliquit deum factorem suum Nono gulosus
9 Cam comparatur Cam qui ducit currum in lutum
Nam currus ducens currum ... videt
in luto ducit currum in lutum sic gula ducit
gulosum in lutum et in immundicia peccati Et ideo
... Sapiens Eccl xviii post concupiscencias
Dampna gule tuas non eas etc Dampna gule sunt
specialiter sex Primum est mentis brutalitas quia
1 ad esum vacamus Nam hic gulosi sunt
velut irracionalia animalia et est contrarium ad
esum compassionis Non enim compassione
mouetur homo gulosus ad pauperem et afflictum
ac si ... bibentes vinum
in phiala non compaciebantur super contricione
Joseph et pauperis ... de diuite epulone
Luc xvi qui non est compassus lazaro qui
non compaciebatur ... legendo
2 Secundum est corporis infirmitas Nam dicitur
Eccl xxxvii In multis escis non deerit infir
mitas et eciam ... scilicet culpe nature
et ... Tercium est oris loquacitas sicut
3 ... de herode qui in conuiuio ...
et iurauit saltatrici puelle se daturum quod
peteret

Ad eius peticionem precepit amputare caput
Johannis baptiste ut dr Mat xiiii Quartum est x
inopia Luc xv de filio prodigo qui dissipauit
omnia bona sua quousque fuit ita pauper quod
cupiebat de siliquis porcorum saciari que
idem sunt quod furfur secundum aliquos et secundum alios
cortices fabarum Quintum est carnis luxuria 7
Nam ex vicinitate membrorum scilicet ventris et geni
talium intelligitur comederunt vicarii filios dr se vo
6 Sabatizauerunt eos et inchoati sunt Sextum est
cordis stulticia vnde dr prouerbiorum xx Quicumque
hiis delectatur non erit sapiens Osee iiii Dicitur
Et vinum et ebrietas aufert cor Filie gule Filie gule
sunt due scilicet castrimargia et ebrietas Castri
margia est excessus in cibo et dicitur castrimar
gia a castro quod est ingluuies ... eo quod omnia
regit in castro ventris Ebrietas est excessus
in potu et dr ebrietas quasi extra biberam Nam bibra
dicebatur antiquitus calix vel ciphus qui erat
mensura potus Nam vinum dabatur ad mensuram
potus Et iste filie due sunt ille de quibus prouerbiorum
xxx Sanguisuge sunt due filie dicentes
affer affer Sanguisuga dicitur venter
quia ad modum sanguisuge cibus obruitur
quando saturatur huius quod sanguisuge scilicet ventris
due sunt filie scilicet castrimargia et ebrietas di
centes affer affer Nam castrimargia dicit
affer cibum Ebrietas dicit affer potum Vna
vult aliquantulum comedere post post potum
Alia vult aliquantulum bibere post cibum et cetera infinite
Luxuria est inmoderatus appetitus
concupiscencie carnis Nota de luxuria tria
specialiter scilicet ... dampnum
... et pactum ... luxuria licet ut
...atas figuras detestabiles et similitudines ...
1 Primo enim ieheme comparatur Nam in iehenna sunt
tria specialiter scilicet ignis ardens vermis rodens
sulfur fetens Sic in peccato luxurie est ignis
concupiscencie vermis conscientie et sulfur infa
mie Et ideo qui est in peccato luxurie quodammodo
est in supplicio ieheme Vnde dr Mat vi° Expedit
tibi frater o luxuriose ut pereat vnum membrum
scilicet illud vilissimum et abhominandum quam totum
corpus tuum mittatur in iehennam Secundo comparatur .2.
luxuriosus fatuo mercatori qui rem preciosam dat
pro vili precio Sic luxuriosus dat animam suam pro
vili precio scilicet pro precio ... Eccl vii° ...
... vir vilis est ... mulier autem preciosam
viri animam capit Et facit magna iniuria
iste fatuus mercator christo qui carissime emerat
eius animam Debuisset enim dicere diabolo qui emit
animas pro tam vili precio non possum vendere animam
... quam alias scilicet christus satis maiori precio emit
... illud quod dr i Cor vi° Empti enim
estis precio magno Iste enim fatuus scilicet luxuriosus
quia ita magnum forum facit de mercibus suis preciosis
non est mirum si cito fit pauper quia amisit
capitale suum primum Et ideo ...
luxuriosus vel ... pauperrimus

Nam scilicet vendidit quidquid habebat scilicet deum et
sanctos et animam et famam gratiam gloriam
7 Tercio luxuriosus comparatur corvo qui cadaveri-
bus adhesit ut dicitur Gen. viii. Sic facit luxuri-
osus qui dimissa archa convenie[n]cie castitatis adheret
cadaveribus id est delectacionibus immundis. Quarto luxuriosus
8 comparatur fatuo bellatori scilicet huic qui non cavet
hostem suum quando ipsum videt melius armatum
Arma namque dyaboli sunt mulieres ille enim sunt
baliste dyaboli de longe infingentes. Dicitur enim fa-
tuus luxuriosus qui non cavet hostem suum fugere
sed attendit pulcritudinem baliste. Omnis mulier
compta et pulcra cum suis ornamentis est gladius
dyaboli bene scindens et bene limatus. Luxuriosus
est tamen infatuatus et attentus circa pulcritudinem huius
gladii quod non curat ictum in animam suam. Similiter
mulieres sunt castrum in quo dyabolus posuit vexilla
id est diuersa apparamenta luxuriosus cum visus appro-
pinquat ad castrum ubi videt arma dyaboli et non cavet
percutitur et iaculatur tamen tractus est pulcritudine ves-
tium illorum. Unde bene figuratur luxuriosus per Abymelech
de quo dicitur Iudicum ix°. Et veniens ad oppidum Aby-
melech appropinquavit ad turrim et ecce una
mulier fragmen mole desuper iaciens confregit capud
eius et cerebrum effudit. Abymelech iste nimis ap-
propinquans ad turrim est homo luxuriosus incaute
appropinquans ad mulierem fragmen mole quod
mulier iecit et Abymelech interfecit est temptacio
que a mulieribus procedit et miserum luxuriosum occidit.
7 Quinto comparatur luxuriosus sagene. Nam sagena
omne genus piscium capit ut facit aqua diluvii
sed quicquid invenit apprehendit. Sic peccatum luxurie se
totum mundum involuit. Unde dicitur de dyabolo qui
piscatur cum hac sagena Abacuk primo. Totum in
hamo suo levavit totum traxit in sagena. Sex-
1 to luxuria comparatur igni greco. Ignis enim grecus
horribiliter ardet et aquas comburit et vix potest extingui.
Sic ignis luxurie et infrigidos et mortificat ar-
det et sic omnia devorat. Unde de luxuria dicitur Iob
xxxi°. Ignis est usque ad consumacionem devorans et
Iohelis primo. Ignis scilicet luxurie comedit speciosa deser-
ti id est pulcros viros et mulieres huius mundi. Et non
quod ignis grecus consuevit extingui cum duobus scilicet
cum arena et aceto quia luxuria habet duo contra
remedia arenam hoc est consideracionem infructuositatis
huius mundi et acetum id est acrimoniam et austeritatem
1 penitencie. Septimo comparatur equo. Nam equus valet
parum sine calcaribus et freno. Sic homo nisi habeat
frenum continencie cum calcaribus penitencie efficitur inutilis
ad modum equi non frenati propter luxurie lasciviam.
Ideo dicitur in psalmo Nolite fieri sicut equus. Octavo
8 comparatur navi que a nauta sine ullo gubernaculo
regitur sed solum fluxum aque sequens permittitur
iuxta illud quod vulgo dicitur Qui vadit ad votum suum
vadit ad dolorem suum. Nam nunquam ipse ad
portum ducitur nisi recte a nauta ducatur. Caro
nostra est navis et spiritus est nauta. Sed nunquam
caro venit ad portum salutis nisi a spiritu regatur
gubernaculo primo sequitur fluxum aque id est impe-
tum luxurie et tandem precipitatur in mare yeme

dampnacionis eterne sicut signatur Mathei dicitur capitulo viii
Et navicula operiebatur fluctibus tempta-
cionibus nisi adesset auxilium divine virtutis.
Nono comparatur sterquilinio et luto propter vilitatem. 9
Nam sicut sterquilinio sus porcus fovetur in luto et equus
iacet in proprio fimo sic luxuriosi perseverantes
usque ad finem moriuntur in ipso fimo et ideo dicitur
Iohelis primo Computruerunt iumenta in
stercore suo sicut quod dicitur quod iumenta in stercore
suo computrescere est luxuriosum in stercore suo
vitam suam finire. Dampna luxurie sunt Dampna luxurie
septem primo enim ducit hominem ad magnam 1
paupertatem. Aufert siquidem graciam et gloriam et
substanciam. Unde dicitur Luce xv°. Et filius
prodigus per quem luxuriosus significatur dissipavit
substanciam suam cum meretricibus vivendo luxuriose.
Secundo ducit in pessimam servitutem facit 2
enim quod turpior et vilior pars que est in homine
ducitur et hec servitus signatur per servitutem Egyp-
ti que erat servitus luti et lateris. Ut dicitur Exodi
primo. Per quam servitutem bene intelligitur luxuria que
est servitus lutulose delectacionis. Tercio privat ho-
minem in maxima vilitate quia hominem 3
qui est similis deo et angelis facit esse pare
brutis. Unde dicitur in psalmo Homo cum in honore
esset non intellexit scilicet quod ad ymaginem dei datus
esset comparatus est iumentis insipientibus et similis
factus est illis. Quarto hominem luxuria privat sapiencia 4
et sicut alia bruta turpiter infatuat. Ut patet
in Salomone qui tante fuit sapiencie et
tamen de ipso dicitur iii Regum xi° Et depravatum est
cor eius per mulieres. Quinto hominem eternaliter mor- 5
tificat. Occidit autem triplici morte. Scilicet infa-
mie et morte gehenne et ideo dicitur Ecclesiastici
vii° Inveni amariorem morte mulierem. Mors
enim nature simplex est et transitoria. Sed
mors luxurie multiplex est et sempiterna. Sexto 6
hominem fortiter illaqueat. Unde dicitur Ecclesiastici vii°
laqueus venatorum est id est demonum qui venatur
animas peccatorum. Sagena cor eius vincula
sunt manus illius. Et non sine causa mulier tri-
plicem captivitatem laqueus quo capiuntur volati-
lia, vincula quibus capiuntur animalia silvestria
et terrestria. Luxuria vero capit volatilia idest
superbos, natatilia id est delinquentes et animalia ter-
restria id est avaros. Et sic sic nichil est quod evadit.
Filie luxurie sunt quinque scilicet fornicacio que Filie luxurie
est cum muliere soluta. Adulterium quod est cum
coniugata. Stuprum quod est cum virgine vel
religiosa. Incestus qui est cum matre vel consan-
guinea et est peccatum contra naturam de istis quinque
filiabus luxurie habetur in figura iiii Regum vi
ubi dicitur Et quarta pars cabi stercoris columbarum
quinque argenteis vendebatur. Stercus columbe
que est avis luxuriosa significat immundiciam luxurie.
Quinque argentei quibus stercus venditur vel emitur
sunt quinque species quibus delectacio luxurie emitur. Et
quarta pars quinque argenteis emitur quia in mundo sunt
in peccato luxurie sic ergo delectacio emitur
Unde secundum Ieronimum de istis scilicet dicitur quarta pars pro
temporale emit luxuriosus et privat eternis omnibus vi-
cio sic supradicto non tenuit assumat et potest
explicat dicitur vir ubique est sanus ...

Post quam tractatum est de virgi
ne, restat tractare de pena que
est prima dieta salutis a peccato
ad penam. Uno primo de pena ... la
s. laudes multiplicatas partes necessitas et
partes incitatorias vel per alia verba partes fi
guralles eius partes virtuales laudes eius
monstrat multas figuras et comparationes
partes eius integrales seu figurales sunt
contritio confessio satisfactio partes eius virtua
les sunt ieiunium elemosina et oratio.
Laudes pene: Habet autem pena laudes multiplices secundum
eius diversas comparationes. Comparatur enim
1 Solitudo aquae: primo enim est sicut aqua contra calorem
et maxime contra adustionem. Sicud
enim quum aqua calida creatur ... et ...
sic ex aqua lacrimarum ... creatur ...
et ... figura dicitur Gen. xx
vi. Dum invenit aquas calidas ...
in deserto dum ... donatis
... significat penitentiam. Aque
calide id est lacrime monstrant penitentis contritionem.
Solitudo vero in qua aque calide inveniuntur
designat vitam solitariam penitentis. De quo
Ambrosius: lacrime lavant delictum quod voce
pudor est confiteri. Iste est ... qui
invenit aquam calidam, presbiter seu sacerdos.
2 Arbor: Comparatur autem penitens arbori cuius radix
est contritio, frondes confessio, flores satisfactio de
... fructus bona opera ... gratie
diffusio vel ... penitentes radicati
in Christo per humilitatem, constructi per caritatem
... per ... dantes vi
... aliis per bona opera et ...
... volite nocere arboribus hee ar
bores sunt oliva, vitis et ficus. Oliva
... misericordes ... contemplativi cla
ustrales, vitis ... predicatores, iudicum ix
... nolunt regnare super ligna silvarum
homines infructuosos. Est etiam pena
3 Clamor: ... clamor contra fures, contritio ad confessionem.
Nam sicut ad clamorem fugiunt fures
Sic penitentis clamosa confessio fugat
demones. Unde in figura Regum dicitur
Machabeorum iiii: ... timore ... qui ...
... repulsi sunt inimici eius. Est etiam
pena sicud sunt arma contra hostes ...
... ad satisfactionem. Nam satisfactio
penitentis sicut elemosina sunt quedam
penitentis arma. Nam, ut apostolus ii Cor.
... arma militie nostre non sunt carna
lia ... & elemosina ...
... Gregorius ... penitentis et super
... pugna ad ... tunc ...
pena est turbativa ... Ave
sina ... ignis ... elemosina ...
... Est itaque pena sicut quedam
Mare tranquillum: ... turbatio. Nam ... non erunt
... pene et ...
... motum ... dicitur
... est ... est
Ignis corporis: Nam pena sicut quedam ignis ...

Nam sicut ignis producit fumum de viridibus
lignis sic virtus pene educit de peccatoribus
fumum contritionis. Et sicut ligna viridia que dant
humorem per virtutem ignis, sic peccatores
eructant virtute pene humorem lacrimose
contritionis. Nam dicitur in psalmo: exitus aquarum
deduxerunt oculi mei. Et sicut ligna viridia
quando sunt bene accensa fortius calefaciunt,
sic peccatores penitentes qui sunt igne pene
vehementer accensi fortius diligunt sicud patet
Luc. vii°: cui multum dimittitur multum diligit.
Sed sunt multi qui non inveniunt ignem sed
aquam crassam, et tales sunt qui cogitant vitam
suam protrahere non ad contritionem sed ad delectationem.
Est enim pena sicut quedam sepis conclusio. Nam
sicud agricola cum sepem spinis quas extrahit
de vinea claudit vineam contra porcos et be
stias, sic penitens cogitans peccata sua debet
claudere et munire cor suum contra omnes temptationes
bestiales et immundas. Hec est sepis de qua dicitur
Eccl. xxxvi°: ubi non est sepis diri
pietur possessio. Anima ubi non est sepis
pene ... que claudat animam ...
... possessio ... pena
est secrete imponenda, devote assumenda, perfecte
adimplenda. Est enim pena imponenda discrete.
Nam sicut virtus serpenti vitam conservat
sic homini mortem ... Et sicut ignis aurum probat
et ... Et sicut talpa moritur
in luce et sub terra vivit, et sicut ignis quem
... salamandra nutrit, et sic
homo sub aqua moritur ubi pisces delectantur.
Sic eadem pena non est omnibus imponenda nec
contra omnia peccata, sed diversa, unde sacerdos
debet discernere inter penam et penam, inter culpam
et culpam. Sicut ex lege domini debebat
sacerdos discernere ex mandato domini inter le
pram et lepram, ut dicitur Luc. xiii°.
Est enim pena devote assumenda. Sicut enim
miles non recusat onus nec pondus armature,
sic penitens non debet recusare onus penitentie, ut
regnum ... sic penitens non debet recusare
onus pene, ut ille bonus penitens David ...
... cum ... in psalmo ...
... Est insuper pena adimplenda
ut non solum penitens vitet peccatum sed peccati causam
et opportunitates omnes ... quasdam ...
et ... peccatorum. Sicut enim herba salcata ...
... et eradicata non, ita peccata de facili
pullulant si non fuerint radicitus evulsa ...
... Unde est peccatorum causas ...
... non ... Item bonus ...
penitens fugit diabolum ... sicut ... ...
... penitens itaque ... fugat
diabolum et ... ad latibulum pene. Sicut avi
cula ponit se inter ... ut possit accipitrem
evadere et ... sed illud inter ...
... valde ... ut dicitur Lam. 4 ... Sicut
illud inter ... sic anima ... filia ...

Sponse quidem quibus illud dandum est prohibent ne
illud tangatur. Ad huius modum sponse pro sponse custos ut
etiam admisceatur amicum a proximo amplexu admiscere
filii ab omni tactu delectationis. Unde penitens
bonus sequitur et imitatur Christum. Nam ista penitencia fuit
via qua ambulavit. Unde post baptismum statim
intravit desertum ut dicitur Luce iiii. Penitens igitur
qui est bonus discipulus Christi libenter intrat cum Christo
penitencie desertum. Contra simulatos penitentes qui
admodum usurarii volunt esse discipuli Christi. Sicut
enim usurarius vult esse socius illius qui mittit
pecuniam in lucro et non in dampno. Sic nollent
vellent sequi Christum in prosperis et non in adversis.
Vellent cum Christo regnare in celis sicut filii Zebedei
et noluit cum ipso certare in stadio. Unde
dicitur est ab eis Mathei xx Nescitis quid petitis. Nam
mundi prospera sponse nolunt. Contra alios qui
sunt sicut Symea. Nam sicut Simea que invenit
nuces virentes propter exteriorem corticis amaritudinem
indicat nucem amaram et spernit nucleum exteriorem.
Sic a multis repudiatur penitencia quia tamen videtur
amara. Ideo dicitur Hebreorum xii. Omnis disciplina
in presenti non est gaudii sed meroris. Penitens
qui appetit celum. Et sicut puer cupit vestem
veterem ut cicius habeat novam, sic penitens lacerat
saccum carnis ut cicius anime sue deprecatur stolam
eterne felicitatis. Ita dicitur in psalmo Conscidisti sac-
cum meum et circumdedisti me leticia. Nota partes
penitencie integrales. Et nota quod penitencia habet tres partes
quam plurimas integrantes, scilicet contricionem cordis,
confessionem oris, satisfactionem operis. Nota de penitencia
primo quantum ad contricionem cordis que est prima pars pe-
nitencie. Nota quod contricio de peccatis debet esse specialiter
septiformis, debet esse intenta non perfunctoria, soli-
taria non publica, integra non diminuta, ordi-
nata non confusa, propria non aliena, gemebunda
non delicata, iusta non simulata. Et hec septem
in illo versu Ezechie continentur xxxviii. Recogitabo
tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee.
Et iste versus debet esse sufficiens illorum septem verborum
que contricio debet habere. Primo enim ut dictum est debet
esse intenta non perfunctoria. Ideo dicit recogitabo contra
illos qui veniunt ad confessionem non premeditati qui
de peccatis nullam vel modicam volunt habere sollici-
tudinem cum tamen hec sint maiora debita vel maiora
negocia que homo habeat ille vel habere possit in hac
vita. Ista enim debita sunt decem milia talentorum
ut dicitur Mathei xviii. Ista enim sunt negocia pro
quibus filius dei mortuus est et pro quibus exspectat
angelos de celo et sanctos homines de mundo et omnes
de inferno ut dicitur Mathei xxv. Ille autem est fatuus
qui de istis maximis debitis negociis minus
est sollicitus. Ut dicat ille bonus penitens Reco-
gitabo pro peccato meo, non dicat de mimo ut a-
varus, nec de cibo ut gulosus, nec de luto ut in-
mundus, nec de vento ut superbus, nec de mendaciis
ut usurarius, sed de peccatis meis ero dolens et sol-
licitus, quia ut vulgo dicitur Ubi dolor est
dentibus ibi semper lingua dolentis. Secundo contricio
debet esse solitaria non publica. Ideo dicitur tibi, quia

debemus esse soli cum in conspectu dei. Iuxta
illud psalmi Meditacio cordis mei in conspectu
tuo semper. Infirmi non conveniunt stare in pla-
tea sed in camera clausa et consilia etiam
negocia ardua non tractantur in publico sed
in loco secreto. Ideo dicitur Mathei vi Cum autem
oraveris, pro peccatis tuis intra cubiculum tuum et cetera.
Tercio debet esse integra non dimidia. Ideo dicit
omnes. Modicum enim de liquore corrupto inficit
vas si remaneret in illo. Ideo dicitur Treni ii Effunde
sicut aquam cor tuum. Bene autem dicit aquam
quia vix alius liquor est quo omnino effuso quin
ibi remaneat aliquid de colore vel de odore
vel sapore. Videmus enim quod post effusionem
lactis remanet in vase color, post effusionem
vini remanet odor, post effusionem mellis re-
manet sapor. Debet igitur penitens effundere
non sicut lac ne maneat color sponse conversa-
cionis inique, nec sicut vinum ne remane-
at odor prave ymaginacionis, nec sicut mel ne
maneat sapor in mala delectacionis. Sed sicut
aquam perfecte et integre contricionis. Quarto debet
esse contricio ordinata non confusa. Ideo dicit annos
annos. Annum namque distinguitur per quatuor tempora,
scilicet yemem, estatem, ver et autumpnum.
Debet igitur annos penitens vel cuius vite sue
distinguere per tempora ut sua possit facilius
invenire peccata. Et primo debet investigare
prior si invenerit in vita sua yemem et fri-
giditatem operis scilicet corporis accidie, ver enim in
fecunditatem corporalis lascivie, et estatem
indignationis et accidie, et autumpnum
[illegible] cupiditatis et avaricie [illegible] enim sunt
tempora quibus distinguuntur anni [illegible] peccatorum
de quibus dicitur in psalmo [illegible] Anni nostri
sicut aranea meditabuntur [illegible] sicut aranea
ponit ut ordinet telam [illegible] vilem et
fragilem ad capiendum muscas [illegible]
vita hominis fragilis et vilis [illegible]
capit et delectaciones mundanas [illegible]
[illegible] telas aranee texuerunt. Quinto debet
esse contricio propria non aliena. Ideo dicit meos
et non alienos. Propter hoc debet esse meos [illegible]
peccatum quod dimisisti [illegible] negocia sollicitus
est de alienis. Unde dicit Salvator [illegible] Luce
xxiii Filie Ierusalem nolite flere super me sed
super vosmetipsas flete. Sic homo [illegible]
quod nunquam flevimus vel planximus mor-
tem suam benedictam quamvis planximus
[illegible] Nullus [illegible] quod
nos indicavimus [illegible] aliena. Sicut
vulgo dicitur [illegible] plorat [illegible]
[illegible]
[illegible] Sexto debet esse
contricio gemebunda. Ideo dicit In amaritudine.
Sicut signum est mortis quando infirmus non
in fine infirmitatis et ergo qui contricionem [illegible]
[illegible] et amaritudinem sentit contricionem [illegible]
[illegible] et totum subsequentem ut dicitur Ezechie
xxxviii. Ecce in pace amaritudo mea ama-
rissima. Contricio namque amara [illegible] dulce
[illegible]

Ordinata
annos

7 Propria
meos

6 gemebunda
In amaritudine

amarior pro dampno superne patrie. Amarissima pro reatu pene eterne, comparat infirmi querele, et vocatur amare et egrota animam revocare. Septimo et ultimo contricio debet esse intima non ficta non simulata. Et ideo dicit Ysaie xxxviii Emplastrum enim debet poni super locum doloris infirmi sicut collirium ponitur super oculos non in collo. Et ideo quia peccatum est morbus anime, ipse proprie debet contricionem dolorem quam penitens sentire. Unde dicitur Joelis ii Scindite corda vestra et non vestimenta vestra. Contra illos quorum penitentia est insita non solum in ore vel in corde. Contra Christus noster medicus ... docet penitentem faciem lavare, vestes componere, caput ungere et cor pungere, Matthei vi. Secundo nota de penitencia quid ad confessionem que est secunda pars ... cum integritas. Et est sciendum quod septem sunt in confessione attendenda.

Intima

dicit mee

De Confessione

Primo enim confessio debet esse festina non tarda. Contra aliquos qui in quadragesima ... passim differunt confiteri et in infirmitate ad finem. Et tales sunt similes latronibus quorum confessio aculeis et questionibus extorquetur, quia talium confessionem extorquet deus per aculeum acute febris vel alicuius infirmitatis. Contra tales dicit propheta: Corrupcionem faciem eius in confessione sicut ille qui diffidit de iure suo dicit an indicium de pace et composicionem vult et sui diem prevenire. Secundo confessio debet esse humilis et verecunda. Contra illud Apostoli: Quem fructum habuistis tunc in illis de quibus nunc erubescitis. Latrones cum demisso capite et perfuso rubore faciei confitentur. Unde est contra aliquos dicentes perpetrata facinora sua qui nec deum timent nec homines reverentur. Et latrones timent patibulum cum sit tamen bene suspendendi. Et illi non timent infernum et ... latrones ... et tales ... prodesse ad veniam. Isti tamen non erubescunt ... pene sit ipsa erubescencia de talibus ... confessi sunt qui ab hora ... fecerunt ... qui post confessionem ... et erubescere nesciunt, quia tales nunquam erubescunt ... et ... non ... erubescencie signum. Tercio confessio debet esse apta non palliata. Dicitur apta confessio in qua peccator se accusat exprimendo omnes causas et precipue aggravantes ... in principio est accusator sui ipsius. Sic confitebatur David qui dicebat: Dixi confitebor adversum me iniusticiam meam domino. Nam non dicit se laudando et excusando sicut faciebat Phariseus, sed adversum me se accusando sicut faciebat publicanus Luce xviii. Quarto debet esse vera non ficta. Dicitur enim vera confessio que est cum proposito emendandi, que non solum oris est sed cordis. De quo dicit David: Confitebor tibi domine in toto corde meo. Contra est contra aliquos quorum confessio est lupi de quo narrat fabula ... confitebatur iniquitates suas et intrinsecum

festina

humilis

3 apta

4 vera

erat intrinsecum sollicitus quia videbat oves recedentes. Unde dixit confessori suo quod cito absolveret eum ut sic posset sequi oves. Sic aliqui confitentur in quadragesima proponentes ad peccatum redire post pascha. Quinto debet esse confessio integra non dimidiata. Parum enim valet si infirmus medico febrim revelaret et postem febris celaret. Et si nauta aliqua navis foramina obstrueret et aliqua non. Dicitur quod penitentes integram confessionem deo offerre. Deus enim est rex nobilis et in mensa regia debent poni panes integri et non fracti. Deus enim non consuevit dimidiare veniam sed totum hominem sanum fecit in Sabbato ut dicitur Johannis vii. 7

Et sicut magni mercatores non denariatim vendunt rem preciosam sicut pauperes mercatores precibus hoc faciunt. Dicitur quod mercatura dei scilicet gratia et venia est res indivisibilis. Cum ipse sit mercator summus, ista duo emitur indivisibiliter ad instar margarite vel alterius lapidis preciosi qui totus emitur vel totus dimittitur. Ipse autem est negociator margaritharum qui querit margaritas ut dicitur Matthei xiii. Sexto confessio debet esse flebilis 6

pena. sed exilium. patibulum. et irregularitas homicide ante exulant quando possunt capi suspenduntur. Sic qui occidunt se vel alios per peccatum exules sunt a gratia et per eadem homicide etiam suspenduntur quando attingi possunt in patibulo iudicis. Sic spiritualis homicida suspenditur in patibulo inferni quando moritur homicide enim non possunt ad sacros ordines promoveri. Sic anime homicidarum non promovebuntur ad angelorum ordines sed in inferno erunt ubi nullus ordo. sed sempiternus horror inhabitat Iob x°. Tercium preceptum est. Non mechaberis. ubi prohibetur omne coitus illicitus et omnis actus carnalis inordinatus et contra ordinem scripture et gratie. Et nota notandum quod triplex est ratio quare prohibetur mechacia. Infirmitas infirmitas quia totum mundum tabefacit et egrotat vel moritur isto peccato et est morbus ita contagiosus quod solo affectu inficit hominem. Unde salvator prohibuit affectum illicitum ait v° Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam mechatus est eam in corde suo. Mulier itaque adultera sicut basiliscus solo affectu inficit hominem per consensum propter quod non debemus eis nimis appropinquare vel eis familiares esse sicut infirmo qui infirmitate laborat morbo contagioso. Ecclesiastici xlii° Quod de vestimentis procedit tinea et a muliere iniquitas viri. Secunda ratio est quia mechacio est maior mercatura dyaboli. In aliis enim peccatis lucratur dyabolus unum peccatorem in uno peccato. sed in methatura ut vulgo dicitur lucratur in uno peccato duos. inmediate tres aliquando plures. scilicet adulterum et adulteram et vetulam que parat peccatum. Tercia quia dyabolus in hoc magis multiplicat usuras suas quo homo mechatur in negocio plus intendit. immo non accipit dormire vel quiescere. unde est interdum homo pessime mechatur dicitur enim Iob xxiiii° Omnino temptant non dormiunt sed a temptatione cessando. Quarta mechacio est quidem via inferni que est strata publica magis lata et magis recta. quia plures per eam ambulant. Alia peccata vendicant sibi specialia genera hominum et luxuria nulli parcit. sed se ex ad omne genus hominum se extendit. Exemplum de dyabolo qui secundum fabulam duxit uxorem et inde genuit septem filias et maritavit eas. Superbiam dedit militibus que studium suum ponunt in vanitate et preciosis vestibus et equis et monilibus et ornatu capitum. Usuram dedit burgensibus. Rapinam militibus et magnatibus. Symoniam clericis et prelatis. Ypocrisim. Luxuriam vero nulli dedit. Unde quia dicitur Mathei vii° lata est porta et spaciosa via que ducit ad perdicionem et multi sunt qui intrant per eam. Quartum preceptum secunde tabule est. Non furtum facies in quo prohibetur furtum rapina et Symonia et omnis illicita contractatio rei aliene. Et non quod furtum est contra triplicem legem. Est enim primo contra legem nature. secundum quam omnia debent esse communia. Fures autem et similiter omnes non solum retinent sua propria immo usurpant aliena. Contra illud preceptum nature quod scriptum est Thobie iiii°. Quod ab alio tibi fieri non vis vide ne tu alteri facias. Contra legem scripture dicitur Exodi xx° Non furtum facies. Tercia malum contra legem gratie. Nam karitas que est summum preceptum legis gratie non querit sua sed aliena. karitas precipit Date et dabitur vobis. Hic autem peius nititur auferre. karitas enim omnia facit nos similes deo qui non solum sua dedit sed seipsum pro nobis dedit. Ephesiis v° Fures raptores usurarii et de aliis sunt similes morti et dyabolo. Nam mors nititur furari corpus et dyabolus animam. De quibus dicitur Ysaie xxviii° percussimus fedus cum morte et inferno et dyabolo fecimus pactum. qui furantur animam et perpetue usurarii vel fures vel raptores qui auferunt pauperibus pauperibus sunt similes morti scilicet qui aufert pauperibus victum suum necessarium per quod vitam suam. Nam dicitur Ecclesiastici xxxiiii° Panis egencium vita pauperis est qui autem fraudat illum vir sanguinis est. Quintum preceptum secunde tabule est. Non falsum testimonium dicas. In quo prohibetur omne peccatum vel omnis inordinacio lingue et specialiter contra proximum. Sunt autem secundum doctores xxiiii° peccata et deordinaciones lingue et omnes prohibentur. scilicet blasphemia murmur defensio peccati periurium mendacium detractio adulacio ... turpiloquium stultiloquium scurrilitas que ad rem non pertinet indiscrecio. ... contencio de ... seminare discordias maledictiones adulaciones ... bilinguium rumor iactancia secreti revelacio ... Et non quod falsus testis ... est ut dicit Ysidorus de summo bono est enim obnoxius deo quem contempnit et proximo. Nam mendax est sicut denarius falsus monetarius illicitus qui fabricat falsam monetam mendacem et hic deprehenditur mortem ... per peccatum ... qui loquuntur mendacium. Detractor est similis cani qui latrat in homine non ... sed ... et famem ... mordet animam ... similes qui ... est ... sic anima ... similis ... hominem ... similes sunt canibus qui cum ... quant sibi ... se in loco ... bilingues vel ... similis ...

qui habet linguam bis fissatam sic tales
loquuntur ad duas partes. Qui permittit vana
loqui similis est arbori que licet lata folia
sicut vitis que cito foliis floret ut dicit philosophus.
Qui loquitur semel similis est porco qui vibratum
ponit pedem non vertitur ad ponere. Qui peccatum
defendit vel excusat similis est Ade qui retorsit
sit culpam in deum dicens: Mulier quam
dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno et co-
medi. Gen. iii°. Qui maledicit similis est
hystrioni viliori, ymo vilior est inter omnes
qui dicitur vulgo joculator de maledicendo qui
est multis odiosus. Qui nimium loquitur
est sicut fatuus mercator qui sine numero pon-
dere et mensura vendit suas merces et ideo
non est mirum si aliquando defraudatur. Qui
indiscrete conviciatur est sicut canis qui plus
latrat et minus facit. Nobilis enim canis sed
leporum parum. Qui conviciatur est sicut canis
macelli qui semper ore portat sanguinolenta.
Qui contencionem incipit est sicut is qui pri-
mus a dyabolo recipit et qui in contencione vin-
cit dyabolo victimas solvit. Qui susurrat
est sicut serpens qui inficit quidquid lingua
sua tangit. Qui rumores multos narrat
similis est lupo qui ut dicitur uno mense vivit
de vento. Qui loquitur verba ociosa est sicut
ulmus et sicut alie arbores que nullum fructum
ferunt sed folia tantum. Qui bonos detrahit est sicut
[illegible] qui [illegible] et nescit ubi sed [illegible] super
[illegible] credit [illegible]. Qui
seminat discordias est sicut serpens ignivomus qui
[illegible] vomit ignem et incendit meliora. Qui
secreta revelat est sicut saccus sine fundo
et sicut vas sine cooperculo. De blasphemia
et periurio est dictum supra per illa que aliquam
perdidit [illegible] inquietudo [illegible]

Sextum preceptum secunde table est: Non concupi-
sces rem proximi tui. Septimum est: Non
desiderabis uxorem eius. In primo prohibetur con-
cupiscentia oculorum, in secundo concupiscentia carnis. Et nota
quod [illegible] est [illegible] quare specialiter ista duo concupiscentia
prohibetur. Prima est quedam anime labes
que cito maculat et vix potest tergi, tum quia
est quedam anime ignis qui subito inflam-
mat et vix potest extingui, tum secundo quia est
quedam anime sitis que semper [illegible] et vix potest
saciari. Primo igitur hec duplex concupiscentia
est anime labes que potest vix [illegible] quia [illegible]
[illegible] concupiscentia carnis est sicut aqua propter lubri-
citatem [illegible]. Alia scilicet concupiscentia
oculorum est sicut terra propter [illegible]
[illegible]. Sicut ergo ex aqua et terra fit
lutum [illegible] ita ex hac duplici concupiscentia fit
lutum spirituale quo anima sordidatur et per quod
fetet et displicet in conspectu dei ad modum
vilissimi luti. Unde dicitur in psalmo: ut lutum
platearum delebo eos. Secundo [illegible] concupiscentia

est anime ignis qui vix potest extingui. De quo dicitur
Job xxxi° in fine: Ignis est usque ad consummationem
devorans. Inflammat enim animam et inflammando
cremat. Et tunc tria soror eorum vanitatem
scilicet superbia que sicut ventus sufflat in animam
sit redactam in cinerem dispergit omnia et per consequens
ad nichilum redigit. Et ideo in psalmo dicitur:
Non impius est sicut pulvis quem proicit ventus
a facie terre. Tercio illa duplex concupiscentia est anime
sitis que vix potest saciari [illegible] unde sunt
sanguisuge filie dicentes: Affer affer. Proverb. xxx°. Concu-
piscentia oculorum dicit: Affer divicias. Concupiscentia
carnis dicit: Affer delicias. Una non cessat
clamare cumulando seu congregando. Alia non
cessat effundere. Unde dicit Aggei i°: Qui merces
congregavit eas misit in saccum pertusum. Hec
[illegible] divicias et delicias [illegible] saccus
dicitur pertusus. Et ideo non est mirum si nunquam
potest saciari quia nunquam potest impleri admodum
sacci pertusi. De preceptorum edicione vel promulgacione
nota. Que sunt edita vel sub duplici pena
scilicet sub pena corporis et anime. Lex enim imperatoris
editur sub pena corporis tantum. Sed lex creatoris sub
pena anime et corporis ut dicit Mat. x°: Nolite timere
eos qui occidunt corpus animam autem non possunt
occidere. Secundo precepta divina eduntur et man-
dantur sub pena bonorum mobilium. Bona nobilia
dicuntur bona gracie quia possunt perdi et recuperari. Bona
immobilia dicuntur bona glorie quia semel habita
nunquam possunt amitti. Transgressores
igitur divinorum preceptorum homines gracie et glorie
privantur a deo. Sicut observantibus datur gracia
in presenti et gloria in futuro. Iuxta illud psalmo: Graciam
et gloriam dabit nobis dominus. Tercio precepta
divina eduntur sub pena patibuli infernalis.
Transgressor enim divini precepti iam est in via
qua ducitur a dyabolo ad patibulum inferni. Nam
ergo ita sunt latrones quos contingit quod ducantur
ad patibulum oculis velantur manibus ligantur
et veste nudantur. Sic peccatori qui ducitur ad
infernum oculi velantur racionis manus operacionis
nudatur veste honeste conversacionis. Sic ergo divina
precepta eduntur sub multiplici pena. Ideo dicitur
in psalmo: Tu mandasti mandata tua custodiri
nimis. Nota quod sicut decalogus dicitur decem
preceptorum dei per quem figurantur observatores
preceptorum sic transgressores figurantur per decem
plagas que fuerunt in Egipto scilicet Sanguis rane
cinifes cynomia [illegible] pestis et vesica grando
et locuste tenebre et mors primogenitorum.
Nam sicut plage ille vastaverunt egiptum sic
plage peccatorum corrumpunt mundum istum.
Prima igitur plaga Egipti fuit sanguis.
Omnes enim aque Egipti verse fuerunt in sanguinem
et hec signat sanguinem et corrupcionem luxurie.
Secunda enim plaga fuit rana. Tota enim Egip-
tus habuit ranas et hec signat loquacitatem et [illegible]

Tercia fuit Cinifes tinus aculeus amarus quasi
invisibiliter pungit et signat aculeum invidie
Quarta plaga fuit musca grauissima et hec
signat indignationem et peccatum ire Quinta fuit
plaga pestis animalium et hec signat languorem
vel peccatum accidie Sexta fuit vesica turgens et
ampulosa et hec signat inflationem et peccatum su-
perbie Septima plaga fuit grando et hec signat
persecutionem et peccatum invidie quia ex superbia
nascitur invidia vel malicia Octaua plaga
fuit locusta que omnia denorauit residuum fuit
et signat voracitatem et peccatum gule Nona pla-
ga fuit palpabilis tenebra et hec signat cecitatem
ignorancie Decima plaga et ultima fuit mors
primogenitorum et hec signat scandalum vel nota
infamie qui scilicet maiores prebent occasionem
peccandi vel mortem anime Hee fuerunt ad literam
plage egipciorum et iste sunt plage pro diuersis
transgressionibus preceptorum Unde sicut egipcii
per plagas istas fuerunt submersi in mari
rubro Sic homines mundani post plagas tales
peccatorum si non fuerint loti per penitentiam submergentur
in inferno cum pharaone et suis curribus et cum
dyabolo et angelis eius Qui autem fuit custos
diuini precepti immunis non erit a plagis pecco-
rum et a gutture tormentorum Quia dicitur Eccl.
viii° Qui custodit precepta non experietur quicquam mali.

Ost tractatum de preceptis dicendum est
de consilijs cuius hec est causa
Dicta salutis scilicet a preceptis ad consilia e-
untes sicut ad magis perfecta peruenire Et quoniam
per dictam viam ambulant viri perfecti sicut
sunt Religiosi Ideo dicendum est hic de religione
et congregacione Ubi sciendum tria sunt que hic
religio debent comparari fortiter Unde dicuntur
votum cum quo ligatur Habet igitur Religio debitum
vinculum quod ipsam reddit commendabilem Unde
non quod tria commendantur in religione vel religiosis
scilicet pondus maturitatis amor unitatis et fuga
proprietatis Religiosus igitur debet habere pondus
sue maturitatis Nam sicut campsor noscit
meliores denarios ad pondus sic in pondere
maturitatis cognoscitur Religiosus Nam dicitur in psalmo
In populo graui laudabo te Religiosus debet etiam
amare unitatem et hoc multiplici exemplo Videmus
enim quod plures homines quando sunt aggregati
incedunt securius resistunt fortius solaciant
iocundius Unde dicitur Eccl. iiii° Melius est duos
simul esse quam unum videmus enim quod grus
illa que est sola singularis vel est rapax vel
accipiter vel amisit socium vel sponsum vel ternum
Sic religiosus cum est solus vel est rapax det-
rahendo vel indicando peccatum vel proximum vel
amisit sponsum id est christum Quia dicitur Eccl. iiii°
Ve soli Ideo in oblacione domini fuit par turtu-
rum non sola turtur ut dicitur Luc. ii° Videmus etiam
quod sola candela per ventum extinguitur sed non ita
de facili quando cum alijs ardet Item cum car-
bo cum alijs ardet sed sola extinguitur Sic
plures coniugati in vinculo caritatis vniti melius
lucent per exempla vehemencius ardent per desiderium

diuinum Unde dicitur in psalmo Congregate
illi sanctos eius Videmus preterea quod non solus
denarius sed plures faciunt ingenium Item
unum membrum sed plura faciunt corpus Item
non una apis sed plures faciunt fauum Item
unum granum sed plura faciunt aceruum Non
una species sed plures faciunt electuarium Sic
cum plures sunt uniti per amorem vinculum est
in eis absque dubio maior hominum meri-
torum Unde in figura Non unus solus
discipulus sed plures discipuli aggregati receperunt
spiritum sanctum ut dicitur Act. primo Religiosus
insuper debet fugere et cauere proprietatem
Sicut enim vespertilio bibit oleum in ecclesia
ubi laudant alij deum Sic religiosus
proprietarius ad instar vespertilionis bibit et
furatur bona claustri ubi alij laudibus
vacant et officio dei Sic Judas qui solus
inter apostolos furatus est loculos ihesu ut dicitur
Joh. xii° Item nota quod tria sunt specialiter
reprobata in quolibet religioso scilicet indeuocio
dissolucio et vagacio Nam religiosus
indeuotus est sicut corpus vel tympanum
quod intus est aridum et sicut piscis qui
semper bibit aquam et cum aperitur vel
inuenitur vacuus Talis inter panem
moritur fame inter ignem moritur frigore
Et dicitur in psalmo Diuites eguerunt
et esurierunt Est etiam reprobanda in
religioso dissolucio vite et inhonesta
conuersacio Secularis inhoneste viuens
solum infamat se ipsum Religiosus vero
inhonestus et dissolutus infamat totum
monasterium et ordinem suum Nam sicut
quando vinum portatur in ciphis indicant
omnes idem de toto vino quod est in
dolio Sic mundus per conuersacionem quam
videt in uno Religioso iudicat omnes alios
qui sunt in claustro vel ordine suo etiam
tam in bono quam in malo Unde dicit apostolus
i Cor. iiii° Spectaculum facti sumus mundo
Est etiam in religioso valde reprobanda
vagacio Sicut enim piscis non diu viuit
extra aquam sic religiosus vagabundus
cito moritur per culpam Unde dicit Jeronimus
Oppidum incarcer est solitudo paradisus
Item nota quod Religiosus debet se castigare
non inficere prelato obedire non contra ea pro-
cedere non retrocedere Religiosus itaque debet
primum corpus non occidere sed disciplinare et
disciplinam cum regulari et modica
disciplina remittere Sicut enim Aquila re-
trahit alas ut melius extendat et Bal-
listarius distendit ut remittit arcum
ut pila fortius trahat Sic modica est
miscenda et temperanda cum disciplina ut
pigra quiescant Nam dicit Apostolus Rom.
xii° Racionabile sit obsequium vestrum Reli-
giosus etiam debet suo prelato obedire et
non resistere Sicut enim medicus iudicat
palliati que non mouetur ad impaciendum accipit

Pacis
maturitas
[illegible]

Amare
unitatem

amare
proprietatem

Indeuocio

Dissolucio

Vagacio

Castigare

Obedire

Proficere

Sic est p(ro)p(ri)e religiosus qui non sentit mod(um) et impium spiritualis patris ... d(icitu)r Exo(di) xv°: erant immobiles q(uasi) lapis / et sicut de hirundine ut d(icit) ph(ilosoph)us: male dimatur(?) ... proprio s(ed) bene alieno. Sic religiosus bene regitur si observat p(re)lati preceptum / male vero si servat vel sequatur proprie voluptatis motum. Unde d(icit) ... Tolle propriam voluntatem et infernus non erit. Religiosus insuper debet semper proficere non deficere / et de alacritate debet incipere ut proficiendo ad altiora valeat pervenire. Nam d(icit) Greg(orius): In via dei p(ro)ficere non proficere deficere est. Sicut enim edificium in fundamento fit latius et post modum ascendendo fit strictius / Religiosus sic perfectionem debet incipere quod ad eam valeat ascendere et in ea perseverare / ne dicatur illud Luc(e) xiiii: Iste homo incepit edificare et non potuit consummare ut d(icit) Luc(e) ix°. Debent autem in religione super omnia perseverare. Exemplum de Apostol(is). d(icit) Salvator: Nemo mittens manum ad aratrum et aspiciens retro aptus est regno dei. Sicut enim stultus est qui tempore tempestatis exit de navi et ponit se in mare / Ita summa stultitia ... tempore temptationis articulum navem religionis vult dimittere et ad subiugandum se in mare seculi p(ro)perare. Talibus autem d(icitu)r Act(uum) xxvii°: Nisi in navi manseritis perib(itis). Item nota quod religiosus debet in disciplina nutriri et informari tripliciter / scilicet sicut puerulus in domo / sicut plantula in orto / sicut virgula in virgulto. / Debet itaque religiosus ad modum pueri in disciplina educari / unde ... Debet habere duas obstetrices in ingressu, duas nutrices in progressu, duas consolatrices in perfectione vel in statu. Debet autem habere duas obstetrices scilicet obedientiam que liget ei manus et pedes et involvat eum in pannelos

Puer

paupertatis / et humilitatem que reclinat eum in presepio et in cunabulo claustri cum feno ... et ... consiliis. Iste sunt due alme obstetrices ... religiosorum que consignant mares et perfectos religiosos et perfecte vivere volentes, ut ... Exo(di) i°. Debet etiam habere duas nutrices in progressu valentes que doceat eum loqui. Iuxta illud: Si quis loquitur quasi sermones dei. Et honestatem que doceat eum ambulare. Iuxta illud Ap(osto)li i Thess(alonicenses) iiii°: ... vobis ut honeste ad eos ambuletis qui foris sunt. Debet nichilominus habere duas consolatrices in statu suo scilicet caritatem ad deum et proximum. Nam d(icit) ap(osto)lus ad Heb(reos) xiii°: Caritas fraternitatis maneat in vobis. Et castitatem ad seipsum. Iuxta illud i Cor(inthios) ix°: Castigo corpus meum et in servitutem redigo. Religiosus ad instar plantule debet nutriri in disciplina vel religione. Unde notandum ... sex plantulas que sunt in orto spirituali

Planta

debent fieri in religiosis plantule namque de uno loco radicantur et in alio transplantantur / clauduntur rigantur purgantur fodiuntur / Sic debet ad instar plantule de mundo radicitus evelli religiosus scilicet in religione plantari et in suo proposito radicari, circumspectione claudi, devotione rigari, confessione purgari, ... et occupatione fodi et extolli. Et tales sunt sicut novelle plantationes a iuventute sua ut d(icitu)r in ps(almo). Religiosus insuper sicut virgula in virgulto debet educari in disciplina ... quod ... virgulam ... glose ... et arbore fructuose provenit enim quod habeat radicem stipitem frondes et folia et flores et sic virgultum habeat spiritualiter. Neophitus vel religiosus novicius in virgulto religionis debet autem habere ista sex scilicet radicem profunde humilitatis / stipitem recte intentionis / frondes ... dilectionis / folia honeste locutionis / flores pulchre conversationis / et tandem super omnia fructum boni operis quia fructu eorum cognoscetis eos ut dicit Salvator ... vii°. De talibus virgultis religiosis et ... et fructibus fructuosis dicitur in ps(almo): Filii tui sicut novelle olivarum in circuitu mense tue.

Virgula

Religionis ... ordinem primordialem valde laudabilem. Non quod omnis religio et omnis spiritualis congregatio vel fraternitas scilicet primo ortum a Samuele qui congregat cuneum prophetarum ut d(icitu)r in i Reg(um) ... A Johanne bap(tista) qui congregavit etiam discipulos ut d(icit) Joh(annes) i°. Etiam habuit ortum ab ap(osto)lis quibus adheserunt multi discipuli simul habitantes post missionem spiritus sancti ut d(icitu)r Act(uum) iiii°: Et nemo quidquam eorum que possidebant aliquid suum esse dicebant / sed erant simul omnia communia. Etiam habuit ortum a Marco evangelista qui apud Alexandriam discipulos vite ... docuit et narrat Philo ut habetur in ... hystoria. Unde processerunt monachi quorum sunt tria genera scilicet Cenobitarum qui in communi vivebant. Aliorum qui dicebant ... qui bini et trini habitabant / Et Anachoritarum qui soli in deserto habitabant quorum fuit auctor Paulus ... institutor precipuus Johannes baptista ut ... in epistola xlviii. ... insuper religio modum valde elegantem et notabilem qui ipsam facit laudabilem. Est enim in ipsa triplex modus valde laudabilis scilicet modus religionis obedientie subiugativus, paupertatis alienativus, castitatem devorativus. Obedientia aufert religioso propriam voluntatem et per consequens infernum iuxta illud: Tolle propriam voluntatem et infernus non erit. Paupertas aufert ei terrenam cupiditatem et per consequens omne malum iuxta illud Ap(osto)li i Thimo(theum) vi°: Radix omnium malorum cupiditas. Castitas aufert hominem carnalem fetiditatem et per consequens facit ipsum angelum. Iuxta illud Mat(thei) xxii°: Neque nubent neque nubentur sed erunt sicut angeli in celo. Debet ... triplici voto perpendere est ... primo de obedientia.

Ortus

Modus

obedien(tia)

Paupertas

Castitas

De obedientia non specialiter ... enim scilicet ... quibus administrantur officia in quibus occupantur ... obedientia multa proxima

[illegible] c. 21. De ... [illegible] nulla ... [illegible] nulla simplicior nulla ... [illegible] in claustro ... [illegible] ... [illegible]

que ipsam laudant vnde notandum quod obediencia est Saluatoris schola, martirum palma, paradisi scala. Est itaque obediencia primo scola saluatoris. Vnde notandum quod Saluator Christus suo docuit obedienciam exemplo ad mundum veniens, in mundo manens, de mundo transiens. Ad mundum veniens nam dicit Iohannis vi^o Descendi de celo non vt faciam meam sed eius qui misit me patris. Obedienciam eciam docuit in mundo manens vt dicit ad Philippenses ii Factus obediens vsque ad mortem. De mundo transiens dixit patri: Non sicut ego volo sed sicut tu Mathei xxvi^o. Est igitur obediencia quoddam nobile genus martirii, palma triumphalis que decorat hominem et amputat proprie voluntatis caput. Vnde dicitur Regum xv^o Melior est obediencia quam victima. Est insuper obediencia paradisi scala. Obediencie sunt septem gradus quos assignat [illegible].

1 Primus gradus obediencie est obedire libenter sine recalcitracione. Exemplum de Paulo qui dixit Actuum ix^o Domine quid me vis facere.

2 Secundus est obediencie simpliciter sine [illegible]. Exemplum de Dauid qui dixit in psalmo Vt iumentum factus sum apud te.

3 Tercius est obedire hylariter sine murmuracione. Exemplum in gestu de Symone Cireneo qui portauit in angaria crucem in dolore Christo Mathei xxvii^o.

4 Est quartus obedire velociter sine [illegible]. Exemplum de Petro et Andrea qui ad vnam domini vocem relictis rethibus omnibus secuti sunt eum Mathei x^o.

5 Quintus est obedire viriliter sine [illegible]. Exemplum de Petro qui dixit Domine paratus sum tecum in carcerem et in mortem ire Luce xxii^o.

6 Sextus est obedire humiliter sine [illegible]. Exemplum de discipulis quibus dixit Saluator Dum feceritis omnia que precepta sunt vobis, dicite quia serui inutiles sumus.

7 Septimus est obedire perseueranter sine [illegible]. Exemplum de Christo de quo dixit Apostolus Factus est obediens vsque ad mortem Philippenses ii^o.

Isti septem gradus erant spiritualiter signati in scala Iacob de qua legitur Genesis xxviii^o Et signat obedienciam vere illa scala. Tam quia angeli ascendebant et descendebant per illam scalam per quod intelligitur quod obediencia est vita angelica. Tamen quia scala ista tangebat celum in quo innuitur quod vera obediencia est celestis vita.

Item notandum quod obediencia est nauis ad celum, [illegible] clauis celum aperiens, auis ad celum ascendens. Est itaque obediencia sicut nauis. Nam sicut qui est in naui semper procedit et tamen ipse quiescit, sic qui est in naui obediencie semper proficit in merito dormiendo, vigilando, [illegible], sedendo, quiescendo, ambulando, quia administrans non mouetur proprio motu sed alio. De naui legitur Prouerbiorum xxx^o [illegible] est quasi nauis institutoris, id est mercatoris, per eandem racionem obediens comparatur equitanti. Nam sicut equitans quiescendo procedit et non mouetur motu suo sed equi, sic bonus obediens eadem pausa mouetur quia non mittitur motu voluntatis sue sed maioris. Vnde dicit Canticorum: Equitatui meo assimilaui te amica mea. Est eciam obediencia sicut clauis paradisi. Sicut enim inobediencia paradisum clausit Genesis iii^o, sic obediencia paradisum aperit. In figura huius Christus dedit Symoni qui interpretatur obediens claues regni celorum Mathei xvi^o. Et sicut deus maledixit primo homini inobedienti dicens Maledicta terra in opere tuo Genesis iii^o, sic benedixit Symoni id est obedienti dicens Beatus es Symon Bariona Mathei xvi^o. Est igitur obediencia sicut auis ad celum ascendens. Nam sicut auis cum duabus alis volat ad sublimia, sic obediens cum duabus pennis suis, cum vna ala paupertatis et cum ala castitatis, scandit ad celestia regna. Hinc est quod dicitur Apocalipsis xii^o Date sunt mulieri due ale vt volaret in desertum locum suum. Mulier potest dici obediencia. Due ale possunt dici duo illa sibi coniuncta, scilicet castitas et paupertas voluntaria. Item nota quod obediencia est summa in merito victima deo proxima celo. Est itaque obediencia in merito summa [illegible]. Et in figura huius Christus preposuit apostolis Symonem id est obedientem. Sic enim dicit quod omnia obediunt obedienti. Non mirum quod obedienti obediunt cetere creature quia et ipse deus voluit obedienti obedire. Exemplum de Iosue de quo dicit Iosue x^o Non fuit prius tam longa dies obediente deo. Est eciam obediencia deo [illegible] cuius figura recubuit dominus in domo Symonis Luce vii^o. Et omnis qui canit in Bethania interpretatur domus obediencie dicitur. Est insuper obediencia celi scala et vita [illegible]. Et in figura huius ascendit dominus celum de Bethania Luce xxiv^o. Habet eciam obediencia auxilia que ipsam iuuant. Vnde notandum quod sex sunt que iuuant obedienciam: humilitas, affectio, consuetudo frequens, dilectio feruens, afferens eterna contemplacio, [illegible] modeste proprietas. Obediencia [illegible] humilitas que animam reddit flexibilem. Sicut enim gracilitas et subtilitas [illegible] virgam facit inclinari, sic qualitas humilitatis facit hominem facilem obedire. Vnde dicit Apostolus de Christo Philippenses ii^o Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem. Iuuat obedienciam assuefactio [illegible]. Nam sicut equus assuescit cum frenis [illegible] vt flectat se ad omnem partem flectendo, sic assuefactio facit hominem [illegible] obedire. Vnde [illegible] dicitur Prouerbiorum xxx^o Equus paratur ad bellum. [illegible] Nam sicut ignis facit ceram mollem et tractabilem, sic amor dei ignitus facit hominem obedire. Vnde dicit Luce xii^o Ignem veni mittere in terram, hoc est in animum deuotum. [illegible] et separacio voluntatis ab omni re temporali. Sicut enim pellis tractabilis a ligno separata que [illegible] est rigida quando est lignis [illegible]. Sic anima cum administrans pellis [illegible]

Famosa ut [illegible] ad laudem dei [illegible]
Obediencia ut [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Clauis paradisi

Auis

Summa in merito

Deo vicinia

Proxima celo scala

Humilitas

[illegible]

Dilectio dei

Separacio [illegible]

cognitur ad obediendum facilius inclinatur hec
persona prius dicit paratus sum et non sum turbatus
Sinat etiam obedientiam vinculo gracie
interne. Sicut enim corrigium vnctum
fit molle et tractabile tamen ante vnccionem
erat durum. Sic homo facilis est ad obedientiam
quam anima intus est vncta per graciam, hec est vn-
ctio de qua dicitur i Joh ii° vnctio quam acce-
pistis a deo maneat in vobis. Tandem
[illegible] obedientiam modestia precipientis
Exemplum de deo qui solum vnius ligni
prohibuit et omnia alia concessit Gen ii° dicens
De omni ligno paradisi comede, de ligno autem
sciencie boni et mali non comedas. Habet ...
obedientia officia que ipsam occupant, scilicet tria
genera preceptorum. Unde nota quod quibus debemus
obedire preceptis inditis per naturam que scripta sunt
Thobie iiii° Quod tibi fieri non vis vide
ne tu alteri feceris etc. Et Matthei vii° Omnia
quecumque vultis ut faciant vobis homines etc.
Etiam debemus obedire preceptis in nobis per
scripturam scripta sunt Exodi xx° ubi po-
nuntur decem precepta Non habebis deos
alienos. Debemus etiam obedire preceptis in-
spiratis per graciam ut dilectioni dei et proximi
que scripta sunt Matthei xxii° horum exposicionem
quere in viii de preceptis et i in de caritate.

De paupertate non [illegible] tamen

Sed quod paupertas est celeste premium
unum quo pauperes [illegible] celeste
prandium ad quod invitantur, celeste solium
in quo pauperes locantur. Primo quod paupertas
est celeste [illegible] quo a pauperibus emitur celum
Sicut dicit Augustinus Regnum meum celorum pau-
peribus emitur. Et non quod regnum celorum
comparavit queritur pauperibus quod ipsi [illegible]
[illegible] premium quod [illegible] Matthei xix°
omnis qui reliquit domum aut agros etc.
2 Secundo paupertas est celeste prandium quo
pauperes reficiuntur. Sicut enim videmus
quod quando clamatur ad prandium soli pa-
uperes veniunt et accelerant. Sic ad pran-
dium celi ad quod Christus invitat soli pauperes
veniunt. Quod figuratur Luce xiv ubi dicitur
Homo quidam fecit cenam etc. Et nota
[illegible] ad cenam illa venire
noluerunt sed excusaciones frivolas alle-
gaverunt [illegible] in diviciis incrassati in-
[illegible] honoribus dilatati [illegible]
illud Deuteronomii xxxii° Incrassatus inpin-
guatus dilatatus dereliquit deum factorem
suum [illegible] figuratur per illum qui ex-
[illegible] per illum qui villam
comparavit [illegible] a rege illa
[illegible] soli pauperes in-
[illegible] Nota pauperes
debiles introduc [illegible]
3 Tercio [illegible] solium in quo pauperes sedent
sicut dicit Matthei xix° Vos qui reliquistis
omnia et secuti estis me [illegible]
sedebitis super sedes iudicantes duodecim
tribus etc. [illegible] nota quod [illegible]

totam terram reputaret contemptibilem. Sic pauperes totam
terram reputant rem minimam et vilem quia
in celo ut dicitur est habent sedem et mansionem
suam. Nam sicut dicit Apostolus Nostra conversatio
est in celis. Item nota quod pauperes habent tria bona
scilicet vitam preciosissimam, mentem securissimam,
vestem nobilissimam. Primo ergo pauperes sunt
in vita securissima quia pauperes non timent
lites, non timent fures, non formidant terre
tempestates. Sed divites huius mundi sustinent
omnes tribulaciones. Unde in figura huius Caym qui
interpretatur possessio habet caput tremulum et fugit
divitum curas et sollicitudine avarorum. Secundo
pauperes sunt mente quieti et absentes diviciarum
nimie laceracionis et ab earum pondere liberi et ab earum
conturbacione mundi. Nam divicie faciunt ista tria
mala. Bona siquidem temporalia possessa onerant
amata inquinant amissa cruciant, ut dicit Bernardus.
Unde in figura libertatis et spiritualis quietis quam habent
pauperes et anxietatis quam infert divicie
dicitur Ysaac accepit a deo sabbatum id est quietem et
Egyptus anxietates curarum ut dicit Gregorius
super illud ad Hebreos iiii° Relinquitur sabbatismus populo dei.
Tercio sunt pauperes veste decori et honestate
preciosi. Unde Sapiencie vi ingrediar ista dicit Eccli xi°
paupertas non est honestas adeo sunt quia
in servitutibus pauperibus spiritualibus relucet. Et signum
de quo Luce ii° Et in signum cui contradicetur.
Et nota quod tres sunt signa Christi cui contradicitur ab universis
amatoribus mundi. Primum sunt paupertas cui contradicitur
ab avaris. Secundum sunt castitas cui contradicitur
ab immundis. Tercium sunt humilitas cui contradicitur
a superbis. Item nota quod paupertas habet alia tria
bona. Est enim paupertas summe deo propinqua, bo-
nis summe copulata, celis summe cumulata. Primo
enim paupertas est deo summe propinqua. Christus enim
habuit pauperes familiares, et divites quasi igno-
tos et extraneos. Unde in figura huius Christus
in officio suo primus vocavit pauperes quam divi-
tes. Quia inventores pastores quam reges, pau-
peres de prope et divites magnos seu magos
ab oriente. Secundo paupertas est summe pro-
pinqua celo, que est summe elevata et elonga-
ta a mundo. Pauper enim summe celis inhiat
et omnia mundana conculcat. Sicut enim videmus
quod ille qui vult alte attingere scabellum conve-
nit sub pedibus locare illud. Sic etiam pauper
tangit magis celum quam de omnibus terrenis contemp-
nendo et conculcando facit sibi quasi scabellum sub pe-
dibus. Iuxta illud leviter locum quem calcaverit
pes vester erit. Tercio paupertas est summe cumula-
ta bonis, optime enim facit thezaurisare. Ipsa
enim divitum terram talpis id est auguriis, summi
porci id est immundis, pulverem serpentibus id est superbis.
Iuxta illud Ysaie lxv° Serpenti pulvis panis
eius. Ipsa enim dedignatur summum stabilem habere
locum thezauri quoniam stabiles sunt divicie huius
mundi quia mundus est stabulum id est locus summe
[illegible] et bonum bestiarum. Ipsa enim bona immo-
bilia retinet id est celestia et despicit bona mobilia
id est omnia terrena. Quod figuratur Gen xxv°
ubi dicitur quod Abraham dedit Ysaak omnia que pos-
sidebat et filiis concubinarum largitus munera

De Castitate

De castitate nota specialiter quod castitas enim
est florens sicut lilium inter spinas / habet
enim inter gemmas / tenet solem inter stellas / habet
lilium incorruptibile / habet primum in agricultura / habet
solem insuperabile / Primo igitur castitas est florens
sicut lilium. Nam dicitur Cant. 2: Sicut lilium inter
spinas sic amica mea inter filias. Et nota quod in
lilio sunt folia coloris nivei et sex grana coloris
1 aurei / Sex folia nivea significant carnis pu-
dicitiam / et sex aurea grana designant mentis
pudicitiam als munditiam / Primo igitur in lilio
sunt sex folia in quibus signantur sex ad pudici-
ciam necessaria / Primum folium est vini et potus sobrie-
tas. Unde dicitur Eccl. [illegible] vinum fugiat ut ve-
nenum. Nam vinum in adolescentia est dux incen-
dium voluptatis / Unde Prov. 20: Luxuriosa res
est vinum [illegible] / Secundum folium
2 est habitus asperitas / Unde dicit [illegible] quia as-
perior pannus facit habitum leviorem. Sic
cilicium asper carnem facit castiorem / Et per contrarium
filii [illegible] sunt cum mulieribus inhabitantes
que ornate erant vestibus delicatis ut dicitur Num.
3 25 / Tertium folium est laboris strenuitas / Contra
quod ignominia et otium est [illegible] luxurie in-
[illegible] ut dicitur Ezech. 16: Hec fuit
iniquitas Sodome sororis tue habundantia
panis et otium. David in domo otians commi-
8 sit adulterium 2 Regum 11. Quartum folium
est custodia sensuum et maxime quo ad visum
et auditum / quia curiositas videndi et au-
diendi via est ad peccatum / Cuius exemplum patet
in Dyna que ad videndum mulieres illius
regionis egressa et a Sychen filio Emor
7 fuit corrupta ut dicitur Gen. 34. Quintum
folium est modestia verborum quia maxime locatur
luxuria per verba dissoluta et inhonesta. Nam
dicit Apostolus 1 Cor. 15: Noli seduci [illegible]
[illegible] corrumpunt enim bonos mores colloquia
prava. Sic inquit [illegible]. Sermo virginis prudens
modestus et tardus / [illegible] eloquia [illegible]
6 cum pudore. Sextum folium est fuga occa-
sionis et maxime mulierum. Dicitur enim Gen. 19
[illegible] in omni loco [illegible]. Videmus enim quod ani-
malia silvestria pulchriorem habent pellem quam do-
mestica. Legimus enim 2 Reg. 13 de Thamar
fuit corrupta ab Amon fratre suo quia
in thalamo fuit sola cum solo / Unde [illegible]
debent virgines que vere virgines sunt semper
[illegible] pavide et [illegible] et ut caveant
timenda [illegible] Sunt etiam in lilio sex
grana aurea in quibus signatur triplex modus
diligendi deum / et triplex causa dilectionis
Est ergo primo triplex dilectionis modus quem
debet habere animus casti. Est enim amandus deus
1 dulciter ne decepti ab amore eius discedamus
2 [illegible] ne illecti ab amore dei discedamus
3 [illegible] ne oppressi ab amore [illegible] ut dicit
Bern. Sunt autem tres cause quibus deum
diligere debemus. Est enim diligendus deus

Virgil. de vita clericorum [illegible] Non dico vos habere amores [illegible]
si vos habeatis aliud impedimentum [illegible]
[illegible]

toto corde quia creator / tota anima qua
[illegible] ut dicitur [illegible] 21. Secundo
castitas est gemma super omnes gemmas
quia dicitur Eccl. 26: Non est digna
ponderatio continentis anime. Et nota quod ca-
stitas est thezaurus cuius valor inesti-
mabilis in deo summe amandus. Et
ideo dicitur Matt. 13: Simile est regnum celorum
thezauro abscondito in agro. Et est
thezaurus in vase fragilissimo et ideo
summe conservandus. Nam dicit Apostolus
2 Cor. 4: Habemus thezaurum istum
in vasis fictilibus. Unde Bernardus: maior
est in carne incorruptibili [illegible] casti-
tatem / Est thezaurus contra hostem ma-
lignissimum et ideo summe tuendus.
Sicut videmus quod laudabile est castrum
defendere contra hostem fortissimum de-
bile / Tertio castitas habet excellentiam solis
super omnes stellas quod figuratur per
thronum [illegible] grandem
ut dicitur 3 Regum 10. Et nota
quod ebur est frigidum et solidum
et candidum / Frigidum contra [illegible]
candidum per [illegible] solidum
per firmitatem [illegible] Et nota quod ebur
in panno lineo et mundo involvatur
[illegible] ne incendatur igne sic
[illegible] castitas mentis / servat enim corpus
[illegible] ab incendio libidinis. Et nota quod
castitas habet fructum [illegible]
[illegible]
Primo ergo castitas habet fructum [illegible]
Et nota quod triplex est fructus scilicet tricesimus
quem habet castitas coniugalis et sexa-
gesimus quem habet castitas virginalis ut
dicitur Luc. 8. / Quarto enim castitas habet
[illegible] motum / [illegible] enim [illegible]
deum scilicet currendo / natando / et volan-
do / Currit enim castus per bonam operationem
natat per internam devotionem / et volat per
supernam contemplationem / et sequitur agnum
quocumque ierit / Apoc. 14. Quinto castitas
habet pulcherrimam significationem. Non enim
solum habet aureolam [illegible] primum
essentialem et accidentalem. Et nota quod triplex
est aureola / scilicet virginum / martyrum / et
doctorum / Virginum florea / martyrum gem-
mea / doctorum aurea / Aureola vir-
ginum est florea. Unde dicitur Canticorum
4: Veni de Libano sponsa mea
veni coronaberis scilicet aureola castitatis quia
in scriptura castitas flos dicitur merito
corona casti de floribus datur. Et nota
quod castitas adinstar floris solo tactu
marcescit / quia tactus impudice de-
lectationis castitatem corrumpit. Et flos
tantum sole [illegible] decorem suum ostendit.
Nam flos ut videmus de nocte clauditur

Non

De aureola

Qui dicit ipsa [illegible] a [illegible] clericum [illegible] plenius quod apud [illegible] [illegible] habetur dudum apud [illegible] [illegible] [illegible] nullo modo [illegible] [illegible] [illegible] quod non [illegible] [illegible] [illegible]

et oriente sole radium expanditur. Sic licet vel casti de castitate in corde deo non coram hominibus gloriantur. Unde apostolus I Cor. primo: Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Armilla gemmea est memoria. Nam dicitur in psalmo: Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso. Armilla decora est aurea. De qua dicitur Gen.: Armilla aurea super nutrimentum eius. Item nota quod castitas indiget speciosa cinctura. Speciosa punctura. Castitas indiget scilicet habere clausuram studiosam. Nam dicitur Canticorum IIII: Ortus conclusus soror mea sponsa. Et nota quod in orto bene clauso non potest intrare nisi de alto. Sic in homine casto qui licet clausuram continencie nullum desiderium licet intrare ad ipsum nisi celeste. Sed in si ortus clausus bestiis plenus est clausura parum prestat. Sic plus nocet quam prodest ista quando bestiales motus libidinis strepunt in mente parum ad nichil valet clausura castitatis. Et ideo sponse dicitur Canticorum IIII: Non solum ortus conclusus sed fons signatus propter puritatem mentis. Secundo castitas debet habere cincturam preciosam. Unde dicitur Luc. XII: Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris. Et nota quod Daniel vidit virum accinctum renibus auro obrizo quod est aurum valde preciosum ut dicitur in Job in Apok.: Vidit filium hominis precinctum ad mamillas zona aurea. Vel cinctura renum signat corporis castitatem zona vero aurea inter mamillas significat mentis. Quia ut dicit philosophus in libro de anima: Cor hominis est inter mamillas aliquantulum declinans ad sinistram. Item castitas debet habere preciosam. Sicut enim candor maius albedo est caput et finale aliorum colorum ut dicit philosophus. Sic candor spiritualis id est castitas est caput et finamentum aliarum virtutum et earum honor ut dicit Gregorius [illegible] non est [illegible] quod bonum opus sit castitas.

Est tractatum de peccatis et generalis est dicendum de virtutibus donis beatitudinibus fructibus. Ista quatuor sunt quedam specialia intima ad implendum precepta divina vel consilia evangelica. Differunt autem ista quatuor per hunc modum quod virtutes faciunt operari perfectorum fructus faciunt operari delectabiliter seu delicate. Et nota quod virtutes sunt septem. Tres theologice scilicet caritas fides spes. Quatuor cardinales prudencia temperancia fortitudo et iusticia. Differunt autem quia theologice habent deum nobilissimum obiectum.

Virtutes autem cardinales habent bonum creatum pro obiecto. Propterea virtutes theologice magis respiciunt vitam contemplativam et ordinant hominem ad deum. Cardinales vero pertinent ad vitam activam et ordinant hominem ad proximum. Et ideo iste dicuntur theologice id est divine a theos quod est deus et logos sermo quia principaliter sunt ad deum. Sed cardinales dicuntur a cardine in quo vertitur hostium quia principaliter respiciunt vitam activam que tota est mobilis super cardinales virtutes. Unde tres virtutes theologice pertinent ad Mariam que intendit circa unum bonum increatum quod non auferetur nec mittetur. Luce X. Cardinales vero ad Martham que intendit circa multa et turbatur circa plurima scilicet bona creata. Nota loca scripture ubi reperiuntur virtutes dona beatitudines et fructus. Tres theologice virtutes ponuntur I ad Corinthios XIII: Nunc autem manent fides spes caritas hec tria. Quatuor vero virtutes cardinales ponuntur Sap. VIII scilicet sapientia sobrietas doctrina et iusticia et virtus et fortitudo quibus utilius nichil est in vita ista hominibus. Dona vero spiritus sancti sunt donum sapiencie donum intellectus donum consilii donum fortitudinis donum pietatis donum sciencie et timoris. Ista autem dona ponuntur Ysaie XI: Et requiescet super eum spiritus sapiencie et intellectus et fortitudinis et replebit eum spiritus domini. Beatitudines autem octo scilicet paupertas spiritus vel mansuetudo luctus esuries misericordia mundicia cordis pax paciencia. Ista autem vero ponuntur Mathei V. Fructus vero sunt duodecim scilicet caritas gaudium pax paciencia longanimitas bonitas benignitas mansuetudo modestia fides continencia castitas. Isti ponuntur Galathas V. Virtus sic diffinitur in libro de spiritu et anima: Virtus est habitus mentis bene instituite. De virtute in communi nota specialiter tria scilicet eius speciosam comparacionem eius virtuosam operacionem eius generosam procreacionem. Comparatur virtus specialiter tribus scilicet ligno fructuoso lapidi precioso terrestri et celesti paradiso. Primo comparatur ligno fructuoso. Homo enim absque virtute est sicut arbor silvestris vel vinea que profert labruscas id est delectaciones carnales vel glandes que sunt cibus porcorum id est hominum immundorum vel demonum. Sed si ramus virtutis tali arbori fuerit insertus totam arborem trahit ad naturam suam et facit afferre fructus optimos qui letificant deum et angelos. Luc. XV: Gaudium est angelis dei super uno peccatore penitenciam agente. Hec est arbor pulcherrima cuius fructus est cibus universorum in ea. Daniel IIII. Secundo comparatur lapidi precioso. Sicut enim virtus que est in gemma facit nullum valere anulum. Sic virtus que est in viro facit eum preciosum multis peccatoribus. Nam dicitur Sap. VII: Nichil est quod amat deus nisi filium [illegible]. De isto lapide precioso dicitur Ecclesiastici:

Erit in eis scilicet in operibus bonis. Et tamen
hodie multum vilipenditur, quasi sic venalis
a paucis emitur. Sicut gallus qui in
sterquilinio invenit margaritam et granum
frumenti, neglecta margarita elegit granum
frumenti. Sic homo mundanus, neglecta vir-
tute, appetit bonum temporale et transitorium.
Et ideo est quia vilipenditur virtus quia
nescit homo pretium eius, ut dicitur Job xxviii.
Et propheta dicit: Salvator ait vobis nolite mit-
tere margaritas ante porcos, id est homines
immundos et mundanos, quia plus volunt
fructum carnalem et immunde [illegible] quam
hanc margaritam vel virtutem. Tertio comparatur
paradiso tam celesti quam terrestri. Terrestri
comparatur in tribus, scilicet in eminentia situs,
in opulentia fructus, in influentia fontis. Est
enim paradisus locus altissimus, ita quod aque
diluvii ad illum non pervenerunt. Sic viri
religiosi seu virtuosi vitam habent eminentem
ad instar paradisi, ita quod iniquitati [illegible]
[illegible] submergunt. Unde dicit Sapientie
in persona iusti viri Eccli. velut exaltata sum
[illegible] habitacionum mearum. Est secundo paradisus
locus fructibus opulentus, producit enim omne
lignum, omne pulchrum visu et ad vescendum
suave, Genesis ii. Sic iustus omne lignum pulchrum
visu per honestam conversacionem, ad vescendum
suave per bonam operacionem et internam
devocionem. Unde dicitur Eccli. xxiiii in
persona viri virtuosi: Et flores mei fructus
honoris et honestatis. Est nihilominus
paradisus terrestris locus irriguus, nam dicitur
Genesis ii: Et fluvius egrediebatur de
loco voluptatis ad irrigandum paradisum,
qui inde dividitur in quatuor capita.
Quatuor capita sunt iiii virtutes car- nota
dinales que a gratia dirivantur, scilicet iusticia,
temperancia, prudencia, fortitudo. Iusticia habet locum
in rebus [illegible] in quibus potest esse iusticia vel
iniusticia in rebus [illegible]. Prudencia habet locum
in rebus dubiis. Temperancia habet locum in
prosperis, fortitudo in adversis. Comparatur
deinde virtus paradiso celesti in quatuor. Est enim
paradisus celestis habitacio dei, locus gaudii,
locus lucis et locus ordinati amoris. Talis
est anima viri iusti et virtuosi. Nam ibi
est habitacio divine gratie, ibi est locus bone
consciencie, ibi est lux veritatis, ibi est ardor cari-
tatis [illegible] paradiso. Eccli. xl: Gratia sicut
paradisus in benedictionibus. Contra anima peccatoris
dicitur non paradisus sed potius infernus. Habet
enim iiii opposita bonis supradictis.
Ipsa est habitacio non dei sed demonum. Ipsa
enim loco gaudii habet tristiciam consciencie,
loco lucis habet tenebras ignorancie, loco
amoris ordinati habet ignem concupiscentie.
Unde de tali inferno dicitur Ysaie xxxiii: Quis
[illegible] habitabit tibi, id est anima peccatoris,
que est quasi locus inferni vel infernalis [illegible]
utique vel gratia [illegible] aliis libris sed

signo vel caractere, pretio vel pignori,
[illegible] vel unctioni. Virtus enim est signum
vel caracter predestinacionis. Sicut enim
pastor signat oves signo suo, quo oves
distinguit proprias ab alienis, sic deus
qui est pastor animarum nostrarum, Joh.
x, posuit signum in omnibus gratie
vel virtutis quo distinguit oves ab
hedis. De hoc signo dicitur Philippen.
iiii: Nolite contristare spiritum sanctum in quo
signati estis signo redempcionis,
scilicet gratie virtutis et veritatis. Est enim virtus
pignus vel pretium salutis. Sicut
enim qui habet pretium rem potest emere, et sic
qui habet aurum arram vel pignus
est certus de solucione, sic qui habet virtu-
tem vel graciam gratuitatis securus
est de eterna solucione. De hoc pignore
habetur Ephes. i: Signati estis
spiritu promissionis sancto qui est pignus
hereditatis nostre. Est nihilominus virtus
comparata unctioni regali. Sicut enim
reges qui promoventur ad regna terre-
na unguntur, sic deus electos suos
ungit virtutibus gratie ad optinenda
regna celestia et eterna. De hac
dicitur Joh. ii: Unctionem quam accepistis
a deo maneat in vobis. Non quod electi
qui habent unctionem virtutis reges
dicuntur [illegible] tamen quod deus
regnat in eis per gratiam, tamen quia
eis in hoc mundo omnia serviunt propter obe-
dienciam, namque eis cooperantur in bonum sancti
tam bona quam mala, tam pro-
spera quam adversa vel prospera. Item virtus
vel gratia [illegible] scilicet ar-
mature fortis, prebende nobilis et apte
possessionis. Virtus enim est armatura
tam fortis quod omnia vincat et
nunquam vincatur vel superatur. Homo enim
sine virtute est sicut homo inermis
in medio hostium suorum, id est inter prospera
et adversa [illegible] ledunt et superant.
Virtutem autem habentem vincunt [illegible] pro-
spera et adversa. Propter quod apostolus monet
dicens Rom. xiii: Induamur arma
lucis, id est arma virtutis, ut dicit glossa.
Virtus est prebenda nobilis quia fit ex
duobus, scilicet ex parte dantis et ex parte
recipientis. Ex parte dantis, sicut enim
papa et alii prelati conferunt [illegible]
collacionem pinguem vel prebendam
nobilem vel nobilem [illegible] collacionem
hanc nobilis prebende scilicet virtutis vel
gratie retinuit ad manum suam [illegible]
[illegible]
nullus alius habet has duas prebendas
conferre. Ex parte recipientis habet hanc
nobilitatem nobilis prebende quia pre-
benda [illegible]
nisi [illegible]. Unde dicit
[illegible]

plus de talibus nimis quam anima i predes
quam msti. Virtus vero gratie possessio
optima. Sicut enim bene sedet possessio
que est propinqua muro civitatis, sed
optime que est intus in muros propter securi-
tatem clausure vel habitacionis. Sic per
optime sedet virtus que est in secreto
cordis. Unde narrat Seneca de quodam
philosopho cuius uxore capta et liberis cum
solus ex incendio evasisset interrogatus
a tyranno quid amisisset dixit nichil
inquam perdidi. Nam bona mea mecum
sunt bona scilicet interiora. Sicut enim virtu-
tes vel gratia non possunt auferri
ut vulgo dicitur, nec per ventum nec per
gelu. Unde dicitur in psalmo Omnis gloria
eius filie ab intus. Filia regis est
anima fidelis cuius tota gloria est de
interiori possessione virtutis.

Caritas est dilectio qua diligitur
deus propter se et proximus propter
deum, ut dicitur libro iii° Sententiarum.
De caritate non specialiter tracta, scilicet eius
typum figuralem, eius actum virtualem
eius fructum finalem. Circa primum sciendum
quod multiplex est typus vel signum. Cui
caritas comparatur. Comparatur enim primo
auro probato, ferro ignito, vino condito.

Auro probato

Nam sicut aurum in valore excedit
omnia metalla, sic caritas excedit
omnes virtutes et omnia opera bona. Prima
Cor. xiii° Maior autem horum est caritas.
De hoc autem auro probato dicitur Apocalypsi iii° Sua-
deo tibi emere aurum ignitum et probatum
ut locuples fias. Caritas est etiam

Ferrum ignitum

sicut ferrum ignitum quod est molle
et ductile, frigidum vero durum est
rebelle. Sic anima sine caritate est dura
et rebellis per maliciam, ignita vero cari-
tate est ductilis per obedientiam et mollis
per misericordiam. Unde caritas de corde lapi-
deo facit cor carneum id est dulce et pium.

Vinum conditum

Eccl. xxvi° Caritas nichilominus est
vinum conditum quod dicitur nectar. Nam
vinum nectareum vel conditum est dulce
acutum et forte. Et hiis tribus que habet
vinum conditum conveniunt triplex modus
diligendi deum. Diligendus est enim
deus fortiter, prudenter et perseveranter,
ut dicit Bernardus super Cantica. Autem caritas excedit vi-
num quodcumque dulce vel conditum, quia
caritas est a deo dulcis quod omne animal
dulcescit cum vino caritatis. Hoc est vinum
de quo dicitur Cant. viii° Dabo tibi po-
culum ex vino condito. Deus enim potat animam
devotam vino caritatis et inebriat nectare
sui dulcis amoris. Item caritas comparatur
aliis tribus scilicet avi predam rapienti,

Avis

Nam mare naviganti, et morti carnem perimenti.
Caritas enim est sicut avis generosa que vivit
de preda sicut accipiter falco. Iste namque aves
vix vel numquam tangunt nisi querendo sum
simpliciorem victum, iuxta quod precepit dicit Apostolus
ad Thimotheum vi°, Habentes alimenta et quibus
tegamur hiis contenti simus. Sicut etiam
aquilam nulla avis effugit, sic caritatem
nullum boni opus evadit. Hec est aquila
grandis magnarum alarum sicut dicitur Ezechiel xvii°.
Ale eius sunt due scilicet dilectio dei et proximi.

Navis

Caritas etiam est sicut navis maris. Sicut enim navis
non vadit nisi quo ducit eam flatus venti, sic
quem habet caritatem navigando per mare huius
mundi solum ducitur per flatum spiritus sancti.
Sicut analia alia. De quibus dicitur Ezechiel p°
ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur.
Hec est navis de qua dicitur Proverbiorum ultimo, et facta
est sicut navis institutoris id est mercatoris sicut
quod dicit Papias. Caritas est nichilominus

Mors

sicut mors, ut dicitur Cant. viii° Fortis est
ut mors dilectio. Nam sicut mors perimit
carnem, sic caritas carnalitatem. Et sicut
mors aufert sensum mortuo, sic caritas
facit hominem insensibilem mundo. Et sicut
mors facit ut pulvis id est corpus revertatur
in terram suam, et spiritus redeat ad deum
qui dedit illum, ut dicitur Eccl. xii°, sic cari-
tas facit considerare corporis fragilitatem
et facit desiderare sempiterna spiritus felicitatem.
Item caritas aliis tribus comparatur. Est enim cari-

Funis

tas sicut funis bene tortus est valde fortis,
sicut canis bene doctus, sicut later bene coctus.
Caritas enim comparatur funi bene torto. Nam
sicut funis bene tortus est valde fortis, sic cari-
tas est indissolubilis. Unde dicit Apostolus Romanos
viii° Quis nos separabit a caritate dei
quasi dicat nichil. Et hec caritas est omni fu-
ne fortior. Non est enim aliquis funis qui
non valeat rumpere gladius vel ignis.
Caritatis autem vinculum non potest rumpi nec igne
tribulationis nec gladio mortis. Iste funis
caritatis indissolubilis componitur ex tribus funi-
culis, scilicet de corde puro et conscientia bona
et fide non ficta, ut dicitur prima Thimotheum p°.
Hic est enim ille funiculus triplex qui diffi-

Canis

cile rumpitur, ut dicitur Eccl. iiii°. Caritas enim
comparatur cani bene docto ad venacionem.
Sicut enim canis sequens predam non
sentit spinam, sic qui caritatem habet
et sentit odorem paradisi, quasi non sentiet
spinam id est tribulationem huius mundi, iuxta illud Proverbiorum
xxiii, potest dici quod scribitur Proverbiorum xxiii°
Vulneraverunt me et ego non dolui, traxe-

Later

runt me et ego non sensi. Comparatur
etiam nichilominus lateri bene cocto. Sicut
enim later bene coctus facit solidum fundamentum,
et si male coctum ruinosum est. Sic
homo bene coctus per caritatis incendium
habet optimum et firmissimum fundamentum. De quo
dicit Apostolus Ephesios iii° In caritate radicati

Primo ad Romanos epistola. Castitas sine caritate lampas est sine oleo. Subtrahe oleum lampas non lucet. Tolle caritatem castitas non placet.

et fundati. Sed lateres male cocti, i. homines tepidi
et modice caritatis cito conteruntur et dissolvuntur in
lutum carnalis concupiscentie. Tales lateres male cocti
sunt lateres Egipti qui sola palea dicuntur fuis-
se cocti ut legitur Exo. v°. Item caritas comparatur
aliis tribus scilicet arbori vel ligno, oneri vel iugo,
glutino vel cemento. Caritas est sicut ar-
bor vel lignum fructuosum in quo pendet
fructus pietatis, flores honestatis, folia
utilitatis. Et sicut de arbore resecantur ramu-
sculi ut arbor melius crescat et proficiat, sic
resecandi sunt mores inordinati ut arbor
dei fortius invalescat. Unde bonus agrico-
la vel ortolanus purgat palmitem feren-
tem fructum ut plus afferat, Joh. xv°. Ca-
ritas enim est sicut onus leve et iugum suave.
Est enim onus leve et alleviatum sicut penna
avibus, et sicut in equis. Nam sicut avis cum
onere volat citius, et equus cum onere quadri-
ge portat duplum facilius, sic onus pene
et tribulationis facilius et perduplum portatur
cum alleviato onere. Ipsa enim iugum est su-
ave, et causa huius suavitatis est quia
Christus in cruce subiit illud iugum et adhuc
sub eo vult esse nobiscum, unde ipse portat
quasi totum pondus vel maiorem partem ponderis,
et ideo non est mirum si iugum caritatis est sua-
ve propter quod Christus dicit: Iugum enim meum suave
est et onus meum leve. Caritas nichilominus
est sicut glutinum vel cementum. Nam sicut
glutino iunguntur asseres et cemento lapides,
sic caritate iunguntur fideles. Hoc glutino vel
bitumine linita fuit intra et extra archa Noe, Gen.
vi°. Unde si archa ecclesie non perirent ut in-
terius glutini esset in fidelis constringendi. Hoc
enim viscoso cemento iunguntur lapides vivi
in spirituali edificio et cum isto cemento fit
murus ecclesie fortissimus sine quo etiam ecclesia
esset acervus lapidum ruine propinquus, sicut dicitur
Ysaie v°: velut in acervo lapidum erit. Item cari-
tas designatur et comparatur aliis tribus, scilicet
fonti naturali, vesti imperiali, igni spirituali. Et
primo caritas est sicut fons naturalis. Sicut
enim aqua fontis naturalis in hyeme est calida,
sic caritas fervet in tribulatione. Et sicut aqua
fontis est frigida intus cum tamen invalescat
estus. De hac aqua fontis invitat dicens Joh.
iiii°: Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum, quia
ut volgo dicitur talis aqua inflat que non
saciat. Ibidem: Aquam quam ego dabo fiat
fons aque salientis in vitam eternam. Cari-
tas enim est sicut vestis imperialis de qua
dicitur Mt. xxii°: Et ille qui ea caruit ejec-
tus fuit de nuptiis. Sic qui non habuerit
caritatis tunicam non veniet ad eternam vitam.
Et non solum vestis imperialis a maiori purpure
commendatur a quibus consueverunt commendari vestes
imperiales, scilicet ab artifice, a materia, a colore,
a fragrancia. Commendatur ergo vestis caritatis
ab artifice, quia magno studio operatus adhuc
fuit illud. Prov.: Amicitiam meam gentibus
studia eius. Hec enim sunt studia
divina que apponit in nobis caritatis
indumenta. Commendatur etiam hec vestis
a materia, nam alie vestes fiunt vel
de velleribus animalium ut vestis lanea,
vel de corticibus herbarum ut vestis linea,
vel de visceribus vermium ut vestis seri-
cea. Vestis autem caritatis fit ex
igne Spiritus sancti et de visceribus Christi,
unde sicut dicit Apostolus Rom. xiii°:
Induimini dominum Ihesum Christum. Commendatur
etiam hec vestis a colore. Est ad dux
color huius vestis, scilicet byssus purpureus,
et sicut rubeus color optime sedet
super byssum vel candidum, sic cari-
tas stat super hominem castum. Prov. xxxi°:
byssus et purpura indumentum
eius. Commendatur a fragrancia, Canti. iiii°:
Odor vestimentorum tuorum sicut
odor thuris. Et ideo qui hanc
vestem portat meretur benedictionem sicut
Jacob, Gen. xxvii°: Statim ut sen-
sit Ysaac odorem vestimentorum fragranciam
benedicens ait: Ecce odor filii mei sicut
odor agri pleni. Caritas paciens est,
benigna, non emulatur, non agit perperam,
non inflatur, non est ambiciosa, non
querit que sua sunt, non irritatur, non
cogitat malum, non gaudet super
iniquitate, congaudet autem veritati, omnia
suffert, omnia credit, omnia sperat,
omnia sustinet. Caritas numquam excidit.
Item vestis caritatis habet duas pecias
et sedecim fimbrias vel acpas. Est
enim partita sicut tunica nobilis
domicelli. Due pecie eius sunt dilectio
dei et proximi. In parte dextra est pecia
dilectionis dei, in sinistra dilectionis
proximi. Una est de bysso alta de
purpura. In indumento eius quasi sagitte
ponuntur. Luc. x°: Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo. Sedecim fimbrie
vel acpe ponuntur sicut supra dictum est scilicet
ibi: Caritas patiens est etc. I Cor.
xiii°. Caritas comparatur igni in decem.
Nam primo ignis est virtuosior omnibus
elementis. Sic inter omnes virtutes ef-
ficacior est virtus caritatis. Luc. xii°: Ignem
veni mittere in terram. Sed hic autem caritas
excellit ignem, quia aqua extinguit
ignem materialem. Sed aque multe non
potuerunt extinguere caritatem ut dicitur
viii° Cant. Secundo ignis ardet et
lucet, sic caritas ardet in homine per
affectum et lucet per opera ut Johannes Baptista

Margin notes: Lignum; Iugum; Cementum; Fons naturalis; Vestis imperialis; Ignis

Hebr. xi. Sine fide impossibile est placere deo
ps. 32 omnia opera eius in fide

De quo dicitur quod ille erat lucerna ardens
3 et lucens. Tercio ignis frigidum accendit
ut eciam carbonem extinctum. Sic man-
dinum caritatis expellit ab homine gelu a-
naticie et eciam mortem culpe et facit
sic viue carbonem extinctum. Vnde dici-
tur Joh. iijo Translati sumus de morte ad vi-
tam quoniam diligimus fratres. Caritas enim
4 memerat Sic vtus z merendum eius
redigit hominem in cinerem humilitatis. Vnde
dicebat Abraham Gen. xviijo loquar
ad dominum meum cum sim puluis et cinis.
5 Quinto ignis semper tendit sursum sic
caritas facit ascendere sursum vel ad ce-
lum per desiderium. Vnde dicebat apostolus
philippen. primo Cupio dissolui et es-
se cum Christo. Sexto ignis semper est in mo-
6 tu, sic caritas est in alieno bono actu.
Nam sicut dicit Gregorius Amor dei numquam est
ociosus operatur enim magna si est sed
vbi amor non est renuit operari. Septimo
7 ignis aufert rubiginem ferro vel feri,
sic caritas tollit rubiginem peccati. Vnde
dicitur Deut. iiijo Deus autem noster ignis est
usque ad consummacionem deuorans scilicet ru-
biginem peccati per penam dilectionis. Octauo
8 ignis scintillas emittit, sic caritas men-
te deuota scintillas celestium desideriorum
emittere facit. Sicut legitur Daniel. ixno
vir desideriorum es. Nono ignis facit
9 ollam feruere, et olle feruenti non muscae
insident. Sic mens que per caritatem feruet
muscas temptacionis non timet. Dyabolus
autem propter infestacionem temptacionum
alio nomine suo vocatur Beelzebub qui inter-
pretatur deus vel princeps muscarum. Luce xjo Decimo
ignis facit lampades a muscis...
namque cum lampadem extinctam conspicit
mox bibit oleum, sed ipsum non audet fugere
quando conspicit lampadem ardere. Sic caritas
ardens in animo oleum gratie custodit a
spiritu maligno. Hoc oleum habent pru-
dentes virgines in suis lampadibus, hinc
ut cum sponso valeant ad nupcias in-
trare. Capitulo vicesimo quinto
Fides est virtus qua ea que ad fundamentum
religionis pertinent firmiter creduntur.
Ro. iiijo Similiter De fide non sperata
tra scilicet eius typum speciosum, ac
actu virtuosum, eius fetum gratiosum.
Primo dico quod habet typum speciosum vel
figuram multiplicem, cum allegatur vel
premitur et congrue comparatur. Et primo
comparatur tribus scilicet Arche testamenti stel-
le firmamenti et petre fundamenti. Fides
enim est sicut archa testamenti. Nam dicitur
Iosue iiijo propiciatorium non excedit archam
et archa propiciatorium. Sic per fidem habe-
mus propiciacionem peccatorum et numquam sine fide.
Archa testamenti
Stella firmamenti
Fides enim est sicut stella firmamenti
et precipue dicitur stella maris quia omnes nauigantes
portum gratie sine salute. Dicitur eciam stella
matutinalis quia preuenit solem iustitie.
Dicitur insuper stella orientalis que ducit
reges spirituales et facit eos Christum videre sicut
illa duxit magos. Mathei ijo Fides eciam est sicut
petra fundamenti. Nam sicut edificium est Petra fundamenti
solidum quod est super fundamentum petre
locatum, sic structura virtutum et omne spirituale
edificium optime locatur super fidei edificium
sicut fundamentum. Unde dicit Dominus Petro Mathei
xvj Super hanc petram edificabo ecclesiam
meam. Item fides aliis tribus rebus comparatur
significatur enim per mundum speculum, per dextrum
oculum, et per sponse anulum. Fides namque Speculum mundi
comparatur speculo mundo. Anima sicut res magne
in modico speculo cernuntur, sic maiestas et
magnitudo diuina in speculo fidei conspicitur.
Nam ipsa est speculum sine macula ut dicitur Sap.
Fides eciam comparatur oculo dextro. Sinister Oculus dexter
oculus est racio que solum de naturalibus iudicat.
Dexter vero est fides que omnia tam naturalia quam
supernaturalia credit et in obsequium Christi captiuat
ut dicit Apostolus ij Cor. xo. Et sicut qui amisit
oculum dextrum inutilis est ad bella, quia scuto operit
sinistrum, et nullum habet oculum quo videat fe-
rire vel cauere aduersarium, sic qui non habet
fidem inutilis est ad pugnam spiritualem. Unde
Naas dixit viris Iabes in hoc feriam vobiscum fedus
ut eruam omnium vestrum oculos dextros. j Regum
xjo Naas interpretatur serpens vel coluber et
signat serpentem antiquum id est dyabolum qui
nititur eruere oculum dextrum id est fidem ut ad
bellum spirituale reddat hominem inutilem. Spe-
cialiter est corvus infernalis qui cum cadauera inuenit
primo oculum inuadit. Fides insuper comparatur Anulus
anulo quia sicut in subarracionem anulus in di-
gito ponitur sic fides ornat racionem que
per digitum intelligitur, quia discernit, et sic anima
a deo spiritualiter desponsatur. Nam dicitur Oseae
Desponsabo te michi in fide. Anulus ille argen-
teus potest dici anulus, eo quod fides adinstar ar-
genti per veram euocat cognicionem et resonat
per puram confessionem. Unde dicitur Rom. xo Corde
creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad sa-
lutem. Iterum fides aliis comparatur, scilicet
signo vexillari, scuto militari et radio
solari. Fides est sicut vexillum regis. Vexillum
Nam sicut vexillum regis monstrat quod rex
est presens in arce ut terreantur hostes, sic
fides est signum quod rex regum scilicet deus
presens est in pugna vel temptacione ut fu-
giant demones. Et ideo dicitur j Petri v
Cui resistite fortes in fide. Sicut enim
vexilla regis in signum domini regis in arce
ponuntur, sic fides locatur in arce mentis scilicet
in eminencia racionis. De hoc vexillari signo
dicit Ysaie xjo leuabit dominus signum in na-
ciones id est fidem super credentibus. Fides est Scutum
sicut militare scutum. Nam sicut scutum
portatur ad sinistram partem, sic fides precipue
confirmat hominem contra aduersitatem. Et sicut
scutum portatur a parte cordis, quod est in
sinistra parte hominis, sic fides est armatura
hominis mentis. Et sicut scutum est

Sol.

Pet. fid.

Speculum mundi

Oculus

Columpna

Aurora

Anulus

Primor.

Idioma

Oculus

Sanguinem ita fides credit deum trinum et unum. Dehic sancto dicit apostolus Ephesi vi o in omnibus sumentes scutum fidei. Item fides inchoatiua est sicut sol vel radius solis. Nam sicut sol videtur solum propriis radiis, sic deus videtur solum fidei radio, qui solum humi vitatis et lumen rationis naturalis videre ambo dicit per ipsos que fidei sunt piscatoribus creditur non dyaletic. Dehic lumine et radio fidei potest intelligi quod dicit: Dulce lignum et delectabile est oculis videre solem. Tamen non quod sol non videtur in sua propria rota nisi ab aquila. Sic deus non videtur in sua essentia nisi ab anima valde devota et primis contemplationibus elevata. Item cecus non videt solem, sed tamen credit videnti, nec videt viam et tamen credit eam se ducenti, nec videt locum profundum et tamen credit baculo tangenti et temptanti. Ita simplices qui per se ceci non sunt ut videant, videntibus prelatis et pastoribus se firmiter committere debent, sicut cecus committit se ductori, et sicut ovis committit se pastori. Sic quod ductores vel doctores ceci non sunt et ignorantes. Contra dicit veritas apud Christum: Si cecus ceco ducatum prebet, ambo in foveam cadent. Item fides aliis comparatur rebus, scilicet columpne sacramentali, aurore spirituali et luci primordiali. Et fides namque est sicut columpna illa que precedebat populum in exitu de Egipto. Nam illa ex parte erat quasi lucida, et ex parte Egipciorum tenebrosa. Sic fides credentibus lucet, infidelibus obscura, quia ipsi sunt rebelles lumini. Unde dicit Job xxiiii. Et fides etiam est aurora. Nam sicut aurora est exosa latronibus, sic fides est exosa demonibus, qui scilicet sunt latrones animarum. De ipsis enim dicit Job xxiiii: Si subito apparuit aurora arbitrantur umbram mortis. Et fides inchoatiua est sicut lux primo creata. Nam sicut ipsa primum opus in mundo maiori est, sic fides prima virtus in maiori mundo, hoc est in corde humano. Et ideo cum sit primogenita spiritualis merito dici sicut antiqui primogeniti benedicebantur. Unde de talibus dicitur: Qui ex fide sunt benedicentur cum fideli Abraham. Item non quod fides obligatur quod sit commenda, scilicet habere vera scilicet veridicam confessionem, ~~scilicet~~ magnificam devotionem, katholicam perfectionem. Primo ergo fides debet habere veridicam confessionem, scilicet ut vero dicat, ne aliud dicat, aliud credat, aliter credat, aliter vivat, ut sic fides sit viva non mortua, que tamen non est nisi equivoce, ut homo mortuus non est homo. Illa res etiam ficta non est proprie res dicenda. Sicut leo pictus non est leo verus, denarius fictus sicut ille qui est de auricalco, qui dicitur eo denarius non est verus denarius. Tales sunt ficti et ficti. Unde de quibus dicit ad Titum i: Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Tales sunt sicut chimera que est res fides per operibus mortua est

vel ficta et in nichil est in rerum natura. Et fides vendita est que vere dicat sic vivendo sicut credit, sic credendo sic dicat. Talis est moneta vel ad emendum paradisum, et vel arbor et grossa ad producendum frondes divine delectionis et folia salutifere confessionis, flores honeste conversationis. Secundo fides debet habere magnificam devotionem. Et est notandum quod fides dicitur magnifica esse in tribus. Primo ut in solo deo credat, si naturalis racio contradicat. Talem fidem habuit Abraham qui vetulus de vetula et sibi contra omnem rationem credidit deo promittenti quod haberet semen in quo benedicentur omnes gentes, id est dominus deus Christus. Credidit deo Abraham et reputatum est illi ad iusticiam. Talem fidem non habuit Thomas qui noluit credere quod surrexisset a mortuis nisi oculis videret et manibus contrectaret. Tales sunt illi qui nolunt credere nec mutuo credere nisi sub bono pignore. De tali fide modica dicit Gregorius: Et fides non habet meritum cui humana racio prebet experimentum. Secundo fides est magna si in adversitate non deficiat, sed tamen plus invalescat. De quo dicit Salomon in Matheo: Si habueritis fidem sicut granum sinapis. Granum sinapis quanto plus teritur, tanto fortius viget. Tales fides sunt illorum qui per fidem vicerunt regna, ludibria, verbera, vincula et carceres. i Joh v: Hec est victoria que vincit mundum fides vestra. Talem fidem non habuit Petrus quando videns ventum validum timuit. Cui dixit Salvator Math xiiii: Modice fidei quare dubitasti. Sic multi infideles ventum validum tribulationis cum vident, statim turbantur et incipiunt in mari, quod est mare mortiferum in quo nullus potest vivere. Tercio fides est magna si homo propter dilacionem petere non desistat quousque obtineat. Talem fidem habuit mulier Chananea que cum frustra a Christo repulsa, non cessavit a petere quousque fuit exaudita. Unde dicit Salvator Math xv: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Contra ut vero dicit ... differtur aufertur. Item fides debet habere perfectionem katholicam et notandum quod katholica perfectio catena ... duodecim articulorum fidei quae in symbolo apostolico continetur scilicet in duodecim articulis. Qui xii sunt apostoli convenientes et apostolus posuit in symbolo suum articulum. Petrus autem dixit: Credo in deum patrem et ... pertinet ad patrem. Et est sciendum quod aliud est credere in deum

Magnifica

In solo deo credit

Propter adversitates non deficit

Propter dilacionem petere non desistit

aliud credere deo / credere deo est credere
quod vera sunt que dicuntur a deo et sic
possumus credere et credimus petro et pau-
lo Sed credere in deum ut dicit Augustinus
est credendo amare credendo in eum
per amorem ire et membris eius incorpo-
rari Pro de isto articulo enim dicit
Patrem omnipotentem Quia ipse est
deus non deest ei bona voluntas et
[illegible] non deest sibi bona potestas im-
plendo quod promittit quia dicitur in psalmo
Omnia quecumque voluit dominus fecit Andre-
as dixit / Et in ihesum christum filium eius
unicum dominum nostrum Iste articulus pertinet ad
divinitatem filii Et notandum quod dicitur christus
dicitur dominus noster quia ipse dominatur nobis
duplici iure scilicet creationis quia nos
creavit et fecit / et iure redemptionis
quia nos magno precio scilicet sanguine
suo redemit ut ait apostolus [illegible]
[illegible] Empti enim estis precio magno
Iacobus maior dixit Qui conceptus
est de spiritu sancto natus ex maria virgine
Iste articulus primus est qui pertinet ad huma-
nitatem Et notandum quod ceteri carent in
conceptione culpa et ideo dicitur christus de spiritu
sancto conceptus quia sine culpa fuit
quod spiritus sanctus fecit in natura dei filii
Carent etiam pena et ideo dicitur de virgine natus
quia nullam penam sensit nec dampnum
sustinuit quia virgo peperit et post partum
virgo permansit Etiam in hoc vero decet
omnibus filiis ut nullum dampnum inferant
matribus ut progenitoribus suis Iohannes
dixit Passus sub poncio pylato cruci-
fixus mortuus et sepultus. Iste est secundus articulus per-
tinens ad humanitatem Et notandum minor in
hoc articulo pro quibus et in quibus non solum
grati esse debemus redemptori nostro
sed etiam spiritualiter ipsum in [illegible] quatuor
imitari Christus enim est passus ut nos
patiamur scilicet [illegible] patiam in adversita-
tibus et tribulationibus nostris / Christus etiam crucifixus
est ut nos per penitentiam crucifigamus car-
nem nostram cum viciis et concupiscentiis
Christus etiam mortuus sed in cruce ut in [illegible]
peccare usque ad mortem perseveremus Christus
[illegible] sepultus est ut sed nos
[illegible] mortalitatis consideremus et cu-
[illegible] mortalitatis ad carnes [illegible]
sale superbiam condiamus quia carnes
[illegible] putrescunt et corrumpuntur nisi sa-
le condiantur. Thomas dixit Descendit
ad inferna Iste est articulus tercius pertinens
ad humanitatem. Descendit autem christus ad inferos
[illegible] ut extraheret suos de limbo
[illegible] magna [illegible] nostram quia nos
[illegible] christum ad celum et christus
est secutus hominem ad infernum salvare
ad eum liberandum Iacobus minor dixit
Tercia die resurrexit a mortuis Iste est
quartus articulus pertinens ad humanitatem Et notandum
quod christus resurrexit tercia die ut nos a
[illegible] resurgamus in tercia die [illegible]

scilicet contritione confessione et satisfactione / Phili-
ppus dixit Ascendit ad celos sedet ad dex-
teram dei patris omnipotentis inde venturus est iudicare vivos et mortuos.
Iste articulus est quintus ad humanitatem pertinens Et
notandum quod ea que sunt in hoc articulo / scilicet ascensio christi
ad celos et adventus ad iudicium magnam
fiduciam nobis ingerit quando sciamus quod ad-
versarium nostrum iudicare non indubitabit / Bar-
tholomeus dixit Credo in spiritum sanctum etc. Credo
quod spiritus sanctus est in se et in deo sanctus / quod
non est solum sanctus sed etiam alios sanctificat
scilicet Et iste est primus articulus qui pertinet ad
spiritum sanctum in patre et deo in filio / Primus quod
ad ipsum pertinet in patre est sanctificatio Unde
primus articulus eius est ut dixit Credo in spiritum
sanctum Credo quod spiritus sanctus qui in se sanctus est sancti-
ficat etiam per gratiam et bonitatem suam quia
ipse bonitas est / Matheus dixit Sanctorum
communionem Iste articulus pertinet in patre sanctorum
communionem id est unio membrorum in corpore ecclesie ad
caput scilicet ad christum et alia membra in corpore
naturali id est fidelium communio Sicut enim corpus
hominis unit membra corporalia Sic spiritus sanctus
unit membra spiritualia id est fideles in corpore
mistico quod est ecclesia Unde secundus istius articulus est
Credo sanctorum communionem id est credo quod sancti id est fideles
tamquam unius corporis ecclesie membra communicant id est uni-
untur sibi et capiti suo et hoc per spiritum sanctum
Et notandum quod triplex est communio quam fideles habere
debent adinvicem / scilicet communio unius corporis
quia sunt unum corpus et communio spiritualis
societatis venit / quod quilibet qui est de corpore
ecclesie particeps sit in omnibus bonis que fiunt
in ecclesia Tercia communio est mutue supportationis
quia unus debet portare onus alterius scilicet
mala per patientiam et bona communicare per eleemosy-
narum largitionem unde dicitur Galatas vi Alter
alterius onera portate Symon dixit Re-
missionem peccatorum id est credo Iste est articulus tercius
pertinens ad spiritum sanctum quia per spiritum sanctum
qui est benignitas peccata in baptismo et
in penitentia remittuntur Et notandum quod peccata remit-
tuntur et lavantur quantum ad penam Iudas
Thadeus dixit Carnis resurrectionem
Iste est articulus quartus pertinens ad spiritum sanctum
in futuro quantum ad remunerationem corporum
Et notandum quod in seculo regnum potest cuilibet
reddere equum si contingat eum mori in bello / pro
quo miles solet eum exponere pro ipso rege et du-
ce suo Sic nos christum nostrum id est corpus
proprium sepe possimus exponere pro christo / quia
ipse potest equum reddere id est corpus resuscitare
Mathias dixit Vitam eternam Amen Iste
est quintus articulus et ultimus pertinens ad spiritum
sanctum in futuro quantum ad remunerationem anime
vel utriusque Et notandum quod si solliciti sunt homines
ad providendum huic misere vite transitorie
multo magis debent esse solliciti ad providendum
illi vite que numquam petit sine habere
Unde sciendum quod tribus modis providetur
huic temporali vite scilicet mendicando / laborando
~~[illegible]~~ [illegible] accipiendo sibi enim non
est locus mendicandi Sicut patet de divite
epulone qui voluit mendicare guttam

et non potuit habere luc. xvi° ibi etiam
non est locus laborandi ideo igitur
venit ~~nox~~ nox quando nemo potest
operari ibi in inferno non est locus
multiplicandi acquirendi vel emendi sicut
patet de fatuis virginibus que voluerunt
lampadibus suis vel emere oleum et non
potuerunt habere Et ita qui non vult
hic providere pro bona opera egestatem
eternam patietur in illa vita eterna
Ideo dicit Salvator mt vi° primum querite
regnum dei et omnia hec adicientur
vobis

Spes est future beatitudinis expectatio ex dei gratia et ex meritis
precedentibus ut dicit Magister Spes
de re non visa / scilicet eterna compassionis
eternum gratiarum / fructus operationis
divino igitur spes comparatur tribus Spes
enim est sicut columpna domum
sustinens Sicut galea caput firmans
Sicut Anchora navem firmans
Spes itaque est sicut columpna que
domum sustentat Nam columpna debet
esse solida et de forti ligno non fra-
gilis et vacua sicut arundo Sic spes
que est in mundo vacua et fragilis est
et est de arundine et ideo fiunt edifi-
cium ruinosum Nam dicitur prov. 14 x°
Qui confidit in divitiis suis corruet
sic etiam qui confidit in amorem amore
qua vacua et fragilis est talis spes
Iere. dicitur ier. xvii° Maledictus homo qui
qui confidit in homine et ponit carnem
suam id est hominem carnalem brachium su-
um id est fiduciam suam vel auxilium
quod in solo deo est collocanda Spes
etiam est sicut galea Nam sicut ga-
lea est munimentum capitis / sic spes
est armatura intentionis unde dicit
apostolus Thess. v° induite galeam spei
salutis Spes in super omnia est sicut
Anchora Nam sicut anchora firmat
navem contra procellas fluctuum / sic spes
contra impulsiones temptationis ~~et~~ temp-
tationum Et ideo dicitur hebr. vi° Confu-
giamus ad tenendam propositam spem
quam sicut anchoram habemus firmam
Item spes tribus aliis comparatur Est
enim sicut arbor fructuosa / sicut gemma
preciosa sicut virtuosa mola Spes igitur
est sicut arbor fructuosa Nam sicut arbor
profert fructus uberes que iuxta originem
aquarum vincitur / sic spes producit fructus
bonorum operum quia sita est et plantata
iuxta originem aquarum Unde dicitur in psalmo
Ego autem sicut oliva fructifera in
domo dei speravi in misericordia dei mei
Spes enim est sicut margaritha vel
gemma / Nam sicut gemma est grata sic
spes est deo placida / Sicut gemma habet
valorem magnum / sic spes facit hominem
preciosum

Et sicut est berillus / sic spes quodammodo est dya-
phana quia per eam videntur et sperantur bona
celestia De ipsa dicitur prov. xvii° Gemma
gratissima expectatio prestolantis Spes insuper
omnis est sicut mola Et nota quod due sunt
mole spirituales scilicet timor suppliciy et spes
premii Timor est mola superior que premit
cor ne evanescat per elationem Spes
est mola inferior que animam sustentat
ne deficiat per desperationem Istas duas mo-
las debet penitens iungere sicut David qui
dicebat in psalmo lv° Ab altitudine diei scilicet
a die iudicii timebo Ecce mola superior / Ego
vero in misericordia tua sperabo ecce mola in-
ferior Unde una sine altera non valet Et ideo
in figura huius dicitur deut. xxiiii° Non
accipias loco pignoris inferiorem et superiorem
molam id est spem et timorem quo sibi
peccator Et inter istas duas molas fit optima
molatura tritici id est pura contritio peccati

Prudentia est appetendarum rerum fugien-
darum que scientia Sic Tullius in libro
de Officiis De prudentia nota quod comparatur
scilicet Cyprianus dicentissimum actum utilissimum / pre-
tium nobilissimum Habet autem prudentia tripli-
citatem et elegantem Comparatur comparatur tribus
scilicet Assessori iudicis Formice et astucie
serpentis Prudentia quidem est sicut assessor
iudicis vel regis / Nam sicut assessor iu-
dicando dirigit iudicem vel regem / sic
prudentia rationem Et sicut per assessorem
absentem iudicium perditur iudicium regis
sic enim abest prudentia perditur iudicium rationis
Unde dicitur proverbiorum xxviii° Dux indigens
prudentia multos opprimet per calumpniam Pru-
dentia etiam comparatur minori animali de
quo dicitur prov. xxx° Quatuor sunt minima
et ipsa sunt sapientiora sapientibus scilicet
formica lepusculus Stellio vel lacerta
locusta / Nam vir prudens de formica
sumere prudentiam Et non quod formica secundum decem
laudabilia et a viris prudentibus imitanda
formica est animal parvum vel modicum in quo
laudatur humilitas / Grano enim pascitur
in quo docetur honestas / sicca semina
adunat in quo laudatur caritas / sollici-
ta est in quo laudatur industria / provida
est in quo prudentia Unguine e .... i quia
comedatur ..... Grana decorticat ne
germinent vel putrescant in quo monstratur
carnis afflictio Tempore ignis grana recogit
abscondendo in quo docetur fuga temptationis
Tempore sereno grana foris exponit in quo laudatur
vigor ..... pondus portat maius quam sit
ipsa in quo monstratur zelus compassionis
De ipsa autem dicitur prov. vi° xxx° Vade ad
formicam o piger et disce sapientiam que cum
non habeat ducem / nec preceptorem / nec prin-
cipem / parat in estate et congregat in
messe cibum eternum glorie sempiterne / Pru-
dentia igitur lepusculo comparatur quoniam confidenter

quam homo prudens habet solum in deo sic
lepusculus locat in petra cubile suum ut
dicitur ibidem prouerbiorum xxx petra autem erat Christus
ut dicit Apostolus i Corinthiorum x Prudens etiam
comparatur stellioni Nam stellio uel lacerta que
alas non habet unguibus uel manibus utitur
in quo diligens operacionis laudatur Nam
in viro prudente diligencia in operacione
supplet defectum ne prudens inchoet
comparatur locuste Nam sicut locusta habet recu-
dium / volat enim ad alta et statim cadit
ad yma / Sic prudens volat ad alta per
desiderium patrie celestis / et cadit ad yma per
consideraciones propter fragilitatis consideracionem illud psalmi ascendent
usque ad celos et descendent usque ad a-
byssos Prudens eciam comparatur astucie ser-
pentis Et hoc quod quinque astucias utiles
serpentis quas vir prudens imitatur
Prima astucia serpentis est custodia capitis /
Nam caput summe custodit per quo a-
lando totum corpus exponit / Sic sancti
Christum qui est caput nostrum summe custodiunt
et pro ipso omnia alia exponunt / sicut Apostolus
qui dicebat Philippenses iii Omnia arbitror ut
stercora ... arbitratus sum ut
propter Christum ut stercora Secunda astucia
serpentis est deposicio pellis / ponit
enim se in arto foramine ibi renouatur
deposita veteri pelle / Sic sancti in arto
penitencie se ipsos macerant ut veterem conuersa-
cionem deponant Sic monet Apostolus
Thessalonicenses iiii Deponite vos secundum pristi-
nam conuersacionem veterem hominem qui
corrumpitur per desideria carnis Tercia astucia
serpentis est delusio incantatoris / fugit
enim incantatorem obturando aurem
in terram vnam et aliam cum cauda recipit
ut dicitur in psalmo lvii Sic aspidis sur-
de obturantis aures suas Sic viri pru-
dentes et sancti deludunt incantacionem
id est temptacionem dyaboli quia vnam
aurem obturant cauda id est memoria mor-
tis Ecclesiastici vii memorare nouissima tua
et in eternum non peccabis Secundam
obturant terra id est consideracione proprie frag-
litatis Genesis iii puluis es et in pul-
uerem reuerteris Tercia astucia serpentis
est insidiacio pedis / insidiatur enim calca-
neo non capiti / Sic viri sancti superant
desideria carnis attendentes quod desideriorum
carnis mortalis finis est mors Ecclesiastici
decimo viii° consummacio illorum mors Quarta
astucia serpentis fuga iniurie Nam
propter iniurias eius fugit et latitat
sub spinis Sic viri sancti propter iniurias
fornicacionis fugiunt mulierum consorcia
et latitant sub spinis penitencie secundum con-
silium Apostoli i Corinthiorum vi° Fugite for-
nicacionem Huiusmodi istas astucias ser-
pentis dixit Salvator Matthei x Estote

prudentes sicut serpentes Contra quas prudencias huius
qui carnem sequuntur Et ne serpentis astucia
fiat virulenta temperat eciam simplicitas colum-
bina Vnde addit et simplices sicut colum-
be Temperancia est in ... //
... vnde sit pretendenda in vllo
modo uel legem accedere racionis cupi-
ditate domare hec a sacrobosco de temperancia
non comparatur ... sed eius terminum nobilem eius
primum utilem / eius actum utilem habet at-
temperancia terminum multiplicem uel figuram / Com-
paratur autem compare ... sed freno quo equs
regitur / bysso quo caro tegitur / et muro quo
castrum cingitur Est itaque temperancia sicut frenum
Nam sicut a sessore mediante freno equus dominatur
sic caro a spiritu freno temperancie gubernatur Ma-
xime autem frenat equum ... igne iuxta
precipicium / sic frenum temperancie carnem
...
...
... frenum dicit Apostolus Titum ii Sobrie
et iuste et pie viuamus in hoc seculo Nam ...
debet viuere sobrie quantum ad ipsum iuste
quantum ... pie quantum ad deum Est
eciam temperancia sicut byssus carnem tegens
Nam sicut byssus ut dicit Papias est
genus lini candidum quod crescit in egip-
to et inde fit tela que vulgo dicitur cerasa
De hac tela byssina fit nobilis camy-
sia et delicata per quam figuratur casti-
tas et temperancia Nam sicut camisia ista
nobilis est immediate carni contigua et
coniuncta / sic castitas et temperancia est carni pro-
pe vicina et ei inseparabiliter coniungenda Et
ideo dicitur prouerbiorum xxxi De lino fecit byssum
et purpura indumentum eius In bysso figuratur
castitas que est precipuum ornamentum ...
in purpura figuratur temperancia que est aurifrigium vesti appositum ad decorem
Est nichilominus temperancia sicut murus castrum
cingens Nam sicut castrum muratum
precipue ab ea parte que magis est infirma
sic temperancia munit castrum hominis ex parte
magis infirma / scilicet ex parte corporis dicitur
enim Matthei xxvi° Spiritus quidem promptus
caro autem infirma Item temperancia est quidam
honor deo assimilans quidam valor
magnificans / quidam dolor hostem mor-
tificans Item est temperancia honor quidam
deo assimilans Deus enim est spiritus ut
dicitur Iohannis iiii Temperancia est quasi mater spiritualis
que ablactat filios dei et facit de carnalibus
spirituales et sic assimilat deo Vnde dicitur Sapiencie
vi° Incorrupcio facit proximum deo / Est
eciam temperancia valor quidam mentem ma-
gnificans / Nam sicut valor magnificat ...
... / sic temperancia magnum et magnificum
facit hominem temperatum et castum Nam
dicitur Ecclesiastici xxvi° Non est digna ponderacio
anime continentis Est nichilominus temperancia
dolor quidam hostem mortificans dyabolus
enim libenter quiescit in locis humidis id est
in voluptuosis hominibus ut dicitur Iob xl°

Compa[ra]t[ur] vero p[er]venit sp[iritu]m in avido pecune ubi
non invenit requiem et sic inficit ut fugi[a]t
hostem ... d[icitu]r ... xii° Cum i[m]mundus
sp[irit]us exierit ab homine ambulat p[er] loca va-
cua querens requiem et non invenit loca
arida sunt homines sobrii in quib[us] dya[bolu]s
non quiescat quia in talibus non s[unt] fomenta
lectum voluptuosum peccati:

Fortitudo est firmitas animi con[tra] mo-
lestias s[e]c[un]d[u]m glo[sam] sup[er] ... xi et xiii^mo
De fortitudine n[on] ... scilicet
typum ... valde dignum
... valde bonum p[ri]mo igit[ur] ... fortitu[di]nis
habet typum multiplicem et similitudinem
elegante[m] Comparatur autem ... t[er]ribus
s[cilicet] fornaci que p[ro]bat aurum ... que por-
tat ... et lorice que vetat ictum est ita
q[uod] fortitudo sicut fornax aurum p[ro]bans na[m] | 1
sicut fornax reddit aur[um] lucidum sic forti[tudin]is
virtus facit homine[m] honestum et decorum
Nam de talibus d[icitu]r p[ro]v[er]biorum xxx^mo fortitu[d]o
et decor indumentum eius et sicut fornax
quedam reddit metalla solida quedam
liquida sic virtus fortitudinis corda facit
nunc solida contra temptacionem nunc liquida
p[er] compassionem nunc ... p[er] devotione[m]
Nam d[icitu]r Can[ticorum] ... Anima mea liq[ue]facta est
ut dilectus &c Et sicut in fornace e[st] magnus
flatus follium et magnus ignis incendium sic ...
fortitudinis solum est in illis in q[ui]b[us] est fla-
tus divine inspiracionis et vehemens incen-
dium caritatis Et in fi[gur]a huius adventu sp[iritu]s
s[an]c[t]i sup[er] ap[osto]los ubi sunt eis ad robur datu[m]
sp[irit]ualis virtutis sunt tamq[ua]m vehemens sp[irit]us
advenientis ut d[icitu]r Act[uum] ii° Est eciam forti[tu]do | 2
sicut radix ... ut arborem portans Na[m]
sicut radix portat pondus arboris et frondes
flores fructus et folia sic virtus fortitudinis
sustinet omnia bo[na] op[er]a et merita n[ost]ra unde
d[icitu]r Josue i° Confortare et esto robustus
Est nichilominus fortitudo sicut lorica ut lo-
rica ictum vetans Nam sicut lorica servat corpus
ab ictu gladii sic virtus fortitudinis custodit a
temptacione dyaboli et eius adversarii Totus
enim mundus non vincet unum hominem in quo
e[st] forti[tu]do dei Sicut p[ate]t q[uod] puelle virgines p[u]t
ut katherina Cecilia Agnes Agatha Bar-
bara Margaretha reges ... tyrannos
et ... tormentorum g[e]n[er]a supabant ...
q[uod] fortitudo illa n[on] homi[ni]s sed dei erat unde
d[icitu]r p[ri]mi Machabeorum ... De celo fortitudo est
Item forti[tu]do ... alias compa[ratur] ... que no[n]
... ferro q[uod] non supera[tur] et petre q[ue]
no[n] ... Est itaq[ue] forti[tu]do similis virge
inflexibili et talis virga ut baculus e[st] valde nece[s]-
sarius ambulantib[us] laborantib[us] et stantib[us]
sic forti[tu]do est q[uasi] baculus et virga inflexibilis
que valde est ... quia locus in quo ...
est locus ... itineris et ... la-
boris et ... homo ... indiget ... virga
et baculo ... d[icitu]r in ps[almo] ... virga tua et bacu-
lus tuus ipsa me consolata sunt &c ...

fortitudo similis ferro indomabili Nam
sicut ... non domat[ur] s[ed] domat et
... alia metalla ut d[icitu]r Da[nielis] ii°
Sic viri fortes mori possunt vinci
vero non possunt ... omnia ad-
v[er]sa et p[ro]sp[er]a vincunt et q[uo]d plus e[st]
regnum celorum violent[er] rapiunt Nam
violenti rapiunt illud ut d[icitu]r ... xi
Est nichilominus forti[tu]do similis petre
infrangibili qualis est Adamas Na[m]
sicut qui adamante[m] p[er]cutit magis p[er]-
cuti[tur] ipse sic qui virum forte[m] mole-
stat magis ledit[ur] q[ua]m ledat Et sic
adamas n[on] frangitur violentia ita
vir fortis n[on] frangit[ur] impaciencia Et
sicut adamas frangit[ur] sanguine hyrci | 1
Sic vir fortis ... passionis Christi
... ita de viro forti d[icitu]r ... ut
adamante[m] et ut silicem dedi faciem
tuam

Iusticia est virtus unicuiq[ue] reddens
quod suum est Augustinus Iusticia
est rectitudo voluntatis p[ro]pt[er] se s[er]va-
ta Anshelmus De iusticia n[on] p[ro]n[untia]do
...a s[cilicet] typum figuralis elegancia[m]
... filialis habundancia[m] ... vita-
lis efficaciam p[ri]mo q[ui]d iusticia typum
h[abe]t multiplicem et figuram valde elegan-
tem Compara[tur] aut[em] ... Est enim
iusticia s[icut] recta semita s[icut] recta regula
sicut recta linea Est q[ui]d iusticia sicut
semita recta Nam s[icut] illa est rectissima
via sic p[er] viam iusti[ci]e ... p[er]venit[ur] | 2
ad bravium sempiternum ymo nulla alia
via est ... Nam d[icitu]r in ps[almo] ... Et
ta[m] fecit eos in via et non in via unde
de iustis d[icitu]r in ps[almo] Deduxit eos in viam
rectam ut irent in civitatem habitacionis
De i[n]iustis v[er]o d[icitu]r alibi in ps[almo] In circuitu
impii ambulant Est eciam iusticia s[icut]
recta regula Nam s[icut] recta regula est ... -
ssima mensura ... sic iusticia ...
est et rectissima mensura ad ...
bonum ... enim regula divina que dirigit
op[er]a n[ost]ra ... in ps[almo] ... Dominus dirigit
iustos Et p[ro]v[er]biorum xv° ... sequitur
iusticiam diligetur a deo Est nichilo[minus]
iusticia s[icut] recta linea Sicut enim recta
linea est pulcherrima lineacio ut dicit
ph[ilosoph]us sic iusticie rectitudo facit homine[m]
p[er] intencione[m] et conversacione[m] pulchrum et
decorum Nam sicut structura humani cor[poris]
pulcherior est ... q[ue] e[st] erecta
ad celum unde d[icitu]r Can[ticorum] ... De sponsa
Statura tua assimilata est palme De
hac eciam rectitudine d[icitu]r Eccl[esiast]i vii° Solu[m]
hoc inveni q[uod] deus fecit hominem rectum
Item iusticia ... elegantes et ...
alias ... comparatur Est enim iusticia sicut
gemma in ... auro sicut stella in
polo artico s[icut] ... in ...

Est itaque iusticia sicut gemma serti aurei
Sertum autem dicitur gracia eo quod in illo
et per illam coronantur opera nostra Nam
si opera nostra fierent extra graciam nunquam
mererentur coronam sicut patet Est igitur corona
aurea ut serto aureo gracie sunt quatuor gem-
me valde speciose i. quatuor virtutes car-
dinales principales videlicet temperancia fortitudo
fortitudo iusticia Gemma prudencie ponitur
in anteriori parte corone quia ad prudenciam
pertinet non solum presencia disponere
verum et futura previdere Gemma temperancie
locatur ad dextram quia temperancia facit ho-
minem iustum in dextra prosperitate Gem-
ma fortitudinis inseritur a sinistris quia
fortitudo facit hominem robustum in si-
nistra adversitate Gemma vero iusticie
in posteriori parte Sicut corpus in fine
pressionis Sicut rex in fine acies
nauta seu gubernator in cauda navis
sicut sua iusticia possessor in fine esse
Sicut eciam per laborem certaminis datur
victori corona triumphalis Unde ab ista
tamquam a principaliori gemma denominatur
tota corona Dicit enim Apostolus ii Thimo iiii
Reposita est michi corona iusticie Artifex in
cuius aurifabrina fabricatur preciosa corona
est sapiencia increata De qua dicitur Sap. viii
Sobrietatem et iusticiam docet
et prudenciam et virtutem i. fortitudinem
quibus nichil utilius est in vita hominis
Iste quatuor virtutes sunt ut dictum est tamquam
quatuor gemme preciose in aureo serto gra-
cie constitute Est iusticia sicut stella artici
poli Nam circa ipsam volvitur celum ipsa
vero non mutat locum Sic nobilitas vi-
te iuste intra celitatem vitam iusticia in
nullo accidente mutatur Siquidem vita
mundi tota est mobilis sicut rota Nunc
enim hominem honore elevat quem
paulopost humano conculcat Iuxta illud ps.
Ascendunt usque ad celos etc. Nunc eciam eo
hominem humilitate deprimit quem postea
ad honores attollit quia dicitur in ps. cxiii
Suscitans a terra inopem et de stercore etc.
Videmus hominem aliena mutat in
dexteram sed ab adversis in prosperis nunc
adducit in levam i. a prosperis in adversa
iuxta illud quod Abraham dixit ad Loth Gen.
xiii Si ad sinistram ieris ego dexteram
tenebo Si tu dexteram elegeris ego ad si-
nistram pergam Sed vir iustus in omnibus
hiis manet immobilis semper Nam ipse
humilitas non deprimit nec honores non
ambit nec prosperitas non decipit nec
adversitas non frangit Unde in ps. Cum
faciat hoc non commovebitur in eternum
Est insuper iusticia sicut dea nostri
microcosmi i. mundus minoris mundi
Sicut enim deus in suo microcosmo vel
maiori mundo disponit omnia in pondere
et mensura ut dicitur Sap. xi Sic iusticiam
suo microcosmo presidens facit tamquam
dea ut in omnibus meritis et omnibus nostris operi-
bus sit numerus bone operacionis pondus sancte
affeccionis et mensura recte intencionis Unde
iste dee nobilissime sacrificium iusticie debemus
offerre sicut dicitur in ps. Sacrificabo sacri-
ficium iusticie etc.
Post tractatum de virtutibus sequitur de dono
spiritus sancti hoc est contra dictum salutis scilicet
a virtutibus ad dona spiritus sancti prevenire
Dona sicut dicemus virtutes debent prepar-
are sed dona expedire Cum autem septem
sunt dona spiritus sancti que enumerantur Ysa. xi
Spiritus sapiencie intellectus consilii et fortitudinis
sciencie pietatis et timoris domini Non a sa-
piencia incipientes ad timorem sed potius a timore ad
sapienciam tamquam ab inferiori gradu ad superiorem
iuxta illud quod dicitur in ps. Initium sapiencie
timor domini Est ergo de timore in nomine domi-
ni specialiter tractandum sed quia multiplicatur figuratur
quam virtualiter operatur ergo racionabiliter incipiatur
Primo igitur timor domini habet multas figuras
elegantes et commoventes Comparatur autem
specialiter tribus Est enim timor domini sicut hostia-
rius custodiens ingressum sicut iusticiarius
puniens maleficium sicut terminus specula-
tor evigilans certamen Primo igitur timor
domini est sicut bonus hostiarius qui diligenter
custodit hostium cordis ne intret inimicus
i. dyabolus et sicut hostiarius tenet baculum
vel gladium ad terrendum intrantem Sic timor
domini ne permittatur dyabolum ad cor intrare
portat gehennam pene eterne et gladium
utraque parte acutum sed equitate divina que
condempnabit reprobos in anima et in corpore
Unde dicitur Luc. xii Timete eum qui potest corpus
et animam perdere in gehennam Secundo timor
dei est sicut bonus iusticiarius qui punit ma-
leficium et suspendit Nam sicut ille qui
Sextus fructus est bonitas de isto fructu tractatum est in tractatu de beatitudinibus in titulo de una Et ideo de ipsa nichil est dicendum nisi quod iuxta de quibus bonitas predicatur est enim bonitas nature agregantis fortune adornantis gracie reformantis glorie consumantis de quibus Gen. i Vidit deus cuncta que fecerat et erant bona nature bona fortune bona gratie bona glorie et erant valde bona ut dicitur ibidem

Bonitas

Septimus fructus est fructus benignitatis De isto fructu similiter dictum est in tractatu de beatitudinibus in titulo de una et ideo nichil ad presens est dicendum de ipso nisi quod iuxta sunt que ad benignitatem nos inducunt scilicet preceptum quod indicatur vel imponitur exemplum quod proponitur supplicium quod evaditur stipendium vel premium quod acquiritur. Primo dicitur nos movere ad benignitatem preceptum quod a Christo nobis iniungitur unde dicitur Luce vi Estote misericordes sicut pater vester misericors est. Secundo dicitur nos movere exemplum quod ab ipso proponitur de Samaritano. Tercio dicitur nos movere supplicium nostrum quod evaditur quia iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. Quarto movet nos premium quod in celo acquiritur unde dicitur in Matheo Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Benignitas

Octavus fructus est fructus mansuetudinis de quo supra dictum est de beatitudinibus in titulo de mititate et ideo de eo parum est hic dicendum Et est breviter notandum quod mansueti clarius informantur rarius impugnantur altius elevantur amplius venerantur. Primo quod mansueti clarius informantur unde Iacobus in canonica sua in mansuetudine suscipite insitum verbum. Secundo rarius impugnantur sicut videmus quod non impugnantur nisi castra alta et elevata. Sicut etiam videmus quod leo vel canis non invadunt hominem si inveniunt eum iacentem vel sedentem in terra Psalmus xxxvi Mansueti autem hereditabunt terram. Tercio altius elevantur sicut patet de Christo qui venit ad nos mitis Matheus xxi Et sicut de beata virgine et multis aliis. Psalmus Septuagesimo quinto Cum exurget in iudicio deus ut salvos faceret omnes mansuetos. Quarto movet nos premium quod inde acquiritur Matheus v Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Quarto mansueti amplius venerantur. Iudith Hester a Christo recumbente in novissimo loco Psalmus Suscipiens dominus omnes mansuetos terre.

Mansuetudo

Nonus fructus est fides de quo dictum est in tractatu de virtutibus in titulo de fide et ideo nichil aliud hic est dicendum nisi quod fides est sicut fundamentum ad sustentandum sicut lucerna ad evadendum sicut argumentum ad concludendum sicut instrumentum ad ascendendum. Primo quia fides est sicut fundamentum ad sustinendum Sicut enim videmus quod qui vult producere plantam primo ponit radicem. Similiter qui domificator facit domum primo ponit fundamentum. Similiter in moralibus cum aliquis vult edificare bona opera debet supponere fidem que est ut petra durissima totius spiritualis edificii fundamentum Et ideo dixit dominus Petro Matt. xvi Super hanc petram edificabo ecclesiam meam Et non quia

Fides

dicit super hanc quia fundamentum nemo alius potest ponere preter id quod positum est quod est Christus Jesus. Et ideo si quis edificat super istud fundamentum edificat. Secunda ait apostolus: Sine fide est impossibile placere deo. Secundo fides est armatura ad evadendum. Est enim scutum militale. Scutum autem militale habet tres angulos portatur a parte sinistra contra adversarium et a parte cordis ad protegendum ipsum et inde signum habet representacionem trinitatis. Sic vera fides katholica est ad repellendum adversarium tamen contra cornibus ad protegendum animam contra potencias ad consumacionem dei in tribus personis. Unde ait apostolus Ephesiorum: In omnibus sumentes scutum fidei etc. Tercio fides est sicut argumentum ad concludendum. Nam sicut argumentum dyalecticum quod procedit ex probabilibus aut sicut argumentum temptativum quod procedit de hiis que temptantur et que videntur probabilia et non sunt, sed est argumentum apodicticum faciens scire. Verumptamen cum aliquis sapiens per suam scientiam potuit pervenire ad tantam sapientiam de deo et creatura. Ad quam sunt conservati veniunt Petrus cum dixit: Tu es Christus filius dei vivi. Enim per illud argumentum probatur veritas divine essencie, trinitas personarum, unitas prime essencie et multiplicatas creaturarum, perpetuitas vite multiplicitas gratiarum et multa alia que et eius discipuli per istud argumentum non per aliud monstraverunt. Nam per illud argumentum probatur a eis demonstratiue illuminacio cecorum, ambulacio claudorum, audicio surdorum, loquela mutorum, erectio sive extensio aridorum, suscitacio mortuorum. Et ideo Christus dicebat in Mattheo: Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent. Et ideo volens apostolus diffinire fidem ait: Est fides substancia sperandarum rerum argumentum non apparencium. Quarto fides est sicut instrumentum ad ascendendum. Videmus enim quod naturaliter omnis res habet proprium locum ad quem tendit naturaliter per suam naturam. Sunt quia habent locum sursum ad quem per naturam ascendunt. Homo vero cum sit omnium creaturarum corporalium nobilior habet locum supra omnia corpora ad quem locum cum per se non potest per gratiam ascendere quamvis non possit per naturam sed post peccatum gratia sunt sibi ablata et naturalia totaliter sauciata. Et ideo ut adhuc posset ad locum proprium remeare indigebat quodam instrumento. Quod instrumentum deus per suam sapienciam ut vitam poterat fabricare peregrinam Christus qui fabricatus est amorem et solem ... omnibus hominibus salvati sunt per ministerium Christi scilicet per fidem salvati sunt. Hec eadem est velut una scala ad celum ascendens continens duodecim gradus, duodecim articulos per apostolos declaratos inter novem celorum incipiendo ab aere quod celum dicitur usque ad celum empyreum in quo duodenarius numerus terminatur. Latera autem istius scale sunt divinitas et humanitas. Ista autem scala fuit per Christum deum et hominem fabricata et nobis fuit per duodecim apostolos revelata. Ista est scala quam vidit Jacob, cuius cacumen celum tangebat. Et cum cacumen celum tangebat et eciam dominus erat innixus per quam angeli descendebant et ascendebant. De ista eciam scala dicit Augustinus: In hymno de ascensionis. Ascendamus in terram corde et fide et unus dies promissa adveniet sequamur in corpore etc.

Tercius fructus est spiritus modestia. De isto fructu in tractatu de temperancia satis dictum est superius et ideo de ipsa nichil ad presens est dicendum. — Modestia

Undecimus fructus est continencia de quo in tractatu de consiliis in titulo de castitate dictum est et ideo ad presens nichil est de ipsa dicendum. — Continentia

Duodecimus fructus est castitas. De isto fructu dicitur in tractatu de consiliis dictum est in titulo de castitate et ideo de eo non est amplius dicendum. — Castitas

Post tractatum de fructibus spiritus sancti de generali et ultimo iudicio est dicendum. Ista enim est nona dieta salutis scilicet a fructibus bonorum operum pervenire ad iudicium extremum. De generali iudicio inter sunt nota generalia scilicet signa que premittentur scripta que aperientur verba que dicentur et que sequentur. Signa que premittentur erunt sicut quedam peremptoria citacio. Scripta scilicet libri que aperientur erunt sicut quedam acta et processus citacionis et testium publicacio. Verba que dicentur erunt sicut quedam sentencia. Ea vero que sequentur erunt sicut quedam rate et principale sine excusacione. Primo igitur precedent illud iudicium ut dicit Jeronimus quindecim signa sicut quedam
peremptoria citacio que signa dicit se invenisse
1 tepuisse in hystoriis Ebreorum. Prima die
elevabit se mare quindecim cubitis super altitudinem moncium stans in loco suo sicut murus.
2 Secunda die tantum descendet ita quod vix
3 videri illud poterit. Tercia die et pisces marine belue apparentes super mare dabunt
4 ut rugitum usque ad celum. Quarta die arde-
5 bit mare et aqua. Quinta die herbe
et arbores dabunt rorem sanguineum.
6 Sexta die ruent edificia. Septima die
7 petre debellabunt ad invicem et collidentur in inter ut in octo partes scindentur
et unaqueque ipsarum collidet alteram et nesciet homo sonum illum sed tantum deus.
8 Octava die erit generalis terre motus quantus erit ut dicitur quod nullus poterit stare
9 si omnia existencia prosternentur. Nona die coequabitur tota terra et omnes montes et colles
10 in planum redigentur. Decima die exibunt homines de cavernis et ibunt velut amen-
11 tes ut potuit non mutuo loqui. Undecima die surgent omnia ossa mortuorum et
stabunt super sepulcra omnia cum sepulcra aperientur ut mortui exire valeant.
12 Duodecima die cadent stelle de celo. Item habet enim XII die de quod omnia animalia
venient ad campos rugientes ut gustantur bibencia. Tredecima die morientur
13 homines viventes et cum mortuis resurgant. Decima quarta die ardebit celum
14 et terra et superficies terre et aeris. Decima
15 quinta die fiet celum novum et terra nova et resurgent mortui simul vivi et merita
et demerita recepturi. Ista enim signa erunt sicut dictum est quedam peremptoria citacio et terribilis cum annunciacione sine omni contradicione ad iudicium vocatos et premissos. Unde dicit apostolus Thessalonicenses: Quoniam ipse dominus in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo. De ista terribili citacione dicit Jeronimus: Sive comedam sive bibam

sive quid faciam semper videtur sonare in auribus meis illa terribilis tuba Surgite mortui venite ad iudicium Job xx x vii° Quid faciam cum ad iudicium resurgam. Secundo in illo iudicio tremendo aperientur scripta sicut quedam acta Et non quod ibi apparebunt littera scripta solempnia autentica Sed sine omni calumpnia manifestabuntur liber passionis dominice et liber consciencie et liber vite. Primo aperientur quedam acta scilicet liber passionis dominice In quo sunt crux clavi lancea corona spinea et in carne cicatrices et vulnera ut dicit Crisostomus Et tunc non erit necessitas accusacionis cum videbit quilibet crucem et ipsum Christum habentem in corpore cicatrices passionis Unde Matthei xx iiii° Tunc apparebit signum filii hominis in celo. Secundo aperietur liber consciencie Et non quod liber consciencie sit carta conscripta sed cogitaciones que manent ut dicitur Sapiencie i° In cogitacionibus impii interrogacio erit. Continebit eciam verba et locuciones ociosas ut in Matthei xii° De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines reddent racionem in die iudicii. Continebit eciam liber iste facta et operaciones Ecclesiastes ultimo dicitur Cuncta que fiunt adducet deus ad iudicium pro omni errato sive bonum sive malum fuerit. bonum scilicet obmissum et malum scilicet commissum. Tercio aperietur liber vite id est eius scientie manifestabuntur secreta consciencie et minas in alterutrum ut dicit apostolus Corinthiorum iiii° Nolite ante tempus iudicare quousque veniet dies domini Deinde sic dicitur Apocalipsis xx° Iudicati sunt mortui ex hiis que scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Tercio in isto tremendo iudicio promulgabuntur verba iudicis sententia diffinitiva Unde nota quod in summa sententia Primo cause magnitudinem sive immensitatem Et qua illa est summa quia non permittit ut possessiones habere sed dampnacionis perpetue ut fallacionis eterne ubi eam obtinebunt mutabuntur possessores hereditatis eterne Matthei dicitur xxv° Et ibunt in supplicium eternum isti autem in vitam eternam. Secundo in isto iudicio multitudines cause solempniter in eius conspectu reperiri confundentur Totum enim mundum congregabitur omnes angeli de celo. omnes homines de mundo. omnes dyaboli de inferno Unde dicitur Matthei xxv° Congregabuntur ante eum omnes gentes Tercio est nota quod bonum consilium hominum qui de merito suo diffidit ad diem iudicii qui sine peccato se collocare fecit de corpore tractare ut dicitur Ecclesiastici xxvi Ante iudicium para iusticiam Tercio in illo tam iudicio tremendo est summa iudicis timenda severitas ubi inflexibilitas ut dicitur Malachie iii° Et quis poterit cogitare diem adventus eius et quis stabit ad videndum eum Tanta namque erit iudicis severitas et inflexibilitas quod si sancta virgo et omnes angeli et sancti et sancte genua flecterent cum lacrimis intercederent pro aliquo qui esset in mortali peccato iudex non

exaudiret eos Proverbiorum dicitur vi° zelus et furor viri non parcet in die iudicii. nec acquiescet cuiusquam precibus nec suscipiet pro redempcione munera plurima. Quarto et ultimo in isto tremendo iudicio fiet statim dabuntur de execucione istius sentencie non spacium temporis dabitur de multitudine et potentia ministrorum Primo parati erunt ministri. Unde Matthei xiii° dicitur In fine seculi exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis Secundo importabit et angustiam reproborum quia non est via ad evadendum Unde dicit Augustinus O quam anguste erunt undique vie reproborum Supra erit iudex iratus. infra chaos infra horridum. a dextris peccata accusantia a sinistris infinita demonia ad supplicium trahencia. Intus consciencia urens rodens. foris mundus ardens. Miser peccator sic deprehensus quo effugiet. latere erit impossibile. apparere intollerabile. Apocalypsis dicitur vi° Desiderabunt homines mortem et mors fugiet ab eis Tercio non in ista execucione defensionem et aciem quam auxiliorum. Hic enim Christus qui tunc est iudex qui pro peccatoribus seipsum tradidit redibit in dampnacionem eorum. Proverbiorum dicitur primo Ego in interitu vestro ridebo. Sed eciam qui pro salute omnium morti se exposuit. nec non compacientur miserie reproborum sed potius gaudebunt in dampnacione eorum quia dicitur in psalmo Letabitur iustus cum viderit vindictam Sicut enim nunc est tempus clemencie. sic erit tunc tempus ulcionis et vindicte ut dicitur in psalmo Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo Et hec de ultimo iudicio dicta sufficiant

Post vitalem generalis iudicii sequitur videre de penis inferni et gloria paradisi Ista enim est ultima dicta saluti Hec de iudicio ad infimum ut ad levem pervenire viam reprobi facient pessimam dietam de iudicio ad supplicium Justi vero facient optima dietam scilicet a iudicio ad regnum celorum pervenire. Primo quod videndum est de penis et suppliciis reproborum de quibus primo videndum quia quedam sunt diversitates Primo peccatorum acerbitas. secundo penarum diversitas. tercio penarum acerbitas. Primo penarum diversitas. Quarto intollerabiles. Intollerabiles
pene reproborum acerbissime erunt et hec mundo non potest tollerari quia pena quem ma pena purgatorii ut dicit Augustinus in quodam sermone quanto maior pena inferni intollerabilis vehemencior dolor Dicit Salvator in ewangelio ibi erit fletus et stridor dencium. Secundo pene inferni erunt diverse Unde nota quod in sacra scriptura inveniuntur novem pene. Prima dicitur est ignis Diuerse
.1. ista est ignis. Ignis ardens comburit. Secunda vermis
.2. mentem rodit. De istis duabus dicitur simul Ysaie ultimo Vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur. Tercia pena est fetor
.3. ut dicitur in psalmo Ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum id est pene eorum
.4. Quarta pena est frigus ut dicitur Job xx iiii° Transibit ab aquis nivium in calorem nimium

quia est maxima penarum mutacio subita quia
mutaciones paciuntur repentinas et natura
mutaciones non patiuntur ut dicit Ypocras.
4 Quarta pena est paupertas maxima vel fa-
mes. Iuxta illud Ysaie lxv. Ecce servi mei co-
medent et vos esurietis. Ibi enim namque
tanta est inopia quod neque guttam aque
possunt habere ut dicitur Luce xvi. De divite epu-
lone sepulto in inferno. Unde Gregorius. Guttam
aque petiit qui panis micam Lazaro ne-
gavit. Quinta pena est fames que ibi est
et magis mortalis quam carencia visionis divine.
Unde dicit Gregorius in moralibus ibi fames interficit
quia dominus ab eis faciem abscondit. 6 Sexta
pena sunt tortores. Unde dicitur Matthei xviii. Tra-
didit eum tortoribus donec redderet universum
debitum. 7 Septima pena est horror. Unde
dicitur Job x. Ubi nullus ordo sed sempiternus
horror inhabitat. Et ista est pena maxima
quia videmus si appareret nobis unus solus
dyabolus horror magnus et quasi intollerabilis esset
quid ergo tunc erit cum tot horribiles ap-
parebunt. 8 Octava pena est tenebrositas
in qua incarcerabuntur et ligabuntur reprobi.
Unde dicitur Matthei xxii. Ligatis manibus et pedi-
bus proicite eum in tenebras exteriores. Et Gregorius dicit in mora-
libus infernalis concremacionem lucere et non lu-
cem. 9 Nona pena est quod perpetuus dolor quia
in illis penis non solum est acerbitas sed
eternitas. Unde dicit Gregorius in moralibus libro
xv. Horrendum enim erit reprobis ibi do-
lor cum formidine, flamma cum obscuritate,
mors sine morte, finis sine fine, defectus
sine defectu. Mors vivit et non extin-
guitur. Quia et mors vivit et finis sem-
per incipit et defectus deficere nescit et dolor cru-
ciat et pavorem non purgat. Et racio
est quia cum peccator et dyabolus in culpa per-
severat iustum est ut cruciatus in reproborum
pena perseverant. Et notandum quod ex diversis
partibus reprobi penam incurrunt et dolorem. Sunt
autem iiii cause doloris. 1 Prima est quia
amiserunt temporalia huius mundi. Unde Psalmus
Cum interierit homo non sumet omnia
neque descendet cum eo gloria eius. 2 Secunda
est quia tempus perdiderunt. Unde Ieremie viii Per-
transiit estas et finita est messis et non sumus
salvati. Dampnati utique darent libenter
totum mundum pro uno momento temporis si
possent illud habere ad penitendum. 3 Tercia
est quia visionem glorie dei perdiderunt.
Unde dicit Crisostomus Mille gehenne non sunt tot
careri visione dei. 4 Quarta causa est quod
inferni vilitatem et infamiam acquisierunt.
Est enim locus infernalis tenebrosus et penu-
riosus quod erit maxima pena divitibus et
voluptuosis et magnatibus qui in vita
habuerunt domos suas sumptuosas. Sed ibi erit
fumus eorum. Unde dicitur Ysaie lxv. Isti
fumus in furore erunt. Decimo de penis alt-
ius in sermone de negocio spirituali. Do-
lor gehennalis regio fugienda est. Ubi
ignis ardens frigus urens vermis immor-
talis fetor intollerabilis mallei percucientes
tenebre palpabiles confusio peccatorum et in-
nodacio vinculorum horribiles facies de-
monum totus tremor ad huius regionis
memoriam. Decimo ibi est penarum diuturnitas.
Pene enim infernales erunt diuturne primo

sempiterne. Unde dicitur Ysaie lxvi. Quis ex vobis
habitabit cum ardoribus sempiternis.
Et Matthei xxv. Ite maledicti in ignem eternum.
Gregorius. Ad magnam iusticiam iudicis
pertinet quod numquam careant suppliciis qui
numquam dum viverent voluerunt carere
peccato. Et illud est summe horrendum in
ista pena quod sit infinita et eterna. Si enim
dampnati singulis diebus flerent et in fletu
emitterent modicam guttam lacrime per
processum temporis exiret de oculis dam-
natorum plus de aqua quam sit aqua
tocius mundi. Quod probatur quia illa aqua
est infinita aqua autem tocius mundi
est finita. Octavo est in inferno penarum 8
universitas. Sunt enim pene in inferno uni-
versales quia universe partes hominis tam cor- Universe
poris quam anime post diem iudicii e-
runt in inferno. Unde dicitur Matthei x. Time-
te eum qui postquam occiderit corpus
habet potestatem et animam mittere in gehennam.
Sicut enim videmus quod homo non posset
sine magno premio maximo tormento ignem
in parte unius digiti sustinere per unam
horam. Quantus ergo erit dolor quando
totus homo in igne ardebit. Unde in signum
istius maximi doloris Salvator in evangelio
dicit. Ibi erit fletus et stridor dencium. Matthei
xxii. Et alibi pluries. Nono et ultimo
iste pene infernales sunt inutiles et in- 9 - 6
fructuose. Pena enim presentis vite levibus est Nona
et levis et fructuosa. Sed futura longis-
sima, gravissima et infructuosa. Quia
si dampnati flendo tot de lacrimis
emitterent quantum est de aqua in mari
non sufficeret ad lavandam unam pec-
cati maculam mortalis. Erunt tamen intra se pe-
nitenciam agentes et pre angustia spiritus ge-
mentes ut dicitur Sapiencie v. Et tamen infruc-
tuose quia in inferno est similiter pe-
nitencia nulla tamen ibi est correctio volun-
tatis. De sancto Petro qui oravit pro dyabolo
et mansione et obstinatione dyaboli. Et
hec de penis inferni dicta plene suf-
ficiant etc. etc.

Post tractatum de penis infer-
ni sequitur ultimo videre de gloria pa-
radisi. Hec est enim finis ultime di-
cte. Quia finis est omnium desideriorum. De
quo ad presens sunt tria dicenda. Valor
inappreciabilis, decor inestimabilis, honor
insuperabilis. Primo igitur istius glorie celestis
est valor inappreciabilis. Unde dicitur Ysaie lx-
iiii. Oculus non vidit deus absque te que
preparasti diligentibus te. Et illud Corinthiorum ii.
Quod oculus non vidit nec auris
audivit nec in cor hominis ascendit que
preparavit deus diligentibus se. Valor autem
istius celestis glorie attenditur in hoc quod illam
care deus vendidit caris suis amicis. Con-
stitit enim Petro martirio crucis, Paulo
constitit decollacione capitis. Est autem ver-
issimum et certissimum quod deus non decepit
aliquem amicorum suorum. Et quod plus est
ipse Christus emit gloriam illam per amaris-
simis tormentis et ignominia crucis. Est autem
certissimum quod deus pater non decepit uni-
genitum suum vendendo illud care igitur

Diuturnitas 2

illud tibi cum filio dei et aliis eius amicis
tui est quia res magna est et magni precii
valoris unde dicitur 1 Cor. vi° Empti enim
estis precio magno. Secundo gloria illa
celestis est decoris inestimabilis unde eccli. xxiiii°
In plenitudinem decoris eius ammiratur ...
Ex duobus potest colligi decor illius regni
Primo ex decore rerum naturalium inferiorum quas
deus sic voluit decorare. Sicut videmus
quod lilium in yeme apparet vile et postea de-
corat illud deus in vere et estate unde Mat.
vi° Considerate lilia agri etc. Secundo apparet
decor illius glorie celestis ex rebus artificialibus
Sicut videmus quod ligna lapides et metal-
la per se videntur vilia et quasi terrea et tamen ef-
ficiuntur per artifices preclara et splendida
cum sunt pollita et deaurata. Tercio appa-
ret decor illius celestis regni ex eo quod cantabit
angelicis spiritibus quod scribitur in psalmo Benedicite
domino omnes angeli eius potentes virtute facientes
verbum eius ad audiendam et annunciandam
vocem sermonum eius. vos qui estis angeli
id est nuncii deferentes vos qui estis potentes
virtutes id est miracula operantes qui facitis vo-
luntatem meam et preceptis meis obeditis et alios obe-
dire facitis. et hunc canticum ... cantent an-
cantilenam que scribitur Apoc. vii° Benedictio
et claritas et sapientia et gratiarum actio honor
virtus et fortitudo. Tibi Christe sit benedictio incar-
nacione. claritas in nativitate. sapientia in predi-
catione. gratiarum actio in redempcione passione
et morte. honor in triumphe. virtus in ascen-
sione. fortitudo in iudicii confirmacione. Sic ... can-
tabit ... patriarchis et prophetis ... est fa-
ta ... decorandi ... eius sapientie et indefinite
celesti gloria. Unde dicitur Mat. vi° ... in illa
agri quid hoc est et cras in clibanum mittitur
deus sic vestit quanto magis vos fidei modice.
Tercio hec gloria celestis est honor principalis
quod patet ex primo. Primo quod omnes sancti erunt
reges omnipotentes voluntate ut Anselmus
dicit Pro causam dicitur Mat. xxv° Venite benedicti
patris mei percipite regnum. Secundo quod
omnes erunt filii karissimi et heredes dei
coheredes autem Christi ut dicitur Ro. viii° Tercio
quia erunt omnes quasi domini Christus enim in
propria persona honorabit eos. Luce dicitur Luc. xii
precinget se et transiens ministrabit eis
et faciet illos discumbere. Sicut filius re-
gis ... in propria persona sine ... qui vult
suos nobiles multum honorare. Quarto quia
omnes erunt dii sicut dicitur in psalmo Ego dixi
dii estis et filii excelsi omnes. Quarto dignitas
tas erit in sanctis ex multitudine ubi magnitudine
dilectionis que transformat amantem in ama-
tum ut dicit Augustinus Et plenius dicit ... quisque
talis est quale est dilectum. Si enim terram
diligis terra es. Si autem deum diligis
quid dicam deus es et eris. Pro quo dicit
... non ... secundum scripturam. Ego dixi dii estis
Item in illa celesti curia considero alia ca
secundum locum sunt gloriosissimi. Secundo sunt
speciosissimi fructus sunt copiosissimi. Primo
igitur in illo celesti regno et loca sunt glo-
riosa quia in quibus sanctus erit in loco in quo
ipse dei filius. Unde dicitur Joh. xii° ubi

ego sum illic et minister meus erit. Secundo in ce-
lesti regno est sertum speciosissimum id est corona
de qua dicitur in psalmo de quibus supra Posuisti in ca-
pite eius coronam de lapide precioso iste lapis est mar-
garita illa quam qui invenit vendit omnia
et emit illam ut dicitur Mat. xiii°. Et nota quod duplex
est corona sanctorum scilicet laurea et aureola. laurea de-
putatur ... quod consistit in tribus scilicet in vi-
sione dei clarissima in fruicione suavissima
et intencione securissima. De qua dicitur eccli. xlv° Corona
aurea super mitram eius que ornatur po-
ntificum. Corona omnibus sanctis non solum erunt
reges omnipotentes voluntate sed etiam erunt
sacerdotes et pontifices offerentes deo semper
sacrificium laudis. Et ideo dicitur Apoc. v° Fecisti
nos deo nostro regnum et sacerdotes. Alia corona
dicitur aureola id est corona illa parva et ista aureola
secundum doctores est quedam gloria accidentalis
que debetur pro operibus excellentibus et datur
variis generibus hominum. Florea datur virginibus
Gemmea datur martiribus. Stellea doctoribus
Aureola florea datur virginibus quia honore
virginitatis floruerunt unde dicitur in psalmo
de virgine Adducentur regi virgines post eam. et agnum quem virgines
sequuntur. Alia et honore candissima enim ut aure-
ola gemmea datur martiribus qui extiterunt lapides
fortissimi et preciosi fuerunt. Unde in psalmo dicitur
Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso
Aureola stellea datur doctoribus quia celestia doce-
bunt. Unde in Daniele dicitur xii° Qui docti sunt
fulgebunt sicut splendor firmamenti et qui ad
iusticiam erudiunt multos quasi stelle in perpe-
tuas eternitates. Et de muliere gloriosa dicitur Apoc. xii°
Que erat amicta sole et luna sub pedibus eius
et in capite eius corona stellarum duodecim
Mulier amicta sole est anima doctoris iusticie
et sapientie divine que est in caritate et luna
sub pedibus eius id est affectionibus que predes signa-
tur plenam puritatem que plurimam intelligitur
que est valde humida. Corona stellarum signat
aureolam doctorum unde et erant stelle duodecim
in corona quia duodenarius numerus ... intelli-
gitur quod doctrina sacre scripture et ... perfec-
tissima omnis iusticie sicut fuit doctrina de-
cem precepta doctorum ... Decimus doctrina dicit
preceptores autem ... Nisi habundaverit iusticia vestra etc.
Peccatores autem et reprobi qui immundicia castitatis
non habundant nec virgines nec fortes nec per-
severantes sunt in amore Christi nec martires nec celes-
tiam non portaverunt in ore ut doctores aure-
olam non habent et quia graciam dei hic non
habuerunt. ideo gloriam et aureolam premii celestis
non habebunt etc. Corona aurea id est aureola
carebunt ... aliud etc. nisi quod pro loco eterne
felicitatis conabuntur corona eterne cala-
mitatis unde illud quod dicitur Ysaie Coronans corona
... Tercio in illa gloria erunt
fructus optimi et uberrimi. Et nota quod in sacra
scriptura inveniuntur tres fructus differentes scilicet
fructus temporalis ... fructus gracie spiritualis
fructus glorie immortalis et quilibet est in quadruplici
... Primo quod sunt duodecim fructus ...
primus fructus est demonum ... quia
abstulit eis regnum mundi ... unde dicitur
Joh. xii° Nunc princeps huius mundi eicietur
foras. Secundo fructus carceris inferni

consciencias ps. Tollite por. Tercius fructus est
mortuorum peccatorum suscitacio unde i Cor. xv
Sicut in Adam omnes moriuntur ita et in
Christo omnes vivificabuntur. Quartus fructus
est captivorum redempcio unde i Cor. vi° Em-
pti enim estis precio magno. Quintus est inquina-
torum mundacio unde Apoc. p° Dilexit nos et
lavit nos a peccatis in sanguine suo. Sextus
fructus est illuminacio cecorum unde Ysaye. Tunc
aperientur oculi cecorum. Septimus fructus est tepi-
dorum et frigidorum calefactio unde ps. Non est
qui se abscondat a calore eius. Octavus fructus
est deformium et turpium decoracio unde ps. As-
perges me ysopo et mundabor. Nonus fruc-
tus est sitibundorum vel sicientium potacio vel re-
creacio Joh. vi° Sanguis meus vere est potus.
Decimus fructus est dei placacio unde ad Hebre.
xii° accessistis ad sanguinis aspersionem melius
clamantem quam Abel. Abel clamabat vindictam
contra illud quod dicitur Gen. iiii° Ecce vox sanguinis
fratris tui Abel clamat ad me de terra petens
iustam vindictam [illegible]. Sed sanguis Christi me-
lius clamavit [illegible] quia peccatores deo patri
reconciliavit. Undecimus fructus est ianue
paradisi apercio unde Gen. xxviii° Non est ali-
ud nisi domus dei et porta celi que patefacta
est in apercione lateris Christi eodem namque tempore
aperta est porta paradisi scilicet domino moriente
que clausa fuit in prevaricacione Ade hora
nona. Duodecimus fructus est hereditatis celi ac-
quisicio et confirmacio. Crisostomus dicit [illegible]
est sanguis novi testamenti. In veteri testamento
sanguine confirmabantur terrena. In sanguine autem
novi testamenti promissionis confirmatur here-
ditas eterna. Dicitur [illegible] fructu dicitur
in ps. primo Et erit sicut lignum quod plantatum
est secus decursus aquarum [illegible] gratiarum [illegible]
[illegible] que sine mensura fluxerunt in eo
quod fructum suum dabit in tempore suo scilicet mortis
sacratissime et benedicte. Secundo sunt ergo
fructus spirituales de quibus dicitur ad Gal. v° Fruc-
tus autem spiritus sunt caritas gaudium
pax paciencia longanimitas mansuetudo
fides spes modestia castitas iusticia
Et de istis xii fructibus [illegible]
[illegible] de fructibus [illegible] ideo ad presens [illegible]
Tercio vero sunt xii fructus glorie immortales
1 Primus est fructus sanitas absque infirmitate
unde in ps. Qui sanat omnes infirmi-
2 tates tuas. Secundus est iuventus sine senectute
unde in ps. Renovabitur ut aquile iuventus
tua [illegible] in etate [illegible] xxx annorum
semper sed manebunt ut dicitur Ephes. iiii° Do-
nec occurramus omnes in virum perfectum in men-
3 suram plenitudinis [illegible]. Tercius fructus est sacie-
tas sine fastidio unde ps. Saciabor cum
apparuerit gloria tua. Quartus est libertas sine
4 servitute. Unde Rom. viii° Creatura liberabitur
a servitute corrupcionis in libertatem glorie filiorum
5 Dei. Quintus est pulcritudo absque deformitate
unde Apostolus Reformabit corpus humilitatis nostre
6 configuratum corpori claritatis sue. Sextus est
impassibilitas sine immortalitas unde Ysaye
xxv° precipitabit dominus mortem in sempiternum
7 Septimus est habundancia sine indigencia unde
dicitur unde [illegible] omnium habundanciam [illegible]

Octavus est pax absque perturbacione. Nonus 8
est securitas absque timore. De hiis duobus 9
dicitur Ysaye xxxii° Sedebit populus meus in
pulcritudine pacis et in tabernaculis fiducie et in 10
requie opulenta. Decimus est cognicio
sine ignorancia. Unde Apostolus i Cor. xiii° Vi-
demus nunc per speculum in enigmate tunc
autem videbimus faciem ad faciem et cetera.
Undecimus est gloria absque ignominia. Unde 11
Apostolus Coll. iii° Cum autem apparuerit
Christus vita vestra tunc et vos apparebitis cum ipso. 12
Duodecimus est gaudium sine tristicia. Sed
dicitur gaudebunt [illegible] sunt cause pa-
rue quare sed gaudebunt in patria que
sunt loci amenitas quam possidebunt
[illegible] societas in qua regnabunt
corporis glorificacio quam non habebant [illegible]
quam contempserunt vel infirmiores quam
enascerunt. Isti enim fructus figurantur per
duodecim fructus ligni vite quod erat in
medio paradisi ut legitur Apoc. xxii° Quos fructus
sicut bonos det nobis Christus in celo qui
nos creavit. Amen. Postea in illa celesti
gloria consideranda sunt alia tria melius
suspiriis affectanda scilicet amenissima
civitas amantissima societas amplis-
sima felicitas. Primo quod gloria celestis habet
amenissimam civitatem unde in ps. iio [illegible]
Gloriosa dicta sunt de te civitas dei. [illegible]
non quod ista civitas dei dicitur gloriosissima
spaciose in tribus habet enim figuram valde
speciosam, mensuram valde spaciosam
structuram valde preciosam. Primo ergo Sposa
ista Civitas figura beata est valde speciosa
est enim in quadrum disposita et formata
ut dicitur Apoc. ergo Civitas in quadrum
posita et quadrata figurat soliditatem
et securitatem illius regni celestis. Sicut
videmus quod figura quadrata solidior est quam
alia figura. Unde lapides consueverunt qua-
drari et post in edificacionem collocari. Sic
eciam summus artifex deus lapides id est electos
consuevit quadrare quadratura vir-
tutum scilicet prudencia temperancia fortitudine et iu-
sticia et sic locari in edificatorem regni ce- Spacio
lestis. Secundo Civitas ista in mensura
est valde spaciosa unde dicitur Joh. xiiii° [illegible]
ad literam in quibus singuli in celo empireo
habebunt locum summum sibi assignatum [illegible]
am et spaciosam mansionem que ab oriente
in occidentem extenduntur. De mensura
istius Civitatis dicitur Apoc. xxi° [illegible] habet
stadia xii milia. Stadium est men-
sura id est spacium passuum quinquaginta et
[illegible] in sacra scriptura
remissionem peccatorum [illegible] quinquage-
simo qui dicebatur iubileus secundum legem
fiebat remissio debitorum et revertebantur
omnes ad possessiones suas et ad terram pri-
morum unde dicitur Levit. Sed Civitas ista
bene mensurata per stadia que continet
ut dictum est passuum quinquaginta [illegible]
ad instar iubilei vel quinquagesimi anni
omnibus istis civitatis civibus omnia peccata
pena dimittuntur et remissis peccatis suis

ad possessionem suam et ad hereditatem
eternam ad quam sunt predestinati feliciter
veniunt. Et ideo quilibet homo debet esse so-
licitus de peccatis suis per penitentiam dolens et
non posse esse civis celestis regni quia ibi dicit
Apocalypsis xxi° Non intrabit in eam aliquid
coinquinatum et faciens abhominationem et
mendacium. Sed valde notandum quod per stadia
sunt duodecim milia per numerum duodenarium
qui est habundans designatur habundantia
meritorum et bonorum operum sine quibus nemo
est aliquis civis civium superiorum. Et sicut
dicit Salomon aliqui ... Nisi habundaverit iu-
sticia vestra plus quam scribarum et phariseorum
non intrabitis ... phariseorum erat non ex amore
et ideo erat minus ... Sicut videmus quod
timor hic cor hominis valde constringit et
amor dilatare. Unde in psalmo dicitur De viam
mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum.
Pulchritudo autem ... et virtu-
tum omnes et tamen ... significat et elegant
illud celeste premium quod est ... et finis
omnium desideriorum. Unde dicit propheta Gloriosa dicta
sunt de te civitas dei ... Tota illa civi-
tas beatissima est in se tota pretiosissima.
Unde dicit Apocalypsis xxi° Fundamenta muri
civitatis sunt omni lapide pretioso ornata.
Et nominantur ibi et per lapides pretiosos nominatim
et ponitur in edificio huius civitatis ... Jas-
pis Zaphirus Calcedonius Smaragdus
Sardius Sardonix Crisolitus Berillus
Thopasius Crisopassus Jacinctus Ame-
tistus. Isti duodecim lapides pretiosi et
fundamentales huius civitatis celestis significat
... et ... fidem que sunt fun-
damentum omnis boni spiritualis et ...
futurorum ut dicit apostolus Hebreorum xi° Est autem fides
sperandarum rerum substantia et fundamentum
eternorum bonorum. Vel isti duodecim lapi-
des fundamentales signant virtutes pre-
ciosas quibus etiam per gratiam ... perficit
quibus et celeste premium fabricatur ... In-
ter pretiosorum lapidum sic ... eos
in hoc civitatis pretiosorum ... Prima virtus
lapidum est iaspis Zaphirus Calcedonius
qui significat fidem que debet habere nobilem
et vires et non mortua. Sicut figura ias-
pis qui est viridis coloris. Color enim viridis
in herba vel planta vel arbore significat ...
vite eius et ergo signum est quod vita plan-
te deficit cum viriditas eius marcescit. Sic
etiam in homine est viror honestatis et bone
operationis et tunc maximum signum cordis
... Alia enim fides mortua est et
deformis ut est fundamentum edificii
celestis. Et sicut iaspis fugat fantasmata
mala sic fides viva et virens per bona
opera fugat omnia dyaboli machinamenta
... esse celestis non ... terrena
et de celestibus bonis non de operibus terrenis
et auxilia celesti et divine ... innixa
... ... fides non ... ...

... humana ratio prebet experimentum. Nota si ...
Zaphirus qui habet celestem colorem ...
... Et sicut zaphirus nobilis fugat
venenosa et mortificat araneam sic vera
fides venenosis suggestionibus resistit et
... in corde ... et de corde expel-
lit. Unde dicit Actuum xv° ... fide purificans
corda eorum. Talis fides ... fortis ...
... persequitur ... et ... ...
et dyaboli ... Unde dicit sanctus Petrus
prima Petri v° De dyabolo cui resistite fortes in fide. Et
hec figuratur calcedonius qui ... colore est pallidus
et cum sculpture repulsivus ... namque
sculpture ... recipit. Sic qui habet
veram fidem ... per ... est pallidus et
mortificatus. Sed ... sculpturam ...
... recipit ... solam dei
imaginem ad quam creatus est. Unde ...
... in quibusdam non invenit dyabolus fidem
catholicam ... forte in illis sculpsit et
formavit leonis figuram a parte superbie in
quibusdam figuram draconis a parte
invidie in quibusdam figuram canis a
parte ire in quibusdam talpe figuram
a parte avaricie in quibusdam figuram asini a
parte accidie in quibusdam figuram lupi a
parte gule in quibusdam figuram ... a
parte luxurie ... quia nos monet apostolus
... Nolite conformari huic seculo ...
que sunt in seculo. Secunda virtus lapidum
est Smaragdus Sardonix et Sardonius
Et isti ... lapides pretiosi signant spem
que ... nobilem ... ...
spes venie spes gratie spes glorie. Spes venie
signatur per Smaragdum qui habet colorem
viridem et graciosum et ... ...
... et ... morbum ... Color
... et graciosus in Smaragdo ... cau-
... ... spem venie
... in vero penitente. Et sicut color
Smaragdi est valde graciosus sic gratiosus
... per ... ... gratia dei
et angelus. Unde dicit Luce xv° Gaudium
est angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Et sicut Sma-
ragdus fugat febres et curat morbum
et ... sic spes venie fugat ...
in peccato ... ... Unde ut dicit
... ... omnes qui sperant
in ... Et in proverbiis dicit Septies
in die cadit iustus et resurgit. Septies in
... per ruinam septiformis culpe
... ...
... et resurgit in virtute et efficacia
septiformis gratie. Spes autem gratie est quia
... non de viribus ... ut de ... ne
de amicis ... vel mundanis sed solum
de gratia dei. Sicut dicitur in Jeremia Maledictus
qui confidit in homine et ponit carnem brachium
... suum ... ... fortitudinem
Et ... ... vir qui confidit in domino et
est dominus fiducia eius. Talis qui sperat in
omnibus bonis et malis de sola gratia dei recte
significatur per Sardonicem. Namque Sardonix
est tricolor in uno niger in alio candidus in

supremo rubicundus quia facit spes tam bona
insperante. facit enim yma et terrena ingredi
et contempnere, et yma infra terrenis consistat enim
in medio et in corde candidum et castum iuxta
illud ps. Cor mundum crea in me deus.
consistat enim in supremo erubescere per caritatem
et amore dilectionis dei et proximi confitemur
esse ut dicitur Cant. primo. Super vinum et plus
quam vinum diligunt te. Et sicut Sardonix
facit hominem humilem et pudicum, sic spes
divine gratie facit hominem descendere et spernere
mentem vel superbie, et in solo deo sperare contra
sperantem de presumptionibus de se dicitur in Ieremia. Ecce
homo qui non posuit deum adiutorem suum
sed speravit in multitudine divitiarum suarum et
prevaluit in vanitate sua. Sed humilis
prevaluit in virtute scilicet spe glorie que est certa expec-
tatio future et eterne beatitudinis ex gratia et meritis
provenientibus ut dicit magister Sententiarum. Ista signatur
per Sardium qui est rubei coloris, eo quod spes
regni celestis fuit in martyribus causa effusionis
sanguinis. De quibus dicitur Apoc. septimo Isti sunt
qui venerunt ex magna tribulatione et laverunt
stolas suas in sanguine agni et in sanguine
passionis rubicundi fuit illud quod dicit
Isaye in ... rubrum est indumentum tuum
dicitur in persona dei patris ad filium corpus tuum
per innocentiam candidum est passionibus sanguine
cruentatum. Et sicut Sardonix generat gau-
dium, timorem expellit, et hominem auda-
cem reddit. Ita ad literam spes glorie accendit
in homine gaudium spirituale et celeste, expel-
lit timorem mundanum et humanum et similiter
[illegible] dicit Ioh. iiii° perfecta caritas foras
mittit timorem, et tandem reddit hominem
audacem scilicet contra hostium tribulationem et persecu-
tionem de domo presumente ut dicit Iudith
ix° Non derelinquis presumentes de te et de
sua virtute gloriantes humilias. Tertia caritas la-
pidum [illegible] Crisolitus, Berillus, et Thopasius
isti tres lapides signant caritatem que habet sibi
[illegible] nobilissimam trinitatem. Debet enim
caritas habere scilicet speciosam puritatem, fructu-
osam bonitatem, radiosam veritatem. Dicitur
etiam quod caritas puritate speciosa, ut non
sit dilectio immunda, bonitate fructuosa, ut non
sit dilectio vana, veritate radiosa, ut non
sit dilectio ficta. Istam nobilem trinitatem ca-
ritatis describit apostolus in Thimo. primo dicens finis pre-
cepti est caritas de corde et conscientia bona et fi-
de non ficta. Vere enim caritas ut deum est
speciosissime puritatis ideo dicit de corde puro
est et fructuosissime bonitatis ideo dicit conscientia
bona. est etiam radiosissime veritatis ideo
dicit et fide non ficta. Primo igitur caritas debet
esse puritate speciosa et de corde puro ut
non sit dilectio impura vel immunda vel ingra-
nata sine luto vel fimo cupiditatis qualis
est amor pompaticus [illegible] Talis enim amor
signatur in Crisolito que est gemma valde no-
bilis scintillans ut ignis quia si iuxta ignem
ponatur citissime inflamatur. Certum autem est
quod ignis est purissime virtutis seu virtutis. Est
enim vere ignis [illegible] aduritur igni [illegible]
sicut ignis aufert omnem rubiginem et impuri-

tatem de auro vel argento et omni metallo et ip-
sum reddit purum et lucidum, sic caritas mun-
dum tollit a corde humano omnem pau-
[illegible] et facit ipsum mundum et purum.
Sic ergo Crisolitus amativus est et capax
ignis quia iuxta ignem positus statim ad se
rapit et trahit ignem. Sic cor purum cum
appropinquat ad deum qui est ignis consumens
in apostolo Hebr. xii° sentiens ignem divinum
statim statim ardentissimo desiderio rapit
ad ipsum et resolvit et trahit in se divinam
dilectionem incorruptam enim facit esse proximum
deo ut dicitur Sap. vi° Incorruptio facit esse proximum
deum facit ignem divinum rapere et trahere
ad seipsum. Et ideo Salvator ut posset
nobis caritatem sine igne incendere dignatus est
nobis applicare. Unde Luc. xii° Ignem veni
mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat.
Secundo caritas debet esse bonitate fructuosa
et operative bone ut non sit inutilis et vana
contra quam dicitur Ioh. i° Non diligamus verbo tantum
et lingua sed opere et veritate. Et Gregorius in omelia
Amor dei numquam est otiosus. Operatur enim
magna si est. si autem operari renuit amor
non est. Unde probatio dilectionis est exhibitio
operis. Iste amor signatur per Berillum qui
est lapis viridis et aquaticus palidus
et in figura sex angulorum et politus. Quia est
viridis signat quod qui habet caritatem debet ad
proximum habere honestam conversationem. Debet
pallescere ad seipsum per carnis mortificationem.
Debet etiam habere sex angulos ad pauperes
et egenos per compassionem et operum misericordie
exhibitionem que sunt in numero senario
ut dicit Mat. xxv° Salvator ut qui est verus
iudex de ipsis habebit rationem in iudicio
dicens Esurivi et dedistis mihi manducare
sitivi et dedistis mihi bibere. Nudus fui et co-
operuistis me etc. Tertio Caritas debet esse veritate ra-
diosa et fide non ficta ut non sit dilectio si-
mulata aut palliata sed luminosa contra quod dicitur
i Ioh. ii° Qui diligit fratrem suum in lumine
manet quia qui caritatem habet per eius [illegible]
conversationis et honestatis lucet. Hanc facit To-
pasius duobus coloribus scilicet aureo et ethereo
splendet omnium gemmarum superat claritatem in-
aspectu suum provocat aspicientem. Duos co-
lores habet Thopasius quia significat dilectionem
dei et proximi. Ethereus color signat
dilectionem dei, et aureus dilectionem proximi, quia
unus color est celestis et alter terrestris. Signat
quod in hiis duobus tota lex pendet. Et sicut
Topasius superat claritatem omnium gemmarum
ita caritas est maior omnibus virtutibus contra
dicit apostolus i Cor. xiii° Caritas paciens est
et ita dicit omnis pacientie benigna est et
seq. Omnia suffert omnia credit omnia sustinet.
Et sicut Topasius recipit in se claritatem
omnium gemmarum, sic caritas facit opera omnium
virtutum unificare. Unde Prosper dicit in libro
de vita contemplativa. Caritas est mens
et anima omnium virtutum aliarum. Talie autem sunt
potentie sine vires quia sicut anima facit
oculum videre et aurem audire pedes ambulare
et cetera, ita caritas facit oculum mentis ad
pauperem aspicere, aures divina precepta au-
dire, et manus aperta misericordie exercere.

et ita de alijs omnibus bonis que caritas tam
quam regina omnia vult adimplere. Cirta
virtutes lapidum preciosorum Crisopassus
iacinctus et Ametistus. Ista virtus splendida
significat iusticiam et equitatem generalem que
splendor est omnis virtutis, ex qua omnes viri
boni omnia bona nominantur ut dicit Tulius
De officijs libro xiiij^o. Ista similiter sicut quadratum
nobilem virtutem cum enim iusticia sit
virtus cuique reddens quod suum est ut ait Apostolus
et similiter sicut Ambrosius libro de officijs ius-
ticia est virtus vnicuique reddens quod suum est
Reddit ergo omnis homo per iusticiam sibi propter
conuenienciam primo amiciciam deo honori-
ficenciam. Prima ergo iusticia est reddens hoc
conueniens significat per Crisopassum qui
est lapis igneus de nocte et aureus de die in
quo signatur conueniens viri iusti qui semper
est splendens in aduersitate que signatur
per noctem, sine delicacijs prosperitatem
figuratur per diem. Nam istis duobus temporalibus
et precipue conueniens et castitas impugnatur
scilicet temptacionibus hostis et fomentacione
carnis. Et plures vincuntur in prosperitate de-
licacijs quam in aduersitate temptacionum.
Propter illud quod dicitur in psalmo Cadent a latere tuo
mille et decem milia a dextris tuis. Latus
sinistrum tempus aduersitatis, dextrum vero signat
delicias mundi. Pauciores enim sunt qui ca-
dunt ab aduersitate temptacionis et plures
qui labuntur in temporalibus habundancijs. Bene
ante iusticia est ad instar Crisopassi ignea
et aurea, quia ad custodiam castitatis oc-
currit iusticia duobus modis, scilicet recte ascen-
dendo ad celum sicut ignis considerando bona
celestia, et eterna ne forte illa per momen-
taneam luxurie temptacionem amittat
in persona talium dicitur in psalmo Domine quis
habitabit in thabernaculo tuo etc. Et respondetur
Qui ingreditur sine macula. Nullum opus
magis est iusticia que delectacionem momen-
tanee bona celestia et eterna prefert. Custodit
eciam vir iustus custodie castitatis ad instar
auri quod est ponderosissimum et ad centrum
terre [illegible] et velociter descendit, id est ad infernum
considerando, ne forte delectacione momentanea
et modica intrat ad eterna supplicia. Quia
dicit Gregorius Momentaneum est quod delectat
eternum quod cruciat. Ista descendebat ad infernum
Ezechias ut dicitur Ysaie xxxviij^o Ego dixi
in dimidio dierum meorum vadam ad portas
inferi. Optime consulit per medium dierum
suorum quod homo vadat ad infernum in dimidio
vite sue id est dum est iuuenis et sanus et
hoc per diligentem consideracionem ut postea
non descendat in fine vite per eternam dampna-
cionem. Secundo est iusticia reddens pro-
ximo amiciciam significatur per Jacinctum
qui est lapis conformatur serenitati vel nu-
bilo est nubilis in sereno est serenus. Color
eius vel celestis in Jacincto signat a-
morem diuinum et celestem per desiderium
in viro iusto que iusticia si impenditur
in proximo, est radicata in celo id est in amore
diuino sicut quod dicit Apostolus Ephesios iij^o
in caritate radicati et fundati etc. Ita dicit ergo

Ille vidit caritatem sed qui et amicum diligit etc.
et inimicum propter deum. Bene autem Jacinctus est
in nubilo nubilis et in sereno serenus, quia
vir iustus semper vult gaudere cum gaudentibus
et flere cum flentibus ut dicitur Romanorum xij^o. Tercio
iusticia reddens honorificenciam deo quod significatur
per Ametistum qui inter omnes gemmas preciosas
optinet principatum, sicut et iusticia est precipua
virtutum ut ait Philosophus libro v^o Ethicorum. Vero Ame-
tistus est ex colore purpureo et violato purpureus
et flammas ex se emittit, quia vir iustus qui
vult deum honorare debet hec tria, debet esse ad
instar Ametisti purpureus sicut rosa quia debet
esse feruidus in laude diuina, quia decet
deum collaudacio ut dicitur in psalmo. Debet eciam esse
apud deum, Multi enim alios docuerunt et
miracula fecerunt et etiam mortuos sus-
citaverunt et per quemodum ipsi qui alios su-
scitaverunt ad operibus viciis et horri-
bilia peccata ceciderunt et fuerunt aliis
in scandalum quod cum infirmitate anime labo-
raverunt, discretionem ipsam non tenuerunt
sed exposuerunt se maioribus quam sibi ad sanandas
animas aliorum dum ipsi egrotaverunt, Nam
ipsorum infirmitas sensuum obstare non
potuit plane rerum contuicio conspiciencie
vicorum difficultate. Adhuc enim indi-
gebat cavere sibi ne viderent mulieres
aut possiderent pecunias, neque posset
aliis, vel contra quecumque extollentur
Ergo in omni tempore reputa te ipsum in-
scire ut culpam effugias arrogancie
Semper te ipsum estima indigere doctrina
et eris sapiens cunctis diebus vite tue. Et
beatus Bernardus super cantica sic dicit Si
tu frater quod tuum est spargis et perdis
si priusquam tu totus impleare festines
effundere, Nimiorum vitam et salutem quam
aliis vis dare tu perdis. Ideo si
sapis non eris canale sed concha. Cana-
le enim simul recipit et refudit Con-
cha vero donec impleatur exspectat, et quod
superhabundat sine suo dampno communicat.
Vides maledictos qui sedent patrem suum dere-
linquentem Sed forte dicis Caritas non querit
que sua sunt, et tu scis quomodo caritas
tas que sua sunt, i. ipse salutis vicia
numquam non sed sudat et ideo non querit
Aliorumque si plena non est perfecta non est
Tu vero si tui sapis sua salis ipsa

adhuc non est tibi caritas aut nulla
aut ita debilis est ut contra mandatum
dei in favore liquescat / timore deficiat
at perterretur tristicia / contrahatur avaricia
protrahatur ambitione suspicionibus inquietetur / iniuriis exagitetur / cum excitetur
honoribus tumescat / livore tabescat
Tu ergo ita in pressuris te ipsum sentiens
qua stulticia alios curare aut ambis
aut acquiescis. Cave ab hac cogitatione
quia vulpecula est que te decipere nititur
ut ad predicandum vadas nemini acquiras
ut tu ipse pereas. Dicit beatus Gregorius
Nazanzenus ait mundari prius oportet / et
alios mundare / sapientem prius fieri / et
alios facere sapientes / lumen fieri et
alios illuminare / ad deum accedere et alios
ad deum adducere / sanctificari prius et alios
sanctificare manus tene iterius et sic aliis
indigentibus porrige manum. Quia
peccatori dixit deus. Quare tu enarras
iusticias meas tu vero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos
retrorsum. Estimasti inique quod ero tui
similis / arguam te et statuam te contra
faciem tuam. Ideo sanctus Ieronimus in epistola
ad rusticum monachum scribit de quodam
predicatore monstrosum miraculum dicens
Testudineo gradu grunnire incedebat
ad predicandum et per intervalla quedam verba pau:
ca vix carpebat ut eum putares singultare non proloqui / et hinc cum apposuit
super librum adducto supercilio contracte quoque naribus ac fronte ruga:
ta duobus digitulis garrabat hoc
signo ad audiendum discipulos provocans
Tunc nugas meras fundere et adversum
singulos declamare / Critheam dicens
esse longinum censorium quoque romanum
facundie notare quos vellet et de senatu
doctorum excludere. Sic hii mirantur plus
placere in prandiis ut mirum qui multos
ingerere solitus erat sto quod Timeo cunstre
pecum garrulorum procedebat in publicum
Intus vero foris catho totus ambiguus ut
ex contrariis diversisque naturis unum monstrum
novum quoque bestiam diceres esse compactam
Iuxta illud deum: prima leo postrema
ipsa est chimera. Numquam ergo talis audias
nec cum huiusmodi talibus nec cum eis in
clinum pereas. **Capitulum xiiij. Secundum**
De dulci et suavissimo gustu dei.

Singulis diebus cantando psalmos
illud sepissime rumino ubi
Gustate et videte quoniam sua: 33
uis est dominus. Et nescio quid alii faciunt
ego omnia rara horam et brevi moram illam
dulcedinis degusto. Iam gracia dei multis annis
caste sobrie quoque vivere studeo lectioni in:
sisto resisto viciis vigilo contra temptaciones recogito annos meos in amaritudine
anime mee officium missas / et multos psalmos dico cottidie et hec omnia facio
quasi de consuetudine sed de dulcedine modicum
si aliquando in vigiliis et oracione mentali
illam cum domino dulcedine advenire sencio
dum tenere puto statim elabitur et cursum
lacrimanti et oranti redit et apprehendi
patitur sed non retinetur dum subito iterum quasi
de manibus fugit et nescio qua causa tali
molesta vicissitudine me affligit ut
sepe lugens cogar dicere usque domine oblivi:
sceris me in finem usque avertis faciem tuam.
Quia dulcedo non [carne]
nisi purgata mente et affectu bene dis:
posito degustatur et hoc est signum / quod tu
licet mundum corporaliter reliquisti / tamen adhuc af:
fectum in mundo habitas. Numquid oblitus es
quod sanctus et gloriosus Ieronimus de re illa proqua dicit

Non possunt adstante contemplacionis dulcedinem tam plenum scilicet vanitate aspirari sed oportet quod seculo moriatur ut soli deo perfectas meditaciones et desideria supernis inhereat Nisi granum frumenti cadens in terram ipsum mortuum fuerit ipsum solum manet ut recidit Et si mortuum fuerit multum fructum affert Sic et vos carissimi nazarei que et domum priorem vestes seculares deponere et habitum mortui induere mundi cum peccatis hominum si in eis ipsa misera que in mundo habent affectibus ea et que relinquerat affectibus repetat Sicut cum loth cum filiabus et uxore de Sodomis mandatum ab angelis ne retro aspiciat qui iam perambulando relinquerant cumque uxor obvians mandato statim versa est in statuam salis Hec itaque vos doceat qua pena primordium fuit qui mundi vanitates affectant in eterno a dei consorcio Nam efficient insensibiles statue salis ut iam nil de superne contemplacionis dulcedine sentire valeat Sed manet in amaritudine mundi qui mundo vivunt Unde eciam heremita Ysaac in suo libro de doctrina misterii dei scribit donec moriatur exterior homo actibus mundi non solum abscisus sed eciam ab omni actione corporali solutus et interior homo a malis et vanis cogitacionibus et castigate motibus corporis ut non moveat in corde dulcedo spiritus Non potest in illo homine dulcedo sed spiritus habitare et qui scilicet non destruet corde suo curam et sollicitudinem seculariorum temporalis voluptas in ipso non manet et consolacionem illam non senciat de qua erat consolatus propheta qui dicebat Quam magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te Unde Bernardus dicit consideracione contemplacioni veritatis vel vanitatis necesse est ut requiescere distat non solidas operibus malis sed eciam a cogitacionibus vanis Unde patet scilicet vanitate et videte vanitates sequuntur corpore sed vagantes ubique corde nequaquam gustare merentur quam dulcis est dominus Decimo autem quod quaeris qua de causa vicissitudines paciantur venientes et recedentes dulcedinis dei Noveris triplicem esse causam Primo hec fit propter tuam negligenciam qua negligis purgare mentem tuam ab omni affectu terreno et carnali Unde dicit beatus Bernardus aut Erat omnis qui dulcem illa habuit cineri venenoso dimmudilliud balsamum habuit secundo gaudio dari sina illa sed spiritus habuit secundo scilicet habitacione est adiutorii arbitrur Secundo hec fit propter impugnacionem diabolicam Demones namque propter invidiam impediunt homines quod non possunt ne illam celestem dulcedinem degustarent quam ipsi perdiderunt Unde dicit Ysaac ait Tempore quo deus sua gracia compungit cor tuum da tempus continuis contestacionibus corpore in terra et genuflexionibus cum lacrimis quia si demones ceperint tibi interim suggerere vanitates aliis ne caput erectos desiderent non consencias eis Sed vade et mirare quid deus operi magis orari nil dicat vita et manibus tuis quod ab potens iacere in terra cum lacrimis ante eum propter diem ac nocte et magis potencia fugabis nos frigescit et calorem gracie et alacrius

non pauperari in hiis opere tempori
et erit verus heremita et beatus erit Ideo
si die noctuque studuerit de hiis que
dicam tibi Nec aliud quesierit cum
eis Tertio hoc fit per dispensacionem divi-
nam sepe deus subtrahit se et graciam
suam devote anime quo audius desi-
deretur et teneatur forcius nam ut ait
Augustinus post resurrectionem suam deus am-
bulans cum duobus discipulis finxit se
longius ire Non quia hoc volebat fa-
cere sed volebat audire mane nobiscum
domine Unde beatus Gregorius ait Sancta de-
sideria per dilacionem crescunt Si autem
per dilacionem deficiunt desideria sancta
non fuerunt Deus enim cuius pietate
sit clementissima cum aliquem contingit
per hoc quod libentissime tenuit perdidit
ut discat in aliqua multum ardenter
desiderare ut adepta sollicite cum
graciarum actione teneat Sicut beatus Dionysius
in libro de mistica theologia dicit quod
quod animal brutum ad illum cibum quem sibi
delectabilem estimat currendo cum impe-
tu sine dilacione accedat Sic ergo
homo racionalis habens unum solum dul-
cissimum obiectum in quo est vera dul-
cedo et omnis suavitas tamen peior
brutis animalibus non vult illuc toto
desiderio currere ut possit cum domino dulcem
cibum sumere Sic hoc sancti patres antiqui
relictis urbibus suis attenti desi-
derio currebant ad heremum ut illuc
soli secum viverent et quam dulcis est
deus tota mente degustarent Unde sanctus
Ieronimus in epistola ad Eustachium virginem
de seipso scribit magnum miraculum
dicens O quociens ego ipse in heremo
constitutus sedebam solus quia amaritudine
repletus eram horrebant sacco membra
deformia et squalida cutis situm ethi-
opice carnis obduxerat cottidie lacri-
mas cottidie gemitus et si aliquando repu-
gnantem me sompnus oppressisset nuda
humo vix ossa herentia collidebam
De cibis vero et potu taceo cum illuc in-
firmi monachi frigidam bibunt aquam et
coctum aliquid manducare timent sed
luxuriam Ille igitur ego qui ob gehenne
metum et vite eterne desiderium tali me
carcere ipse dampnaveram Scorpionum
tantum et bestiarum socius eram Quanta
per omni auxilio destitutus ad ihesum ia-
cebam pedes rigabam lacrimis crine
tergebam et repugnantem carnem ebdo-
madarum media subiugabam Memini me
clamantem diem crebro iunxisse cum nocte
nec prius cessasse a pectore verberibus quam
rediret domino iubente ad me tranquillitas
Ipsam quoque cellulam meam quasi cogitacio-
num conscia timebam et mihi met ira-
tus et rigidus solus deserta penetra-
bam Si alicubi concava vallium as-
pera moncium rupium prerupta cernebam
Ibi mee oracionis locus illud miserime
carnis ergastulum et ut mihi testis est
deus post multas lacrimas et celo oculos
inherentes sepe videbar mihi interesse
choris et agminibus angelorum et letus
gaudensque cantabam trahe me post te
et curram in odore dulcedinis tue
Diebus istis apperui codicem
Apostoli et correctis oculis intollerabilem ibi
doctrinam legi ubi sic ait Nostra
autem conversacio in celis est
Ego estimo apostolum ista dixisse de se ip-
so et aliorum qui sunt vestri ego tamen

non possum intelligere qualiter homo ma-
nens adhuc in corpore possit gustare
in celo. Denique in presenti vita ego
non possum cognoscere quis est perfectus.
Ideo vellem scire aliquod signum per-
fectionis per quod certe cognoscerem quis est
perfectus aut quo ego incipiam venire.
Ad cuius aliquis ad perfectionem
mente per cognitionem et spiritum amorem
corpore incipis, iam non in hoc mundo es
sed ibi ubi amas. Quia quidquid diligis
ipsa dilectionis vi in eius similitudinem trans-
formaris. Si ergo celestia contemplaris
si celestia meditaris et diligis quo-
modo iam in celis gustaris. Qui ergo ce-
lestibus spiritibus in vita assimilaris. Num-
quid ablatus es corporibus et gloriosus Jeronimus
in epistola ad Heliodorum scribit dicens
O desertum floribus Christi vernans. O heremus
familiaris deo gaudens. Quid agis
frater in seculo qui maior es mundo. Quam-
diu te tectorum premunt umbre carcer in-
cludit. crede mihi nescio quid plus
lucis heremo aspicio. Licet sarcina corporis
abiecta ad purum etheris volare fulgo-
rem. Paupertatem times. sed beatos pauperes
Christus appellat. Laborem terreris. sed nullus
athleta sine sudoribus coronatur. De cibo
cogitas. sed fides famem non timet. Terret
te heremi solitudo. sed tu paradisum mente
deambula. Quotienscumque illuc mente
ascenderis toties in heremo non eris. Hec
ille. Bruno in libro de mistica theolo-
gia sic ait. Primo mens de carne terrena
veniente in celum mens mea potestati
tum amorem disposita concursus effici-

Que in sua primordiali creatione
liberam a suo creatore sortita fuit. Ut in
postea super celesti dimissione et divi-
na aspiratione ardenti conspicio ele-
vata ad possessiones flammigeras iam
quodammodo eternam felicitatem inchoare
incipit. Ubi amat ibi habitat. Idem. Ber-
nardus in libro de vera contemplatione dicit
Certum tibi sit quod non perfecte deum diligis
si ad theoricos illos excessus non-
dum vocari vel vocatum non dum sequi
meruerit. Quo enim perfecte diligis
si in celesti desiderio ad superna non
raperis et ad theoricos illos co-
natus mentis alienatione non traheris
Sed tu ab illa celesti dulcedine adhuc
veniens que ibi gustasti et vidisti
aliis enarrare non possis. Sed neque
ad integrum memoria possis renovare
Et si aliquis dicat quomodo possum
hec scire. Quicumque vult ad
hanc spiritualem scientiam pervenire, opus
est potius intima compunctione quam
studia investigatione, suspiriis quam
argumentis, crebris lamentationibus
quam copiosis disputationibus, lacrimis quam
sententiis, mentali oratione quam lectione
sed lacrimarum quam scientiarum, cele-
stium potius contemplatione quam terrena
occupatione. Denique tu dicebas quod
velles scire certum signum perfectionis et
cognosceres quis esset perfectus aut quo
tu incipias venire ad perfectionem. Accipe
ergo hoc signum certissimum. Cum incipit
spiritus tuus oculos aperire ad perpendendam
contemplationem in veritate, tunc statim
incipiet oculi tui fundere lacrimas conti-
nuas sine violentia quasi flumen

Et tunc cessat pugna spiritus carnalium
et restituitur integra vita ad quam ince-
pit toto affectu recedere ab hoc mundo
et ab omnibus corporalibus huius seculi et
cepit tristendo bonum qui est intra
nos. Tunc statim proveniet ad hanc gratiam
lacrimarum et sola per occulta gusta-
tione incipiunt iste lacrime que pro-
ducunt hominem ad perfectionem dilectionis dei
Et quanto magis procedit ille tanto
magis dilatatur in illis donec bibat
ipsas lacrimas in cibo et potu suo
per multorum perseverantiam carnis. Unde
propheta expertus testatur dicens fuerunt
michi lacrime panes die ac nocte Et
potum meum cum fletu miscebam et
hoc est signum certitudinis quod mens tua
recessit de mundo isto Et iam sentit
mundum illum spiritualem celestem vitam quando
tua mens incipit appropinquare huic
mundo tunc lacrime tue incipiunt deficere
et cum tua mens tota fuit de mundo
tunc totaliter perdis gratiam lacrimarum. Ve
tibi miser quid perdidisti nam hoc est
signum quod tua mens de mundo et de vi-
ciis est sepulta. Unde sanctus heremita
Ysaac in libro de doctrina misteriorum dei
sic scribit dico tibi verum quia sic
modicum non tepores ut dubites de
verbis meis Si te suspenderis palpe-
bras ne putes quod pervenis ad per-
fectionem nisi prius pervenias ad lacrimas
continuas que veniunt sine violencia
quecunque modo fuerint occulta tua
adhuc stas in similitudine iudeorum
et opus dei operaris per fortiorem exteriorem
sed interior homo tuus adhuc est infru-
ctuosus quia ab lacrimis pervenit fructus
eius. Usque ad regionem lacrimarum perveneris
tunc scias quod egressa est mens

tua de carcere huius mundi et posuit pedem
in via novi hominis et cepit odorare
dulcedinem novi seculi atque mirabilis et tunc
incipit mens effundere lacrimas sine vio-
lencia nam gratia que est communis omnibus
traducitur ad arram ut pariat de ea formam
formam secretam ad futuri seculi claritatem
Et statim mens incipit moveri in aliqua
que sibi desunt et quam non sustinet quia
desuetudinis sibi non est statim incipit
movere cor ad planctum mixtum dul-
cedine mellis Et quanto plus nutritur
de illo dulci planctu tanto plus crescit
ille dulces lacrime continue et durat duo-
bus aut tribus annis Et postea cessat
ille lacrime continue et venit lacrime ad
mensuram quieti quia iam tunc homo venit
ad pacem cogitationum suarum Et iam mens
sua incipit contemplari mistica Et spi-
ritus sanctus incipit ei revelare celestia
et deus habitat in ipso Et ex hoc sentit
in se alterationem que de renovatione
hominis concepit naturam interiorem et hoc est
predicto vitas de breviloquio sic aberrat
credere generali sic multi sancti patres
et precipue sanctus Ieronimus per tres continuas
lacrimas quia fuit de homo pervenit ad per-
fectionem et postea habuit lacrimas ad mensu-
ram Et spiritus sanctus revelavit ei cele-
stia sicut ipse testatur de re-la sua scribens
de se ipso glossam in ... de hec verba
Ecce quid loquor bonum non ut dum in-
sipiencia dicam Ego homunculus
sic Albertus sic vilis de domo domini
adhuc vivens de corpore angelorum sepe
... inclusi de corporeis ...
dans non sentiens et divina visionis
intuitu per multorum dierum spatia ...
futurorum corpori redditus flebam ...
ibi manens felicitatem habebam quid

in enarrabilis delectacionis sentiebam Ce-
stis est michi ipsa trinitas quam videbam ne-
scio que intuitu testes sunt et ipsi beati
spiritus qui aderant. Te testor o mi consci-
encia qui tantis bonis ipse fruebar:
quid et quanta nescit referre mollicies

Recordor dum sacerdos mei
diceret in sermone Estote perfecti sicut pa-
ter vester celestis perfectus est. Quid ergo fiet
de illis qui non possunt esse perfecti neque possunt
habere illas continuas lacrimas que sunt
signum perfectionis Nunquid tales sunt in
spe salutis ut possint salvari sicut perfecti

Nulli homini quam diu est
in hac vita perditur spes salutis Sed
in veritate tibi dico cum aliquis cunctis peccata
sua fuit confessus et ab eis se omnino
elongavit et accessit constanter ad deum
in modico tempore senciat amplius Et
si superavit aliquantulum inveniet con-
solacionem anime sue et remissionem peccatorum
consequetur et habundanciam bonorum percipiet
et gratia dei dignus fiet Virginum
minor est iste in comparacione ad illum
sanctum qui se ipsum [illegible] cando et in-
veniet in anima sua [illegible] secreto
et comprehendit illam [illegible] quia dei
filius advenit in terram Numquid oblitus
es quod sanctus et gloriosus Jeronimus scribit
in epistola ad Sabinum diaconum lapsum
dicens Jaces itaque advolutus pedi-
bus meis et neglecto iudicio dei me
qui iudicem times Ego tibi proprie
fateor quid aliud possum facere hortor
te ut agas penitenciam et voluteris in
cilicio et cinere et ut vadas ad here-
mum aut in monasterium et dei misericordiam in-
gentibus lacrimis impetres Nunquam

est sera penitencia quamvis de itinere vulne-
ratus sis Sed ille piissimus samarita-
nus iumento te impositum ad stabu-
lum te deportabit Et si de peccatis
mortuus aut sepultus iaceas, tamen
ille qui fetentem quatriduanum lazarum te
quoque suscitabit Beatus quoque Bruno
in libro de mistica theologia dicit Triplex
est triplex via que ducit hominem
ad deum Prima est purgativa et illa
est incipiencium Secunda est illuminativa
et ista est proficiencium Tercia est unitiva
et ista est perfectorum ergo primi qui
incipiunt deo servire notandum est ut sicut
corpus primo purgetur incipit sua purgare
modo Primo quod recordetur peccata sua
cottidie in aliquo loco occultissimo et
in secreto noctis silencio Et leuan-
do oculos suos ad celum dicat peccata
sua memoria coram deo tamquam ipsi soli
loquendo, incipiat ea usque ad decem
vel duodecim Et maiora dicat sua
cte ne diu [illegible] mittet sibi delecta-
cionem Et sic numerando peccata humiliet
se et suspiret dicendo domine Ihesu
Christe Ego sum ille peccator nequissimus
miserrimus infelicissimus abhominabilis
qui tuam maiestatem in tot et tantis
offendi peccatis ita quod ea enumerare
non sufficio sicut arenam maris Et
ibi suspiret vel plangat prout melius
poterit Quia sicut lima operatur in ferro
aut in aliqua eius confricatione aliquid
de ipsius ferri rubigine appellat Sic
simpliciter suspirium vel planctus aliquid de
peccatis et conpunctionem que eliminat
et magis ac magis animam purgat Postquam
ea ut intencius dolor crescat et
animus ad sui confusionem humilietur debet
recordari quomodo deus ipsum creavit [illegible]

no esse / et quod propter ipsum creavit celum
et terram et cottidie facit sibi servire
solem et lunam / et dat pluvias et
fructus terre ipsum sic filium nutriendo Et
specialiter devota mente cogitet de
passione domini ut prolongaret latere christi
usque ad secretum divinitatis occulte late-
tis intus concepimus amore attingeret
mentem Unde Frater Thomas Cisterciensis in
libro de doctrina misteriorum dei sic ait
Multociens inveni hominem curvatum super
genua et orantem manibus iunctis conte-
stans ad celum et respiciens faciem
christi in terre et colligens omnes cogi-
taciones suas ad dictam oracionem / et quam
diu orat cum lacrimis et compunctione
ipsam habeat / statim manat de corde suo
fons producens dulcedinem et dissolvuntur
membra eius et cetera et quevelantur et ir-
ruit facie in terram Cogitaciones
autem ipsius alterantur et ita quod non po-
test facere genuflexiones pro gaudio
quod est de toto corpore suo Attende in
homine quem legere cepit laboraveris
non invenies et non pulsaveris cum
fervore non aperietur Omnis audi-
ens hec desiderabit opera cor-
poralia que modicum valet ad compa-
racionem iusticiam que est de ieiunio et
elemosinis nisi ille qui non potest
manere in heremo vel in monasterio sicut
scribit beatus Cirillus de libro miraculorum
sancti Jeronimi narrando de monacho dicens
Monachus quidam iuvenis et beato
Jeronimo valde devotus hic delicatam
fratrum cepit monasterium ad visitandum
suum insinuum genitorem / cum quo una cum
sorore sua virgine corpus insinui patris
sui afficiat casu deceptus sororis
sue tetigit / et statim cum diversis corporis
similis / tercium eiusdem mortui instigante
dyabolo vulneratus fuit Cumque reversus ad
monasterium nequaquam potuit permanere Se-
quenti vero nocte mutato habitu genibus cla-
ves de manibus adportans monasterii exierat
volens ad sororem amantem ire et cum
ipsa illicita perficere Sed per totam illam no-
ctem illuc huc quod tenens portam in-
venire non potuit atque de hic modo pro
mensem qualis nocte volens exire non
potuit / tandem beatus Jeronimus cuidam mo-
nacho illius cenobii apparuit dicens / fer
illi Juveni monacho quod propter reveren-
ciam quam fecit mee ymagini hucusque
ipsum custodivi / ne posset exire mo-
nasterium sed amplius eum custodire nolo / ma-
ne facto quem videat monachus Juve-
ni enarravit Sed ille cepit eum
deridere dicens / quod propter cerebri vanitatem
hec sibi sompnia evenisse Et quod
eadem nocte mutato habitu sic voluit
monasterium egressus et occulte domum
patris ingressus subtus lecto sororis se ab-
scondit / atque sensit eam dormire / expo-
liavit se vestibus sororis latere se nudum
applicavit Mulier soror levi sompno
dormiens excitata et virum nudum se ma-
nifestans emisso clamoribus omnes ad se
convocavit / currunt cum lumine ad thalamum
puelle videntes monachum nudum eam nudam
iacentem mirantur parentes stupet senex
pater et interrogat filium / cur hoc malum
facere voluisset Sed ille pre verecundia non
valens loqui / mox de domo fugiens
dolens et plangens ad monasterium est re-
versus Ubi quoque per duos annos de tanta pena in
tanto fletu et lacrimis se afflixit / quod
cor hominis non posset cogitare / tandem
completis duobus annis purgatus lacrimis

Exemplum

De Monacho

feliciter migrauit ad celum
Docet xpus in luce xviii° per oracionem
exemplo cuiusdam vidue que iudicem in-
diem precibus deuicit, Si ego non michi-
go quo possim sine intermissione orare
Nunquid non debeo aliquid legere aut corpus
reficere cibo potu aut sompno Cras
vellem scire que est ita Et in oracione
aut psalmodia non possum tenere mentem
meam quin non discurrat vagando huc
atque illuc Et multociens contra meam
intencionem et meam voluntatem
Ille sine intermissione orat
qui semper deum desiderat, quia desiderium pau-
perum exaudiuit dominus Ita sicut vita con-
templatiua est melior quam vita actiua
ita oracio mentalis est melior quam oracio
vocalis, quia deus cor non audit sepe vana
nunc lingua laborat Nunquid obliuiscitur
es, quod sanctus et gloriosus Jeronimus dicit in regula
sua dicit nullus est miserior miti orare
diuina officia voluntate et mente
que exterius imminet vagando
circuire Ergo illud de mente attento
summa cum diligencia primitus intuere
quod voce profertur exterius Beatus etiam Ba-
silius in exameron sic ait Si quis
mente sua ita intendat singula verba
psalmorum sic gustus est intentus ad
saporem ciborum iste est qui complet
illud quod dicitur psalliter sapienter Nec
audiet dominum per prophetam dicentem populus
hic labiis me honorat cor autem eorum
longe est a me Sine causa quod colunt
me sed doctrina hominum Deniqz interro-
gas que est causa quod non potes tenere
mentem in oracione vel de psalmodia causa
est ista Quia tu sepe vadis ad oracionem
vel psalmodiam magis consuetudine quam
ex deuocione Et quia es tepidus ac frigido
corde et non intendis aliud nisi ut
compleas multum numerum psalmorum ac o-
racionum Et nescis quod oracio non
acquiritur multitudine verborum sed multo de-
siderio, Ideo scribitur in luce xi° quod apostoli
interrogantes dominum de modo orandi
tunc audierunt visum Cum oratis no-
lite multum sic ypocrite faciunt Exi-
mant enim quod in multiloquio exaudiantur
Vos autem sic orabitis pater noster qui
es in celis Vnde etiam Bindinus episcopus
propter de regula sua sic ait Supplicatio
quod est deo deo non in multiloquio
sed in puritate cordis et compunctione
lacrimarum nos exaudiri sciamus Et
ideo breuis debet esse et pura oracio
nisi forte ex affectu diuine inspiracionis
extendatur In conuentu vero omnino breuis
oretur et facto signo a priore omnes
pariter surgant Unde et sanctus Romualdus
dicit de expositione psalterij sic dicit
melius est quinque psalmos dicere cum
deuocione et contricione cordis quam
centum sine deuocione et cum vanis
cogitacionibus, Ideo Johannes Cli-
machus in capitulo de oracione ait oracio
est quieto et vnio hominis et dei
diuicie monachorum et thezaurus he-
mitarum ne teneas multum loqui
in oracione ut non mens tua dissipetur
Vna enim vox publicani deum ad
misericordiam inflexit et vnum verbum latro-
nem fidelem saluum fecit, quia multi-
loquium in oracione sepe fantasticat
mentem et soliloquium vnum congregat
mentem Sed Vnde nunc multi homines indi-
screti quorum oracio potius est de verbis
quam de affectu quando non attendunt ad
aliud nisi ut compleant multos

L. 18.
Ieron.
Basil.
Audit
Romoaldi
Climach

psalmos aut multos dicat pater noster
Et completo numero proposito non videntur
plus cogitare et tunc non putat venire
ad perfectionem Si vero dicas debet igitur semper
dimittere tunc omnes non sunt capti ad
mentalem orationem Videtur non debet dimittere
tunc modo precedere quia sic homo semper est
imperfectus quamvis perfectus sit cuius im-
perfecta oratio semper quamvis perfecta debet ergo
tunc adhuc est imperfectus ut non ca-
dat in ociam dum multum loquitur cum
vocali mentem suam in dei affectum
dirigere et levare cum suorum continue con-
sideratione peccatorum Et sic non vobis
oratio utilis est homini et ab oratione
vocali imperfecta si processerit perve-
niat ad orationem mentalem perfectam
Si vero pervenerit semper suum numerum implere
et non curat mentalem orationem relinque
propter vocalem numquam veniat ad perfectionem
Aliquis enim homo est sic ignorans
et indiscretus quod voles lingua sua
dicere tantum numerum oranum non curat
de visitatione dei quia aliquis deus visitat
mentem suam compunctionem quadam luce
cogitationis sue aut cum quadam contritione
delictorum suorum vel aliquis dulcedine
caritatis divine Et ipse indiscretus
timens quod non possit implere numerum suum
repellit gratiam et visitationem suam
statim et propter orationes / sic non debet sic
facere quia sic faciendo esset diabolica decep-
tio Sed statim tunc sentit in mente sua
visitationem divinam debet dimittere orationem
vocalem et vacare in oratione mentali ex-
cepto officio divino ad quod presbiteri et
religiosi professi sunt obligati quia
illud dimittere non possunt neque debent

Deorum vero aliis que homo inchoat debet
ea vocaliter incipere ut perveniat ad men-
talem orationem et tunc redire ad vocalem Tertia
preparativa illuminativa perfectionis est mentalis
oratio per quam homo pervenit ad contemplationem
perfectorum Unde beatus dyonisius de mistica the- Dion
ologia sic ait Ignote consurge ad
eius unitionem que est super mentem et
cognitionem ubi tunc est unitivi amoris
practica / quia sicut homo primo placationibus
purgatur ita per orationem mentalem illuminatur
et per amorem unitivum deo coniungitur
Sicut apostolus dicit qui adheret deo unus Apls
spiritus efficitur cum deo non in unione pa-
[illegible] Ergo quicumque vult ad dei amorem
brevi et recto tramite pervenire et pacem
perfecte in anima possidere oportet quod totaliter se
convertet ab amore omni creature et [illegible] sui
ipsius Et totaliter se in deum convertat non
reservans sibi aliquid nec extra [illegible] / nam
qui vult cum deo coniungi oportet quod non reservet
aliquid medium inter se et deum Totaliter
sunt media quod sunt res quas homo amat
/ ut ergo non impediatur dei contactu tollatur
omnis amor de medio Unde hinc est quod ita
quod multi homines et religiosi et qui
videntur esse spirituales tenentes quasdam
observancias bonas nimis rigide et
pollutive et cetera / et tunc sunt per tepidi
et non perveniunt ad perfectionem / quia habent
aliquis proprium quod est medium inter ipsos
et deum Et propter media que fuerant
in anima receperunt altitudines / quia sibi a-
tunc divinam dulcedinem sentiunt et si o-
rationes continuant et devotiones et
alias bonas observancias et habeant
aqua [illegible] de deo / tunc per ea

redeunt ad vanas cogitationes et superfluas
locutiones et verba ociosa et admurmu-
rationes et alia mundana que amat
ac si nichil de deo sensisset. Et propter illa
media que sperat non veniunt ad perfectionem
neque ad perfectum divini amoris, quia illa media
non permittunt. Et si aliquando cessat ab hec
media tamen postea redeunt tamquam ad do-
mum vacuam et suam. Sed postquam se homo
expoliat ab omni amore creato et habet veram
paupertatem spiritus cordialiter ita quod non
delectatur in aliqua creatura, tunc repletur
et impletur ab amore divino in quem se
totaliter proiecit. Et si postea redeant ad
mentem suam illa media que linquerat
non possunt eam intrare, quia plena est domus
et hospicium mentis iam est repletum et
impletum ab amore divino et ligati sunt
omnes affectus. Cum autem mens sic est
repleta et ligata ab amore divino, quod
immediate accidit cum deus videt eam
vacuam omni alio amore et se suscipientem,
tunc incipit homo illuminari ab ipsa veri-
tate que deus est. Et in ista veritate
videt veritatem omnium creaturarum et cognoscit
vilia ut vilia et preciosa ut preciosa.
Et in hac luce videt veritatem omnium
creaturarum rerum, et discernit quod potest
consequi per concupiscenciam vel affectionem earum
ita quod non permittit se decipi ab eis
quibus multos videat cutes peccare.
Quomodo ergo huic dirigit homo ad possidendas
omnes virtutes et ad vitandum omnia vicia
cognita earum malicia ita ut eciam
vitet verba ociosa et cogitaciones malas
et omnia vana, quia ea esse contra ho-
norem dei et voluntatem eius cognoscit lumine
veritatis plenius edoctus. Et cum fuit homo
in ista via bene assuetus et confirmatus

tunc non impeditur ei hec lux per occupa-
ciones bonas, utputa si eligeret predicare
aut si vellet aliis predicare et alterius [?]
utilitati proximorum intendere. Verumtamen
sicut ab hiis murum tamquam corpus cum
suo aliquantulum separatum videns ipsum
murum et omnia intermedia oculorum
intuitu, sic ille illuminatus corde
unitus deo per amorem in hac luce vi-
det deum et agenda omnia ut ipse
precipit diriguntur, omnia cepta licet
contemplacio in actu aliquando intermittatur
tamen mens ipsius semper est in deo per amo-
rem occupata. Et si hec presumpcio
sua cui videtur quod homo devoluta pro
multiplicibus audeat a Christo petere
unionem, videat beatus Bernhardus super [?] Bernh.
cantica: nichil esse periculi dicens homo post
oscula pedum Christi peccatorum recorda-
cionem, secundo osculatur manus pro beneficiorum
sibi collatorum recognicione, tercio
ascendit ad osculum oris ipsum solum
amando et sibi soli desideriis et
affectibus flammigeris adherendo
cum deo. Beatus Cirillus in libro miraculorum Cirill.
sancti Jeronimi ita scribit miraculum.
Quidam nobilis juvenis Titus Exemplum
nomine totam devocionem in deo et sancto de Tito
Jeronimo habebat. Hic consilio parentum
suorum nobilissimam quandam puellam
duxit in uxorem. Completo itaque
anno invenit fratrem suum germanum
cum uxore sua in lecto cubantem, qui
mox evaginato gladio uxorem
suam occidit, deinde sub lecto proprium
fratrem latitantem interfecit. Huius
itaque gesti egressus civitatem cepit
cum aliis predonibus transeuntes quosque
propria depredari ac etiam jugulare. Tandem
post annos decem gloriosus Jeronimus

d modum mutatoris se illi monstrauit
Terruerunt itaque Titus glosum Jeronimum
et estimabat esse mutatorem quouis
nephando socijs obuiat ueniendi
Moxque cum teneri ab socijs preceptis
donec eius lateri gladium infigeret Ad
hec glosius Jeronimus amore inquit sancti
Jeronimi quem tu diligis concedatur
michi breuis licencia loquendi Ad hoc
Titus amore inquit eius quem nominasti
et loquendi et viuendi tibi
licencia datur tamen que portas in:
timonia iam depone Ad hec
Jeronimus glosius Ego inquit sum seruus
Jeronimi qui hic propter tuam liberacionem
veni ne in arte impensa deuocio
periret Quamuis custos tui fui tamen
dico ne in te ira dei desinet Iam
cessa male facere et penitenciam age
Te loquor tui custodem me amplius
non habebis / His dictis Jeronimus
glosius ab eorum oculis disparuit
et Titus et qui cum eo erant stu:
pefacti in terram ceciderunt Sicut posito
super eos spiritus sancti gracia effusa est
et lux eos velut illustrauit Qui
more quorundam aliorum mutati spretis
cunctis spurcicijs vicorum ad heremum
secesserunt atque ibidem in breui ad
summam perfectionem peruenerunt ac
bono perseuerantes felici exitu
transierunt ad christum Capitulum tercium
De terribili die Judicij et hec ita

Rebus istis aspicies eciam
scriptum Mathei vidi in eo
terribilem sentenciam ubi dominus
12 ait Amen dico vobis quod omne verbum
ociosum quod loquuti fuerint homines
reddent deo racionem / ociosum reddenda
est racio. Quid fiet de verbis ma:
ledictis de emendacijs de periurijs Quid
de blasphemia vociferacione detraccione
de susurracione Quid de verbis iactancie
vane glorie dolo simulacione murmuracione
adulacione scurilitate Quid de verbis
risum mouentibus clamoribus de operibus Oportet
velle scire Si hec discussio verborum
et operum computabit optimum et generale
iudicium Vel si in morte unigenitique
hec de particulari iudicio fiat hec verborum
et operum discussio / ut anime egresse
de corpore premia de penitencie cum diem iudicii
Angelus Nunc si longe est dies
iudicij / longe est dies tuus Ita cum
anima tua a vinculis carnis incipit
absolui tum amaro timore concuti continue
mordatur conscientie stimulis lacerari dolens
se indulta penitencie tempora inaniter preterisse / plorat quod nobilem districte ultionis
articulum ineuitabiliter imminere conspiciens
satagit ire compelli / recuperare
vellet perdita non auditur / post terga re:
spiciens transacte vite tempus vel breui:
ssimum vnum itineris reputat passum
Ante se oculos dirigit et infinita et:
ernitatis spacia deprehendit / Plorat
itaque quod quod tam breui spacio acquirere
potuit leticiam sempiternam Erubescit
quia propter illa sordem que omnibus est ob
noxia illa neglexit que concelebrat
angelicus interminabiliter / iam ea dum erube:
scentes actus conabescunt dum pectus
palpitat / dum guttur anhelat / dentes
paulatim nigrescunt / palescunt ora
et membra cuncta rigescunt / dum hec
itaque iminente morte famulantur officia
Adsunt omnia gesta simul et pensata / et
ipse cogitaciones / amarum aduersus au:
ctorem testimonium reddunt Adest in
super horrenda visio demonum terra

Item verbum ociosum est quod sine vtilitate audientis
et loquentis profertur

Videst et vitus anglica Ille qui mo
vitur est facile deprehendi cui parti de
bet Nam si bonitatis et pietatis in
eo videri insignia monita ab angelis
ut operat Et si cum sinistre parti
peccatorum et feditas abundet / mors
intollerabilis horrore conti impetus vi
olencia pertrahat precipitanter inordinate
de misere carnis ergastulo violenter
eripit ut ad eterna supplicia cum
acritudine deducatur Ideo dum adhuc
vivis nil tibi reputes utilius esse
quam lenocinacia vite huius blandi
menta respuere raudo repudium das
illicitos motus carnis elidere Solum
quod perfectionis adipiscende proposito inde
clinabili custodire Nunquid oblitus
es quod sanctus et gloriosus Ieronimus in — Ieron
Epithaphio ait O mors que fratres
dividis et amore sociatos crudelis
et dura dissocias Vere miserabilis
humana condicio et sine Christo vanum
est omne quod vivimus Nam si nonge
ntos vite excederemus annos ut ante
diluvium humanum genus vivebat et
Matusalem nobis tempora donarentur tamen
nichil esset preterita longitudo que esse
desisteret Etenim inter illum qui decem
vixit annos et illum qui centum postquam
idem finis advenerit et irre
cusabilis mortis necessitas cuncta fuerit
omne tempus est nisi quod magis senex
honustus peccatorum fasce proficiscitur
Optima queque dies miseris mortalibus
cui prima fuit subeunt mor
bi tristisque senectus Et labor et dure
rapit inclemencia mortis Quam
eciam est imbecillis et misera huius vite

in qua tot tandem dolorum et
passionum angimur Ut nulla pene
hora sit in qua quis liber a dolore
existat Nam vita huius mundi non est
vita sed mors O vita fallax et
mendax nunc flores et statim are
scis vita fragilis et caduca / quanto
magis crescis tanto magis
decrescis Et cum plus procedis plus
ad mortem properas vita penalis vana
vita et plena laqueis quod in
mundo illaqueas et postea ad susti
nendum tormenta infernalia O beatus
qui tuas agnoscit fallacias O
beatior qui decipiens non curat va
nis blandiciis O beatissimus qui
te vili est operatus Unde beatus
Bernardus ait Quid hac vita tanto opere — Bern
desideramus in qua quanto plus
vivimus tanto plus peccamus Quan
to vita longior tanto culpa
numerosior / cottidie namque crescunt
mala et decrescunt bona / quanta enim
mala per multa tempora committimus
et quanta bona obmittimus / quibus
si quid culpa est / cum nec bona fa
cimus nec bona cogitamus sed
mentem nostram per vana et inutilia
vagari dimittimus / cogitemus igitur
mortis horrorem et iudicis tre
mendi districtionem / ac iehenne
ardentis flammam / numquam a
cordibus nostris discedat Beatus enim
Augustinus in libro de spiritu et anima dicit — Augl
animum nostrum contristamur et mi
serias nostras considerantes cum dolore
vitam istam intramus et cum labore
vivimus et cum timore moriemur
nam veniente morte

Greg.

nullus letus suscipit nisi quis se ad
ipsum deum vivere comparavit / peccator autem
moriendo mori incipit / quia scriptum
est Mors peccatorum pessima / mala
in mundi amissione / peior in carnis
et anime separatione / pessima in ver-
mis et ignis infernalis concrema-
tione et cruciatione Sed iustorum
mors est bona propter requiem / me-
lior propter novitatem Optima propter
securitatem Unde beatus Gregorius in
libro dyalogorum 4 saepe iustis
contingit ut in morte sua sanctorum
visiones aspiciant ne ipsam mortis
penam pertimescant / atque et ad con-
solationem egredientis anime ipse et
deus solet apparere / qui est auctor
et retributor vite Sicut in morte
sancti Jeronimi apparuit Quia ipse
sicut deum vivere bonis operibus pro-
meruit Unde beatus Euzebius

[illegible]

in libro de obitu ipsius sic ait Glorio-
sus heremita per quadriennium in
heremo fratrum suorum socius fuit quin-
quaginta annos vinum et siceram
non bibit ab omni carnium et pi-
scium esu / ita se abstinuit quod ea
vix nominare volebat Coctum ali-
quid non nisi in ultima egritudine
semel comedit / cilicino sacco car-
nem suam macerans desuper vilissimo
panno se tegebat / stratum aliud
nisi terram numquam sensit / non nisi
semel in die fructibus aut herbarum
foliis seu radicibus pastus post
vesperas Dehinc se orationibus pre-
bens usque ad secundam horam noctis vi-
gilabat / permodicum sompno fessus
in terra dormiendo usque ad mediam
noctem quiescebat / qua hora con-
surgens orationibus lectionibus et

scripturarum sanctis quibus tota fulget ecclesia
intentus ad sextam horam perdurabat Ita
levissima flebat venialia peccata ut
quis eum estimasset homicidium commisisse
Ter in die cotidie carnem suam duris ube-
ribus flagellabat ita quod de eius corpore
vivi sanguinis in terram fluebat / Quando autem
aliquod ociosum verbum audiebat quasi pe-
stem magnam fugiebat Sibi ocium
nullum erat sed aut orando aut legendo
aut alios docendo serviebat Quid
plura Si sanctorum singulorum vitam perqui-
reres / eo maiorem ut puto neminem in-
venires Sic completis annis centum
febre ultima correptus decubuit
ad quem omnes fratres convenerunt / lacrimis
perfusi et eiulantes ac flentes di-
cebant Quid sine te faciemus pater
quo pergemus tu pater tu doctor tu-
um refugium Tu exemplar inno-
centie utinam nobis tecum mori liceret
Iam heretici gaudebunt et tua hereditatem
destruant Dixit ille lacrimis madens
Nolite nunc filii mei dilectissimi quos
semper habui in visceribus caritatis nolite
impedire gaudium meum / quia tempus est
ut pius deus me de carcere huius corporis
educat et in regno suo collocet Et
ideo corpus meum exuite et me nudum
super terram ponite Tunc fratres cum lacrimis
accedentes denudaverunt corpus eius ita
squalidum ac siccum pre nimia abstinentia
et omnia ossa eius possent numerari / et
ita erat vulneratum continuis flagellis
et verberatum quod quasi leprosus putaba-
tur eum nudum in terra sacco cooperuerunt
At ubi vir dei tunc sensit appropinquare
nimium iocundatus conversus quod ad dominum
cum lacrimis et manus in celum elevans

dixit: pie ihesu salus mea quem diligo
ostende michi faciem tuam et salvus
ero. Deinde reversus ad fratres ait
Accedite huc filioli mei ut tangam
vos antequam a vobis recedam. Sicque
singulos amplectens osculatus est.
Deinde cepit sibi afferri sacratissi-
mum corpus christi quod premissa longa
oratione cum lacrimis et pectus suum
feriens devotissime suscepit mox-
que ad terram supinus rediit. Atque
manus in modum crucis supra pectus
tenens dixit: Nunc dimittis servum
tuum domine in pace. Tunc subito
tanta lux quasi fulgur de celo veni-
ens circumfulsit eum quasi unius hore
spacio. Ita quod nullus circumstancium
fratrum potuit eum videre. Sed
vocem christi audierunt dicentem:
Veni dilecte mi quia tempus est
ut mercedem accipias pro laboribus
quos mei causa viriliter supporta-
sti. Ad hec beatus Ieronimus
cunctis audientibus respondit: Ecce
ego venio pie suscipe me quem tu
redemisti sanguine precioso. Tunc sub-
ito recedente lumine illa sancta
anima carne soluta cum christo et tota
celesti curia committente gloriosa mi-
gravit ad celum. Tantusque odor
circa sanctum corpus remansit quod nullus
umquam in hac vita talem potuit
sentire odorem.

Heremita. Dixit dominus discipulis suis: m[atthei] xx.
Cum videritis abhominacionem desolacionis
que dicta est a daniele propheta stantem
in loco sancto. Qui legit intelligat. Et
ego quidem legi danielem prophetam, sed
non bene possum intelligere, puto enim quod ista
abhominacio est antichristus. Sed vellem
scire ubi et quomodo nascetur et quanto re-
gnabit tempore. Et si statim post mortem
antichristi, vel diebus mediis eis concedatur
aliquod tempus ad penitenciam.

Angelus. De populo iudeorum nascetur
Antichristus et de tribu Dan iuxta quod Ia-
cob prophetavit dicens: Fiat Dan co-
luber in via. Nascetur autem ex viro et
femina, que statim a conceptione implebitur
diabolus qui est spiritus predicionis. Unde et
antichristus vocatur filius predicionis et nascetur

4 cassiodo[rus] 4

in civitate Babilonia, et nutrietur in
civitatibus Bethzaida et Corozaim
quibus improperat dominus in evangelio dicens:
Ve tibi Bethzaida ve tibi corozaim. luc[e] x
Habebit autem antichristus magos et male-
ficos secum et divinos et ariolos
et incantatores a quibus inspirante
diabolo erudietur et docebitur in omni
arte magica, et fient omnia male-
ficia et maligni spiritus erunt du-
ces eius et sociati comites individ-
ui. Et non habebit hoc nomen an-
tichristus sed habebit nomen aliud quod nec-
dum scitur, cuius Iohannes in apoca-
lipsi nomen illius bestie per nu-
merum divisit. Deinde veniet Ierusalem
et templum Salomonis reedificabit
et circumcidet se et messiam de lege
iudeis promissum et filium omnipotentem
se esse mencietur. Et ipse solvet
decem tribus que sunt recluse inter
montes Caspios, et cooperient eum
armis et cooperient superficiem
terre sicut locuste. Et mittet predi-
catores suos per universum mundum.
Et primo subiugabit omnes reges et
duces et principes mundi muneribus mi-
nerbus ac tormentis et ipsi precipi-
ent omnibus subditis suis ut omnes
adorent illam bestiam. Et qui nolu-
erint adorare mittentur in caminum
ignis et cruciabuntur gravissimis tor-
mentis. Et primo clerus et religio-
si inficientur et pene omnes fiant
exceptis paucis electis, nullus quod po-
terit aliquid emere aut vendere nisi
habuerit caracterem bestie. Tunc
Helyas et Enoch venient et predi-
cabunt coram eo quos ipse interficiet
et corpora eorum iacebunt in medio
civitatis sancte et tunc fiet talis tri-
bulacio qualis non fuit ab origine

gentes esse reperit / Et nisi abbre
uiati fuissent illi dies non fuisset
salua omnis caro sed propter electos abbre
uiabuntur. non desinet amplius illa
dira persecutio non amplius regnabit nisi
tribus annis cum dimidio / postea ascendet
antixpus in montem oliueti / Et ibi occi
det eum dominus ihesus spiritu oris sui de illo
loco tamen quo dominus ihesus ascendit in
celum / post cuius mortem concedet electis
xlv dies ad penitentiam / Nunquid tu nobis
latus es quod sanctus et gloriosus jeronimus
Jero. super danielem scribit dicens / Beatus qui
interfecto antixpo dies super praefinitum
numerum xlv praestolatur / Quibus et
saluator in sua maiestate uenturus
est. Quare autem post interfectionem antixpi
xlv dierum silentium sit diuine scripture
est / Nisi forte dicamus quod dilatio regni
sanctorum paciencie et eorum suprema probacio
quia tempore antixpi conuersa synagoga desie
uit tamen etiam quamdiu [illegible] ipso sal
uatoris primo aduentu [illegible] est per
sequta / Cum illo tempore dyabolus adhuc
ligatus esset [illegible] fidelitatem tamen mar
tires. Sed multo erit crudelior sub
antixpi temporibus quando erit soluendus / Nam
si ligatus tanta facere potuit quanta
Greg. faciet solutus. Unde beatus Gregorius in
libro decimo [illegible] dei ait Alligato dyabolo
est non posse exercere tota temptatione
quod per se fraudulenciam Et si per
mittetur in tam longo tempore et tanta
infirmitate multoplex et tales [illegible]
deus [illegible] et fideles se
duceret et ne crederent impediret
quod ne faceret alligatus est. Soluetur
autem et soluetur [illegible] et breue tempus
erit / Nam tribus annis et sex men
sibus legitur sathanas totis suis
viribus seuiturus mediante antixpo

Qui spiritualis putet et probabit scrip
turis se esse messiam in lege promissum Et
nullus poterit ei resistere in disputando et
per omnes literatos et doctores subuertet
et legem xpi subuertet et destruet
et suam nouam legem statuet sicut de ipso
dauid prophetauit dicens Constitue domine
legislatorem super eos ut sciant gentes
quoniam homines sunt / legislator erit antixpus
qui legem suam statuet et sedebit in
templo dei quasi deus ut legem dei au
ferat et sicut dicit apostolus Et antixpus ex
tollet super omne quod credi aut colitur deus
Et ab omnibus adorabitur preter paucos
electos / Denique simplices seducet per
miracula et tormenta / Faciet enim ma
xima miracula et uirtutes et signa
et prodigia ita quod etiam ignem faciet de
scendere de celo in terram uidentibus cunctis
ut sicut apostolis datus fuit spiritus sanctus
in specie ignis sic ille dabit spiritum ma
lignum in specie ignis credentibus in eum
sicut dicit apostolus / Et aduentus antixpi
erit secundum operationem sathane in omni
uirtute et signis et prodigiis mendacibus
Qui autem miraculis credere noluerint
faciet eos cruciari et interfici exquisitis
tormentis multo crudelius quam sancti mar
tires occidebantur / Unde beatus Gregorius Greg.
ait / nullus hic desidet ut cum persecucio
antixpi ueniet Tanta enim crudelitatis presse
curationis fiet ut preter electos valeat
sustinere / Nam sancti martires et si gra
uia sustinuerunt tormenta tamen conforta
bant per signa et miracula que faciebant
Tempore uero antixpi confessibus abscita signa
et miracula ut persecutorum [illegible] clariat
paria / et reproborum qui scandalizabuntur
leuitas concidat / et persequentium auda
cia feruencior efficiatur. Demum omnes
amaros nobiles et potentes subuertet

p'minā et magna dona Antix' nam
inveniet thezauros absconditos impa-
torum et regum antiquorum Et dnabi' ori-
prosis egipti Multis in se credentibus
multa donabit Et terram suo optitui-
dividet Et quos subtrare subiugare
no poterit avaricia subiugabit Vnde Da-
niel propheta ait Dabit eis ptatem d
multorum et terram gratuito dividet Sz illa
avaricia vna cum Antix' dus in illius
tempus destruet illustrione adventus sui

Hermita Sanctus paulus Apostolus dic' in
epistola Omnes quidem resurgemus sed no omnes
immutabimur in momento oculi in novissima
tuba Quam credo sicut dicit Apostolus q' omnes
resurgemus sz vellem scire in quali-
nio resurgemus Et qualis erit illa im-
mutacio pro quam no omnes immutabuntur
sed soli electi

Angelus Resurrectio futura erit omnium simul
et no successive et resurget unusquisque
q' eadem materia et eadem forma / quia forme
corporum quibus corporantur no in redunt
in nichilum Sz stat eorum resolucio in
materia et p'diviaz nam eadem renovabuntur
que fuerunt ante corrupcionem ut faciant
corpus resuscitatum idem esse specificale qd
fuit ante dissolucionem Corporis vero re-
suscitati restorato sito / cessius pluri-
bus p'diviaz uirtutes erit tam nam i
tam solitum ensile ne Et vero aia cor-
pori suo perfecte reformato et orga-
nizato vniretur statim nam erit Sed in
separabilis colligacio aie et corporis erit
supra nam Resurgent ergo eadem corpora eadem
ossa eadem caro Resurgent vene cum san-
guine capilli vngues intestina Ita
q' nec sanguis nec vnguium nec capillorum
amplius quam necesse sit et decorari congruat
Resurgent omnes in etate plenitudinis xpi
videlicet xxx trium annorum Et qui p'-
uuli mortui sunt et si eam (?) supersederat

Sed in ea quantitate ad quam quilibet vel
pervenit vel perventurus erat secundum natu-
ram que erat in semine quo erat genera-
tus / quia in ipso semine est aliqua vis
secundum quam tantum quilibet crescere potest et
crescit nisi prevenia morte aut impedi-
atur aliquo impedimento / viri cum
sexu suo et femine cum suo resurgent /
Omnes quidem resurgent incorrupti sed
no omnes immutabuntur nisi soli electi
et boni / quia corpora electorum immutabuntur
ita q' erunt impassibilia Non enim po- impassibilia
terunt pati per influencias sicut modo pa-
tiuntur ab igne aut ferro vel lapide quia
talis influencia no potest recipi nisi
anima habente appetitum ad aliam formam
et no plene quietata per formam propriam
Anima corpore vero electorum glorificato erit
quietata nec performam propriam et ideo
erit impassibilis / Erunt etiam corpora subtilia
electorum impassibilia subtilia quia ita
poterunt penetrare omne corpus non
glorificatum Et ideo poterit esse corpus glo-
rificatum in vno et eodem loco cum corpore
no glorificato Sed aliud vero corpore glo-
rificato in vno et eodem loco simul esse
no potest / quia vnum no est maius quam
alterum vel penetrabile Erunt etiam corpora
electorum bene colorata clara et lucida clara
sicut sol bene colore no amisso sicut
cristallus perlucidam et speciem induit
claritatem servato colore proprio Et sicut
carbo superinduitur igne / proprio colore
no amisso / sic erunt glorificata
corpora beatorum Dampnatorum vero corpora
no immutabuntur / sed resurgent cum
suis deformitatibus / et erunt passibilia
quia oportebit pati in inferno ignem eternum
et omnia tormenta infinita / Erunt etiam
grossa ita q' nunquam poterit comprehendi
in inferno nec deformet / Erunt etiam ob-
scura

et tenebrosa que per manebunt in te:
nebris exterioribus ubi erit fletus et
stridor dencium. Tu ergo hec audiens
time diem iudicii sicut sancti et electi
dei univeri timuerunt. Nam beatus
Jero. es christus et gloriosus confessor scribens
super Matheum dicit. Quociens illud considero
toto corpore contremisco Sive enim co
medo sive bibo sive aliquid aliud
facio semper videtur illa tuba terribilis so
nare in auribus meis Surgite mor
tui venite ad iudicium. Et si tam ti
muit sanctus et gloriosus confessor quid
tu lignum aridum videbis in illo die
cum exigetur a te usque ad ictum oculi omne
tempus tibi ad prestitum quomodo gessisti qualiter
sit expensum. Cum non solum de operibus
malis mortalibus et iniustis sed etiam
de verbis levibus ociosis et ridiculosis
et de cogitacionibus vanis mortalibus
reddituri es deo racionem. Ideo sanctus
Ambros. Ambrosius super Lucam ait Ve michi si peccata
mea non deflevero ve michi si dignam
penitenciam non fecero. Iam ad radicem se
curis posita ut faciat fructum quod pre
parat tempus grave. Dicit michi esse tempus
prime. Unde et beatus Augustinus dicit
Mens mea iudicii quibus quaeque turpis il
lecta fugit laborem appetit volup
tatem et adhuc durat ut a se consuetudinem
bone excludat. Sed cum cepit co
gitare futurum iudicii [illegible] penarum
eternarum [illegible] voluntarium bellum
induxit passionibus et desideriis
suis et timore supplicii verum [illegible]
pessimis desideriis et violenter se
ipsam vincere contendit. Sed quidam
miseri non timent diem iudicii quia
dubitant futuram corporum resurreccionem in
Greg. beatus Gregorius libro quarto [illegible] sic ait Sunt
non nulli considerantes quod spiritus a corpore
solvitur quod caro in putredinem vertitur

Et putredo in pulverem redigitur quod pul
vis in elementa solvitur ut nequaquam ab
oculis humanis videatur idcirco resurreccionem fieri
desperant. Et dum arida ossa aspiciunt
hec vestiri carnibus rursus et ad vitam
viridescere diffidunt qui si resurreccionis fidem
ex obediencia non tenent hanc certe ex racione
debent. Sed quid nos invitat. Nam
videmus arbores in yeme quasi mortuas
et aridas quas veniente estate folia
videmus erumpere fructus grandescere et totam
arborem vivo decore vestiri. Vel si
consideremus parvum unius arboris semen
quod in terra iacitur ut ex illo arbor producatur
Ubi ergo videtur in illo parvo semine tam
immensa arbor ubi viriditas foliorum
ubi color ubi fructus. Quid ergo mirum
si de modico pulvere deus cum voluerit hominem
resuscitat. Premittit autem primum diem iudi
cii signa precedencia que deus in ewangelio Salom
producit dicens Erunt signa in sole
et luna et stellis et in mari. Sed
et Johel propheta ait Sol convertetur in te Joel
nebras et luna in sanguinem antequam
veniet dies domini magnus et terribilis.
Ideo sanctus Jeronimus dicit se invenisse in Jero
annalibus hebreorum signa xv que precedent
diem iudicii. Prima die herbe et arbo 1
res dabunt rorem sanguineum ~~antequam
veniet dies domini~~ et veniet pluvia
de sanguine et omnes aves et volati
lia sedebunt super campestria et non
comedent neque bibent quasi dolen
tes de dampnacione peccatorum. Secunda die 2
mare eriget se super montes cubitos
xl stans in loco suo quasi murus. Et 3
die tercia descendet in profundum quod vix
poterit videri. Et die quarta omnes pisces 4
et belue marine dabunt mugitum et cla
morem usque ad celum quasi pre dolore hominum
dampnandorum. Quinta die ardebit mare 5

6 et flumina. Sexta die cadent domus
et edificia et omnes homines abscondent
se in speluncis et in cavernis terre. Sep-
7 tima die petre collident se ad invi-
cem et facient sonum terribilem. Octava
8 die fiet generalis terre motus ita magnus
quod nullus aliquis poterit stare sed cadent in terram
et tunc omnes bestie et animalia veni-
ent in silvas et facient mugitus et cla-
mores usque ad celum quasi dolentes de
dampnacione miserorum hominum. Nona die
9 equabitur terra et omnes montes et colles
10 in pulverem redigentur. Decima die ex-
ibunt homines de cavernis pallidi pre timore
et quasi amentes non poterunt loqui ad
11 invicem. Undecima die aperientur omnia
sepulcra ab ortu solis usque ad occasum
ut omnes mortui possint resurgere. Duo-
12 decima sol convertetur in tenebras et luna
in sanguinem et stelle cadent de celo. Sub
nam omnia sidera erratica et stacio-
naria spargent ex se igneas comas. Ter-
13 decima morientur viventes homines ut
cum mortuis resurgant. Quartadecima
14 exibit ignis et ardebit celum et terra
15 et totus mundus. Quintadecima fiet celum
novum et terra nova et tunc canet tu-
ba et omnes mortui resurgent incorru-
pti et venient ad iudicium.
Cum venerit filius hominis
Mt. 25 in maiestate sua et omnes angeli cum
eo, tunc sedebit super sedem maiestatis
sue et congregabuntur ante eum omnes gen-
tes et separabit eos ab invicem et
statuet bonos a dextris et malos
a sinistris. Tunc dicet malis: Disce-
dite a me maledicti in ignem eternum.
Quociens hec verba sancti Ieronimi lego vel
audio totiens timeo pre timore in me ipso
deficio. Ista quasi glutine salivam
meam valeo in faciem velles de quo

loco deus sedebit ad iudicandum et in
qua forma videbitur utrum in forma divina
aut in forma humana aut in utraque.
Ad iudicium finale veniet
Christus in quo deus propriis vivos
et mortuos iudicabit et bonos et
malos. Et sedebit in spacio huius
aeris contra locum montis Oliveti de quo
ascendit et ubi est sita vallis Io-
saphat iuxta et iusti obviam Christo
in aere recipiendi sunt et impii
in terra remanebunt. Videntur ecce
sancti angeli quorum ministerium est congre-
gare resuscitatos ad iudicium et separa-
re eos ab invicem et testificare de bonis
et malis. Et mittere dampnatos
in caminum ignis. In hoc iudicio con-
sciencie omnium erunt sibi manifeste et
et singulorum singulis tam bonorum
quam malorum et omnia facta tam
bona quam mala utriusque ad memo-
riam revocabuntur et omnia simul
omnibus et singulis videbuntur tam
bona quam mala. Tam bonis sic
prestabitur per passionem Christi et per
sublimacionem intellectus et per operacionem
divine virtutis. Malis vero solum per
operacionem divine virtutis in intellectu.
Discussione ergo facta profertur sententia
ad cuius prolacionem ibunt iusti in vitam
eternam mali vero ibunt in ignem eternum.
Tunc plangent se omnes tribus terre
quia de omni tribu plurimi dampna-
buntur. Plangent se pagani qui
infideles qui vanis disputacionibus
suorum philosophorum decepti putaverunt
stulticiam esse deum crucifixum. Plan-
gent se Iudei videntes viventem
et vivificatorem quem quasi hominem mor-
tuum estimabant. Plangent se mali
christiani peccatores quia magis dilexerunt

mundum quam primum. Et numquid tu oblitus
Ieron. es quod stultus et gloriosus Ieronimus scribit
in epistola ad Heliodorum. Et ubi tunc
ista omnia comprehendit dicens. Deli-
catus es frater karissime. Si et hic
vis gaudere cum seculo, et postea regnare
cum Christo. Veniet illa dies iudicii, quod
corruptivum hoc est mortale induet
incorruptionem et immortalitatem. Ad vo-
cem tube pavescet terra cum populis. Tu
si bonus eris gaudebis. Iudicaturo
domino lugebit mundus, et mugiet
et tribus ad tribum, pectora ferient
potentissimi quondam reges nudo
latere palpitabunt. Exhibebitur tunc
cum prole sua vere tunc igneus Jupiter. Ad-
ducetur cum suis stultus Plato discipulis
Aristotelis argumenta non proderunt.
Tunc tu rusticanus et pauper exulta-
bis et dices. Ecce crucifixus deus meus.
Ecce iudex qui obvolutus pannis
in presepio vagiit, hic est ille que-
stuarie filius, hic qui matris ge-
status in sinu hominem deus fugit
in egyptum, hic vestitus coccino,
hic sentibus coronatus. Cerne manus
iudee quas fixeras. Cerne latus
romane quod foderas. Videte corpus
an idem sit quod dicebatis clam
nocte sustulisse discipulos. Erunt
denique quatuor ordines hominum in
hoc iudicio, primi sedebunt cum Christo
|iudicabunt iudicantes alios non sine placacione
sed approbacione. Sicut apostoli et omnes
perfecti qui voluerunt observare precepta
et quesierunt perfectionem consiliorum sicut boni
heremite et religiosi perfecti qui omnia
reliquerunt pro Christo. Isti gaudebunt
privilegio. Unde apostolus ait. Nescitis
quoniam et angelos iudicabimus. Alii

iudicabuntur et salvabuntur sicut boni secula- 2
res quibus dicetur. Esurivi et dedistis michi
manducare. Nudus fui et cooperuistis me.
Alii non iudicabuntur et dampnabuntur sicut pa- 3
gani Iudei et heretici. Quia scriptum est
qui non credit iam iudicatus est. Alii 4
iudicabuntur et dampnabuntur sicut mali
christiani religiosi mali et seculares quibus
dicetur. Esurivi et non dedisti michi manducare.
Nudus fui et non cooperuistis me. Ite ergo
maledicti in ignem eternum. Et tunc figura
istius mundi peribit non enim mundiorum sed
igneum conflagrationem. Et in novacione elementorum
motus celi cessabit. Tunc apparebit signum
sancte crucis in celo, et cicatrices vulnerum
Christi sole lucidiores ad ostensionem iusticie
quod mali iuste dampnabuntur. Nam ut ait
Crisostomus super Matheum. Christus in die iudi- Cris.
cii improperabit malis labores et dolores
quos corporis sustinuit dicens. Ego propter vos
homo factus sum, propter vos ligatus et fla-
gellatus, spinis coronatus, illusus, con-
sputus et crucifixus sum. Ecce crux in
qua fui clavis affixus. Ecce cicatrices
vulnerum manuum et pedum et lateris.
Hec omnia propter vos sustinui, volens
vos redimere, volens vobis dare vitam
eternam et noluistis, quare tamen virum mi-
serum et fugitivum mundi magis quam me
dilexistis, et me propter illa contempsistis
et dyabolo suadenti pocius quam michi obedi-
vistis. Ite ergo cum dyabolo in ignem eternum.
Tunc stabunt tres accusatores contra peccatorem. 1.
Primus erit dyabolus. Unde beatus Augustinus ait. Aug.
presto tunc erit dyabolus recitans verba
professionis et obiciens nobis quecumque fe-
cimus, et in quo loco et in qua hora
peccavimus. Dicturus est enim ille adversarius
equissime iudex iudica istum esse meum
ob culpam qui noluit esse tuus per graciam

Tuus est peccatum sed meus est penitencia
Tuus est perpassione sed meus compassione
Tibi inobediens sed michi obediens. Iu
ste iudex fac iusticiam quia iste homo debet
esse meus. Heu heu quid dicet homo
infirmus qui talis invenitur ut iuste tu
dyabolo deputetur. Secundus accusator erit
proprium peccatum. Peccata enim propria unumquemque
Bernh. accusabunt. Unde beatus Bernhardus ait Su
perbia · ira · luxuria · et omnia mala
opera dicent. Tu nos egisti opera tua
sumus, non te deseremus sed tecum erimus
et tecum ad iudicium pergemus. Tunc omnes
male cogitaciones et occasiones peccatorum
accusabunt sicut in libro sapiencie scribitur. Veni
ent in cogitacione peccatorum suorum et tra
ducent eos ex adverso iniquitates eorum. Tercius
Crys. accusator erit totus mundus. Unde beatus
Augº Gregorius ait Si queris quis te accusa
bit dico totus mundus. Quia offenso
conditore omnis creatura offenditur. Unde et
Crys. Crisostomus super Matheum ait In illo die nil est
quod respondeamus. Ubi celum et terra et aqua
sol et luna dies et nox et totus mundus
stabunt adversum nos in testimonium ante
deum nos fortiter accusantes. Quam an
guste tunc erunt vie reprobis. Superius
erit iratus iudex. Inferius horrendum
chaos. A dextris peccata accusancia. A si
nistris infinita demonia ad suppli
cium trahencia. Intus consciencia urens.
Foris mundus ardens. Miser peccator
deprehensus quo fugiat? Latere erit
impossibile, et apparere intollerabile.
Ideo peccatores in illa die desperati cla
mabunt et dicent montibus cadite super
nos, et collibus cooperite nos a facie
sedentis in throno et ab ira agni. Quia
mallet reprobus omne tormentum susti
nere quam faciem iudicis irati videre.
Crys. Unde Crisostomus ait Si mille gehennas

ponas, nichil tale reputo quantum est ab ista
esse iudicii meo creatori, et ab eo
repelli, et adulci societate sanctorum ex
cludi, et alienum fieri ab omnibus elimis
et abyssis que parant deus diligentibus
se, tantum gravat cruciatum, ut si alia
nulla pena torqueret ista sufficeret.
Quanto ergo maior est dolor privari
altissima omnium sanctorum leticia ac privari
vite vivus morti subire nec umquam
sperare aliquando vite. Sed perpetue et si
ne fine in ira dei permanere.

Capitulum quintum de horribili pena inferni.

Pene dum mentem tangunt
in libro gehennam nominat
Sepe ignem eternum allegat
Non umquam iudicium futurum ac tene
bras exteriores ubi erit fletus et
stridor dencium considerat. Nam hoc
ego estimo ut homines habeant ti
morem dei. Sed quia perfecta caritas fo
ras mittit timorem. Ego vellem 1 Ioh. 4.
scire que utilitas est in hoc timore
qui mittendus est foras a perfecta caritate.
Magister Carnales homines ideo
tempora ac temporalia diligunt, quia
futura tormenta que eos expectant
non perpendunt. Et quia deum nolunt
diligere, in prosperis, necesse est eos
terreri adversis. Nunc enim terrendo sive
comminando, sive plectendo, propter hoc
agitur ut vita hominum corrigatur.
Deus enim ex sua infinita bonitate
preparatus esset magis consolacionibus fovere
quam adversitatibus terrere. Si homines ergo
dispositi essent, ut suam divinam conso
lacionem susciperent que adeo preciosa
et delicata est ita quod nullo modo decet
vel expediret ut infunderetur omnibus
hominibus, nisi solum illis qui hunc
gratum intellectum et bene dispositum affectum

Necesse ergo erat primo metas tanta-
lum et nidatorem honorum primorem
purgare ut demum posset ad gradum
caritatis venire Nam de timore dei na-
scitur compunctio cordis De compunctione cordis
procedit contemptus mundi et carnis De
contemptu mundi et sui humilitas procedit
De humilitate mortificatio voluptatum
gignitur De voluptatum mortificatione
expelluntur et marcescunt uni-
versa vicia De viciorum expulsione virtu-
tes pullulant et fructificant De virtutum
pullulatione puritas cordis acquiritur
Et per cordis puritatem compleri caritatis
perfectio possidetur Nunquid oblitus
es quam sanctus et gloriosus Jeronimus in sermone
suo ultimo fuit dicens Heu quam in mundo
honor et vita recommendat et fama
quibus unico consensu peccati diva
mors iminet et ruina Quod cotidie
venitur timeant fratres quia inicium
sapientie timor domini Si adam pro-
genitor timuisset numquam de paradiso
eiectus fuisset Salvator quid nos ad-
docet nisi timere vigilate quia nescitis
qua hora fur venturus sit Neo-
nitus et presentes tua securitate habitat
Qui sanctior et sapientior est ma-
gis timeat Nam qui altius stat
cadens maiores casus recipit Ecca-
dinali clausi sunt Domnali non curat
quia sui sunt Cecidit ille sapiens
Salomon cecidit et daniel electus sanc-
tor dei Timeant fratres, utinam ergo
timeant quia beatus est vir qui timet
dominum Christus dei timor foras
mittit vanum timorem Timorem va-
num non habet caritas Caritas et timor
dei unum sunt Consideramus quod propheta
dicebat Confige timore tuo carnes
meas Nam in regnum celorum nullus
ingredietur centuplo est arctior via eius
quam credunt omnes larga sit vere time-
tibus Recte quod Hugo super cantica ait
In veritate didici nichil eque efficax esse
ad gratiam promerendam retinendam recuperandam
quam si omni tempore coram deo inveniaris
non alta sapere sed timere Scimus enim a
timorato contemplatore deus iusto sed occulto
suo iudicio reprobos nec diluens mala
nec bona acceptans insuper et contradictores
induravit ne forte doleant et resipi-
ant et curentur et sanet eos Timendum
valde quod in propheta de huiusmodi legitur
ubi loquens ad angelos deus sic ait mi-
sereamur impio quibus paventibus atque quien-
tibus Non ergo discet facere iusticiam
Non inquit sublatus quam tamen in terra a-
sanctorum iniqua gessit et non videbit
gloriam dei Timeat clerus timeant mali
religiosi qui in terris sanctorum quos possident
tam iniqua agunt ut ad superfluitatem
et superbiam ac luxuriam sumptum pau-
perum consumere non timent Talibus ergo vi-
detur in presenti parcere deus ne in eternum parcat
Totus inhorrui si aliquis hoc considerarem
Nec mirum si sic ego hic titubo folium
utique quod vento rapitur et stipula sicca
ubi et maximus ille contemplator dicit
suos pene effusos gressus Et dicebat
zelavi super iniquos pacem peccatorum videns
quia in labore hominum non sunt ideo tenuit eos
superbia ne humiliari ad primam Et sup-
ponent propter superbiam cum diabolo superbo
Ideo Sapiens ait fili accedens ad servitutem
dei sta in timore et prepara cor tuum ad
temptationem quia timenti deum bene erit in extre-
mis et in diebus defunctionis sue benedi-
cetur Et in tota anima tua time deum qui
post corpus et animam mittere potest in iehennam
Nam qui sine timore est non poterit

Timor
compunctio
contemptus mundi
humilitas
mortificatio voluptatum
mortificatio viciorum
virtutes
puritas cordis
Caritas
Jeronimus
Hugo
Gregorius

iustificari. Timor servilis facit primitus
apportando onera pene / sed dicitur alia-
ta timor potest esse / quia multa ho-
mini videntur esse bona que deus novit
esse mala quia nescit homo utrum amore vel
odio dignus sit Unde Ecclesiastes ait Sunt
iusti atque sapientes et opera eorum in manu
dei potest enim aliquis in momento cadere et
non addiciat ut resurgat ubique timendum
est / quia de quolibet statu aliqui deciderunt
Timendum est ex omni parte quia homo est sicut
castrum ex omni parte portas habens per quas
potest capi / viri eciam sancti non solum ti-
ment in malis sed eciam in bonis Unde
Gregor. Gregorius ait piarum mencium est ibi
culpam timere ubi culpa non est Iusti
quod agunt metuunt dum caute considerant
ante quem deum iudicem stabunt Qui habet ti-
morem filialem cavet offensam patris
Sicut bonus filius etc si sciret ex illa
offensa nil sibi mali accidere Nam here-
mita aut Monachus si propter timorem
pene id est ne excommunicetur aut vapu-
let aut ne dampnetur deo servit servus
Si aut propter professionem suam quam promisit
deo servit vasallus est Si vero servit
deo pro hereditate celesti proprie mercena-
rius est Si vero solummodo ut dei graciam
habeat ut eius iram non senciat filius
perfectus est nemo potest esse perfectus nisi
sciat se non esse perfectum Quicumque hic
vivit continue iuste vivat / ve illi
si tunc eum invenerit deus in iudicium da-
operam iustus et continue perseveres
considera te peccatorem Semper tamen in dei mise-
ricordia non in te Qui non timebit te
o rex gencium Nam ad districtum examen
iudicis nostri iusticia iusti scelera erit
tamen omni tempore ad primam gressum diligenter

annos requirere quare sit expressum
Et sicut capillus non peribit de capite ita
nec momentum peribit de tempore Ideo dominus
electis suis in hac vita tribulaciones
persecuciones et dampna ingerit et
quosdam molestia corporis infirmitatibus
aut eciam plagis ut timeant casti-
gare consuevit Sicut se plagis casti-
gatum beatus Ieronimus asserit in epistola Ieron.
ad Eustachium virginem dicens Cum ante
annos plurimos domo parentibus sorore cog-
natis et quod hiis est difficilius con-
suetudine lautioris cibi propter celorum
regna me privassem et volens mi-
litaturus pergerem bibliotecam quam
michi Rome confeceram carere non
poteram Itaque miser ego lecturus
Tullium ieiunabam et post noctium cre-
bras vigilias et lacrimas quas
michi preteritorum peccatorum recordacio in-
ducebat Plautum sumebam in manus
Si cum propheta legere cepissem sermo
horrebat incultus Et quia lumine
cecis oculis non videbam sed non oculorum
putabam culpam sed solis Et dum
me sic antiquus serpens illuderet in
media fere quadragesima medullis infusa fe-
bris corpus invasit et infelicia
membra depasta est ut ossibus
vix hererem Interim parabantur
exequie et vitalis anime calor in solo
tantum pectore palpitabat Cum
subito raptus ad tribunal iudicis
pertrahor ubi tantum luminis erat ex circum-
stancium fulgore ut proiectus in terram
sursum aspicere non auderem Interro-
gatus de condicione Christianum me esse
respondi Et ille qui sedebat mentiris
Ciceronianus es non Christianus ubi
enim thesaurus tuus ibi et cor tuum

Illico obmutui et michi verbera iam cedi me iussit / clamare cepi miserere mei deus miserere mei / tamen ad presidentis genua provoluti qui astabant precabantur ut veniam tribueret adolescentie, et errori locum penitencie daret. Ego vero iurare cepi et nomen eius attestans dicere Domine si unquam habuero codices seculares et legero te negavi. In hec sacramenti verba dimissus revertor ad superos et mirantibus cunctis oculos aperio plenos lacrimis et scapulas livientes habui plagas quas sensi ut esset incredulis fides facere ex dolore. Et tanto deinde studio divinos libros legi quantum seculares non legeram.

Scribit apostolus in epistola Et quidam edificat super fundamentum fidei aurum argentum et lapides preciosos. Alij vero super edificant fenum stipulam et ligna. Et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Ipse tamen salvus fiet sic tamen quasi per ignem. Ego estimo quod hic apostolus dicit de igne purgatorij per quem fideles purgantur ut salventur. Tamen vellem scire ubi est purgatorium et qui sunt qui purgantur. Et quando possunt adiuvari ut de igne purgatorij liberentur.

Purgatorium est in superiori parte inferni et illic purgantur illi qui non habent consummatam iusticiam hic, et qui decedunt in veniali peccato, licet tamen aliqui aliquando ex dispensatione divina legantur purgari in hoc mundo vel alibi de correctione vivorum. Nam purgatorij pena est maxima omnium penarum temporalium que sunt in hoc mundo, non quod minima que est in purgatorio sit maior maxima que est in mundo. Sed quia maxima que est ibi est maior maxima que est hic. Mitigatur tamen pena certitudine anime quam habent de salute sua, quarum certitudo maior est illa quam habent aliqui in hac vita. Nam certitudo in hac vita est cum expectatione et timore, quia quilibet vivens potest peccare. Et ob hoc timet. Ille vero licet est cum expectatione tamen est sine timore quia ille in purgatorio numquam potest peccare. Et tamen quidam citius quidam vero tardius liberantur secundum quantitatem suffragiorum, vel secundum parvam aut magnam contritionem, quia posset in vita tantam habere contritionem quod liberaretur ab omni pena purgatorij ad vitam transiret eternam. Et si satisfactionem non complevisset, quia contritio est maxima pars satisfactionis. Nunquam oblitus est. Et sanctus et gloriosus Jeronimus dicit Apud Jero.
deum non tam valet mensura temporis quam doloris, nec abstinentia tantum ciborum quam mortificatio viciorum. Utilius est ergo in hac vita purgari per contritionem quam per valde futuram purgationem. Unde Augustinus Aug.
in sermone de igne purgatorij dicit Nunquam impunitum non debet esse peccatum, punias ergo tu ne tu puniaris pro illo peccato. Tuum iudicium te liberat non patiendo. Nam qui sua peccata hic punire noluit sed in aliud seculum penam distulit talis purgabitur igne purgatorij, qui ignis etsi non sit eternus, miro tamen modo est gravis, et superat omnem penam quam unquam aliquis passus est vel posset pati in hac vita.

Nam triplici de causa anime patiuntur penas 1
purgatorij. Primo propter fenum stipulam et ligna, hoc est propter venialia peccata que secum detulerunt quia in vita sua habuerunt cum aliqua consuetudine aut infirmitate. Secundo 2
propter defectum satisfactionis utilis quia iniunctam penitenciam non compleverunt in purgatorio satisfaciunt nisi adiuvantur suffragiis aliorum.

3. Tercio propter ignoranciam sacerdotum. Sacerdotes
enim quia non possunt videre quanta sit in
corde peccatoris contricio neque possunt scire quantum
velit deus punire pro uno quoque peccato ideo
nesciunt iniungere condignam penitenciam sed
sepe iniungunt multo minorem, et talis
defectus compensatur supplicio in purgatorio. Sunt autem
tria genera suffragiorum que maxime prosunt
existentibus in purgatorio scilicet oracio
1 et ieiunium bonorum hominum. Unde apostolus ait
Quid facient qui baptizantur pro mortuis
si mortui non resurgunt. Baptizari enim
pro mortuis est opera penitencialia facere sicut
orare aut ieiunare. Que mortuos
habent purgare atque mundare. Secundo prodest
2 eis elemosina. Unde dominus ait: Date ele-
mosinam et omnia munda sunt vobis.
Est enim elemosina celestis aqua per quam
ignis purgatorii extinguitur sicut in ecclesiastico
scribitur: Ignem ardentem extinguit
aqua et elemosina extinguit peccata.
Tercio prodest eis altaris sacrificium. Unde beatus
Bernh. Bernardus ait: Semel Christus oblatus est
in semetipso et cottidie pro peccatis nostris
offertur in sacrificio. Ideo sacerdos cum sup-
tionem in tres partes dividit quarum tercia
in calicem mittitur pro animabus que in purgato-
rio tenentur. Insignum huius pene pur-
gatorii data fuit triplex opcio David
regi ut eligeret aut triduum dierum pe-
stem aut trium mensium inimicorum perse-
cucionem aut septem annorum calamitatem
seu famem. Per triduum dierum intelligitur
pena penitencie que corporaliter affli-
git propter contritionem confessionem et satisfactionem.
Per trium mensium persecucionem intelligitur pena
purgatorii quia ibi anime puniuntur propter
lignum fenum et stipulam que secum de-
tulerunt. Per famem septem annorum

intelligitur pena infernalis quia est ibi fa-
mes et universalis defectus omnium bo-
norum. Suffragia ergo bonorum hominum
iuvant penitentes ad satisfaccionem ad
pene mitigacionem et liberacionem. Damp-
natos autem iuvare non possunt quia in inferno
nulla est redempcio. Unde Greci et
alii heretici negant esse purgatorium contra quos
Quia autem non credunt aliquos pati sine
corporibus quia non peccaverunt sine corpore.
Et hec heresis incepit statim post
obitum beati Jeronimi. Unde beatus Cirillus — Cirill.
scribit illud miraculum dicens post obitum
gloriosi Jeronimi quedam heresis nunc grecos
corripuit que usque ad latinos per- — Exlum
venit. Dicebant enim aliqui heretici nullum
esse locum purgatorii. Quapropter ego
convocatis fidelibus indixi eis ie-
iunia et oraciones miras. Nam septima
nocte gloriosus Jeronimus apparuit Eu-
sebio suo discipulo et ei quod dixit: Nuncia
hec Cirillo cum fratribus ut die
crastina unusquisque propere vadat ubi meum
quiescit corpus omnes quemadmodum ca-
tholici et heretici. Et tu sex homines
qui hac nocte mortui sunt corpora
facies illuc deportare, super
quos saccum quo utebar pones
statim quod resuscitati hanc heresim
confutabunt. Et sicut factum est mane
omnibus illuc congregatis tam catholicis
quam hereticis predictorum sex virorum
mortuorum cadavera feci deportari
efficiebat interim absentes de visu
extimantibus quod manus dei foret
exinanita. Tunc Eusebius [illegible]
sermonibus saccum gloriosi Jeronimi
super illa ~~[illegible]~~ cadavera posuit
qui inspicientibus videntibus resurgentes
ceperunt penas purgatorii et inferni

De tribus
mortuis et
probacio
purgatorii

quas videat omnibus publice intimare
et hereticos confundere
Sicut Matheus de hoc
scribit c. 24 in die iudicii exibunt an-
geli et separabunt malos de medio iustorum
et mittent eos in caminum ignis. Ego
estimo quod ille caminus ignis est infernus
in quem mittentur omnes mali post diem
iudicii cum corpore et anima dampnandi / In
vellem scire ubi est infernus et qui
sunt illi qui mittentur in infernum ignis
Subtus terram est infernus / Ubi
in quo est ignis materialis qui cruciabit
animas et corpora dampnatorum hominum
et eciam ipsos demones / qui ignis nu-
trimento lignorum non indiget / quem
omnipotentis dei iusticia / absque nutri-
mento de nichilo creat quia ignis
non est talis qualis est iste de quo
in materia. Et lucem habeat nec talis qualis
est in celestica materia terrea vel aerea
sicut est carbo vel flamma cum talis
luceat et tenebras expellat / sed
est permixtus sicut est ignis sulphureus
et fumosus / qui magis habet incendere
quam lucere. Et si quid modicum lucis
habebit ad horrorem et mesticiam dampnatorum
faciet non ad consolacionem. In
hoc igne ardebunt perpetue omnes in-
fideles pagani et mali christiani
ac peccatores / sed diversimode quidam plus
quidam vero minus. Et tamen in uno et
eodem igne / quod sub uno sole unus plus
estuat quam alius. Sic in uno igne
infernali mali christiani plus ardebunt
quam pagani. Nunquid oblitus es
quod sanctus et gloriosus Jeronimus super Eze-
chielem scribit dicens. Qui dubium
quod inter tres peccatores immo impios
gentilem hereticum et catholicum / multo
maioribus penis dignus sit quam maior
est dignitate / Heu quot hodie sunt renati
baptismate et christiano fungunt nomine
quibus foret melius non fuisse quam pene
paganorum infinito minor est quam malorum
christianorum / Et ultimum illud non foret ma-
ior peccatis / navis undique sana uno in
fit fit foramine. Et sanguis si unico
peccato mortali fuit reus et impenitens
descendit in profundum inferni nunquam exiturus
Sed sanctus Gregorius ait Unus gehenne
ignis credendus est sed non uno modo cruciat
peccatores / unicuique enim quantum exigit
culpa tantum illic senciat penam. Et
licet in illo igne unus sit modus incendii
tamen diversitas peccatorum hoc facit ut ignem
non dissimilem habeant et tamen eosdem sin-
gulos dissimiliter cruciat. Sicut propheta
ait Quis vestrum habitare poterit
cum igne devorante. Quis ex vobis habitabit
cum ardoribus sempiternis. Quod eciam
beatus Augustinus ait. Quis putas tunc
erit merror que tristicia quis luctus
cum separabuntur iniqui a consorcio iustorum
et tradentur potestati demonum et ibunt
cum eis in supplicium eternum ibique permanebunt
sine fine in luctu et gemitu et
procul a gaudiis paradisi. Nunquam refri-
gerium acceptum sed semper lugebunt nunquam
tamen iusti liberandi. Ubi torquentes
et punientes non fatigabuntur. Ubi quoque qui
torquentur non moriuntur. Sic semper re-
nie semper vivent in igne ut nunquam mo-
riantur et tamen nunquam consumantur. Nam
secundum beatum Gregorium pius benedicti
vocabuntur in regnum celorum et postea
maledicti deicientur in ignem eternum quo
magis doleant videntes quod amiserunt
et iusti magis gaudeant videntes penas
quas evaserunt. Nam ait beatus

Greg.

Aug

Greg

Jeron.

in deo seu in speculo eterno penas dampna-
torum et omnes dampnatos et videbunt ita
ut quilibet magis gaudeat. Sed anima dam-
natorum videt gloriam iustorum / et omnes
iustos et sanctos / solum usque ad diem iudicii
sicut dives epulo vidit lazarum post iu-
dicium vero cum corporum pena duplicabitur
post assumptionem corporum tunc claudentur in inferno
in illo camino ignis eterni et tunc absor-
bebuntur suppliciorum acerbitate quod non
poterunt amplius beatorum gloriam videre nec
umquam de igne exire / et obiicit plurimi
qui decesserunt in peccato mortali / utrumque
suis precibus ad corpora fuerunt revocati
ut penitentiam possent facere et salvari. Beatus
Cirillus in libro miraculorum sancti
Jeronimi refert quod fuit maxime prosperitatis
quidam cardinalis Andreas nomine
glorioso Jeronimo devotus fuit. Qui per die
in Roma urbe multis circumstantibus
expiravit. Cuius sequenti die in certa
partis exequiis funeri eius assistente
summo pontifice cum clero et populo ro-
mano Cardinalis stupentibus nobis revixit
et surrexit. Cuius a summo pontifice
interrogatus hec verba intulit dicens
Quod mortuus fuissem et divino exami-
ni astarem iudicandus et iam propter ve-
[illegible] et honorum superfluitate car-
nalibus cruciatibus condempnarer. Sub-
ito adveniens gloriosus Jeronimus sole
splendidior presidenti iudici flexis
genibus animam meam meo corpori iterum
iungi impetravit. Sic quod anima mea voti
compos est facta. Admirans summus
pontifex et universi deum et glorio-
sum Jeronimum laudant. Cardinalis vero idem
mutata pessima vita deinceps in
paupertate penitentiam agere et deo studuit
servire

Grego · Cirill · Exem · Grego · Grego

De Andrea Cardinali

Heremita. Legi in Ex.° ca. 22°
de quodam qui non habuit vestem nupcia-
lem. Cui dicitur est ligatis manibus
et pedibus proicite eum in tenebras
exteriores ubi fletus et stridor dentium.
Ergo ex isto per tenebras exteriores sunt pene
infernales / et quilibet intelligo quod non
solum una pena ignis sit in inferno sed
etiam alie pene plures ac diverse. Ideo
vellem scire que et quante sunt pene
in inferno / Et que sunt illa vincula cum
quibus manus et pedes dampnatorum li-
gantur / ut se non possunt a penis adiuvare.
Angelus. Oculus non vidit nec auris
audivit nec in cor hominis ascendit
que et quante sunt pene in inferno
in quibus dampnati cruciantur sine fine.
Nam infernus est sine mensura longus
et sine fundo profundus / plenus ar-
dore inextinguibili / plenus fetore intol-
lerabili / plenus dolore inenarrabili.
Ibi miseria / ibi tenebre / ibi nullus
ordo / sed sempiternus horror inhabitat.
Nam vincula quibus ligantur dampna-
ti sunt peccata de quibus in die iudicii
dicitur Colligite zizania et liga-
te fasciculos ad comburendum. Ita peccatum
avaricie ligabit omnes avaros / luxuria
luxuriosos / ira iracundos. Et quanto
quis plura habuit peccata tanto gravius
ligabitur et tanto plura sustinebit
tormenta. Numquam oblitus es quod sanctus
et gloriosus Jeronimus in ultimo sermone
dixit. Heu miseri qui in isto tam brevi
tempore voluistis bonis temporalibus abuti
et tantis penis non timentis. Cum
tunc ducet infelices homines quedam
tam summa ibunt ad perpetua tormenta
quibus corpus et anima simul cruciabitur
cum diabolo sine fine / nullum deinceps
inspectura refugium [illegible] anime

Jero.

Sed post gaudia huius mundi et honores
peruenitur ad tenebras exteriores ubi stabit
pilosus ad pilosum unus ad alium demo
ad demonem percutte dilacera et mersi
te velociter spolia detrahe cito prode
infer penas et malleos / et bulientibus
impone lebetibus. Unde dicit beatus Augustinus
in sermone sic ait De illis quibus parabi-
tur dolor unicus ardor flammarum
sitis sine potu fletus et stridor den-
tium et lacrime oculorum Ubi optatur
et non datur. Unusquisque putabit ut dolor
est penalis abonus storum societate
Unicus amor vite eterne vive mor-
te sepiuntur / profundo fluctuantes ge-
henne [illegible] nigri / edacissimus den-
tibus inclusum laniant ut finiri
tribulaciones nequeunt / spiritus demo-
num pati. Barathri sunt anima
caliginem oculos excecant / ut sentiat
quod illuminat sed sentiat quod cruciat.
Unde dicit beatus Bernhardus ad Eugenium papam
ait Ego abhorreo dente mordacem
et morte vivacem. Ubi gehen-
nalis regio quam fugienda est:
Ubi est ignis ardens / frigus urgens
vermis immortalis fetor intollerabilis
mallei percucientes tenebre palpabiles
Confusio peccatorum / nodacio vinculorum
et horribiles facies demonum. Unde beatus
Sebastianus in sermone ad
Marcellianum et Marcum sic ait
Nolite o parentes trahere filios
vestros quos diligitis revocare a
vita eterna et ad perpetua tormenta
destinare Ubi edaces flamma peccatores
devorant ubi dracones miserorum
labia comedunt Ubi serpentes mor-
sibus suis dampnatorum pectora de-
pascunt / Illic ululatus et gemitus
sonat et clamor confusus quem

[margin: Aug.] [margin: Bern.]

tormentorum immanitas et ardor in-
cendii extorquet quia ibi tribulacio
nullo termino finitur Sed flammarum acerrime
adusciones consumunt et accendimina in-
cendia. Qui qui adusti fuerant renovantur
Illic atroces demones torquent / quorum
brachia sunt quasi capita draconum quorum
oculi ex se igneas sagittas iaculantur
quorum dentes sicut elephantes prominent
et simulant ad tormenta velut caude
scorpionum quorum voces velut leonum
fremitus sonant / quorum aspectus tremo-
rem inducit / pre quo et dolorem ac mortem
prius unica mors possit illam sustine-
re / sed adhuc miseri vivunt ut cruciatibus
gubernentur. Adhuc reintegrantur consumpta
serpentium morsibus ut iterum repetitis
morsibus atterantur sine fine. Unde
dicit beatus Gregorius ait Quibus in
hoc seculo vita offertur et noluerunt accipere
in inferno querent mortem et invenire
non poterunt quia ad districti iudicis iu-
sticiam pertinet ut numquam careat supplicio
quorum mens numquam caruit vitio. Carere
voluit pecato nam tanta est in inferno tor-
mentorum acerbitas, ut si quis eam semel
viderit aut gustaverit numquam in hac vi-
ta videret sed magis fleret. Unde beatus Cirillus
in libro miraculorum sancti Jeronimi sic ait
Silencio preteriri non puto quod illi tres
viri qui sancto glorioso Jeronimi fuerunt
resuscitati quotiens flebat ut meis viis
consolacionem aliqualem admittere nolebat
cum eos plurimum interrogarem dixi sic
amore quare fletis. Unus eorum respondit O
que nos perdidisse fuimus experti non igno-
rares tibi ipsi esse causa fletus. Nam que
esse credis penas et tormenta dampnatis
parata, ad que ego puto quod maiora sunt

[margin: Greg.] [margin: Cir.] [margin: Ex.]

Ideo beati qui penas inferni considerant sicud dicitur ... sicud dixi.

quam in hoc mundo. Quod habet ille qui ob pene que sunt in hoc mundo et tormenta inferni pene que sunt in inferno comparatione omnis pene que hic sunt essent solacia. Nam magis vellet qui expertus est usque ad finem mundi omnibus hic sunt penis cruciari quam uno die in inferno mori que illic est pena torquere. Et ideo si tam miri fletus interrogas tibi penarum est que peccatoribus iuste dantur. Qua dere non miror si plagis sed porius admiror quam homines qui se mori non dubitant mala hic semper pariunt. Nec cogitat quantas tantas et tam graves possent evadere penas que finem non habent. Capitulum quintum De ineffabili gloria regni dei.

Videns ihesus turbas ascendit in montem et aperiens os suum docebat discipulos suos

cap. 7. dicens Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum regnum celorum. Et in fine illius sermonis ait Nolite solliciti esse. Sed primum querite regnum dei. Ergo estimo quod regnum dei proprie dicitur esse in celo ubi deus regnat et videtur in maiestate sua ab angelis. Et videbitur ab hominibus oculis ocio ad oculum sicuti est. Sed quod plures dicuntur esse celi. Ideo volleni scire quot sunt celi et in quo celo dicitur esse regnum dei. Et qualiter debemus primum querere regnum dei.

Augustinus. Tota corporalis mundi machina consistit in natura elementali et in natura celesti. Natura elementalis distinguitur in quatuor species quatuor elementorum videlicet ignis aeris aque et terre.

Natura vero celestis que est ab orbe lune inclusive superius distinguitur in decem celos sive in tres celos. Et septem orbes planetarum qui sunt Saturni Iupiter Martis Sol venus Mercurius et luna. Et secundum hos septem planetas sunt septem orbes sive septem celi. Octavum celum est firmamentum sive celum sidereum. Et est multiforme et mobile. Et secundum quod firmamentum dicitur esse unum de celis comprehendit totum quod est a celo cristallino exclusive usque ad globum lunarem inclusive. Nonum celum est cristallinum et est super firmamentum quod ex aquis congelatis et lucidissimis admodum cristalli consistit. Quod licet sit uniforme tamen est mobile propter inferiorum operationem et virtutem in ea que sunt influere. Decimum celum est empireum. Et dicitur empireum quod est igneum non propter calorem sed propter splendorem quia valde lucidum. Et non indiget sole quia claritas illuminat illud. Et est uniforme et immobile quia non movetur sicut celi alii. Quod primum celum statim ut factum est sanctis angelis repletum est. In quo nunc christus regnat et exultat. Et gloria nunc eius et sanctorum die cum ipso. Et ad hoc celum sed cum corporibus assumentur post diem iudicii sine fine regnaturi. Et ideo dicitur proprie regnum. Illud tu debes puro affectu ac toto desiderio. Iheronimus in epistola ad Eustachium virginem scribit dicens Ex uno tiens ... sta vana te ambitio delectat

Luna
Mercurius
venus
Sol
Mars
Iupiter
Saturnus
firmamentum
Cristallinum
Empireum
Ihero.

quotiens vides in hoc mundo aliquid
gloriosum statim ad celum mente transcende
et incipe esse quod futurus es. Revera
ego estimo si sic iugiter celestia ga-
udia in mente tenes de hoc seculo quo-
dam suburbium celesti regi conferes
in quo eciam illam dulcedinem cottidie
spiritualiter prelibando degustares. Quia
cum aliquid eciam mente capimus iam non
in hoc seculo sed in celo habitamus. Cur-
re igitur o homo non passibus corporis sed affec-
tibus et desideriis, quem non solum beati
sed eciam angelorum et beatorum dominus exspec-
tat. Exspectat te deus pater tamquam
filium adoptivum. Exspectat te deus fi-
lius tamquam fratrem carissimum. Exspectat
te deus spiritus sanctus tamquam amicum gra-
tissimum. Exspectat te pater ut heredem
universorum te constituat. Filius ut te
fructum sue passionis et precium sui
preciosi sanguinis deo patri offerat.
Spiritus sanctus ut sue eterne bonitatis et
dulcedinis participem te efficiat. Ex-
pectat te illa beatissima omnium spirituum
celestium societas ut in suum collegium
te suscipiat. Cum ergo societatem super
omnia desideria quia cum magna re-
verencia illuc venies si tamen in
hac lacrimarum valle non desiderares
et non quereres. Unde sanctus Augustinus libro
ait: Quod difficilius queritur solet dulcius
inveniri. Aliquis in hoc seculo variis temp-
tacionibus infestatur tunc mente de celo
vola et cogita quod habet nil aliud
nisi eterni regni iura quia desiderato
premii minuit vim flagelli. Nam
si consideramus que et quanta sunt que
nobis promittuntur in celis vilescunt
omnia que habentur in terris. Non solum
delectabilia sed eciam lamentabilia periculo

Augustinus

reputatur quia non sunt condigne passiones
huius temporis ad preteritam culpam que dimittitur
ad presentem graciam que committitur et ad futuram
gloriam que promittitur quam tunc ad gaudio
possidebimus si hic in bono desiderio
et bonis actibus perseverabimus. Unde beatus
Bernardus super Cantica ait: O paradise o domus
desiderio super vite ubi est accio non opero-
sa, requies non desidiosa, laus divina
sine cessacione, divicie tam magna quod
non potest investigari, tam multa quod non
potest numerari, tam preciosa quod non potest estimari,
tam copiosa quod non potest terminari. Attende
et considera locum speciosum quem tibi divina
sapiencia edificavit, thesaurum copiosum
quem tibi divina potencia congregavit.
Attende quam gloriosa est civitas celestis,
mansio superna precia continens omnia et totum
quod delectat. Attende quam luminosa quam
splendida est patria illa celestis que
non indiget sole neque luna ut luceat
sed ipse deus est sol iusticie. Et a ~~cand~~
candor lucis eterne, lux civibus et lucerna.
O quam gloriosa dicta sunt de te civitas dei.
Et ideo licet tu sis hic corpore esto mente ibi
ubi est requies sine labore, vita sine
morte, iuventus sine senectute, lux sine
tenebris, pax incommutabilis. Unde Prosper
de vita contemplativa dicit: Future vite desi-
derare debemus que est vite sempiterna et
sempiterne beata, ubi est certa securitas et
secura tranquillitas, et tranquilla iocundi-
tas, felix eternitas, et eterna felicitas,
ubi est amor perfectus, timor nullus, dies
eternus, alacer motus, et unus omnium spiritus.
Sed heu invidia mali angeli expulsi nobis
invidet et quantum valet impedit ne
illuc venire possimus. Sic impeditus fuit
beatus Eusebius sancti Ieronimi discipulus
de quo beatus Cirillus tale scribit miraculum

Bern[ardus]
Prosp[er]
Cir[illus]

Adveniente itaque die migrationis venerabilis
Elizabeth febre correptus se super nudam
terram nudum poni iussit non inmemor
ingratus sui et singulos confratres fecit super
se poni sacra glosi confessoris per quas sanctis
simi cor ... sermones quod
tam loquentes cor ... et visione fruatus
circumstantibus cum eo fratribus sic iacuit
die autem qua mortuus erat tam terribiles
actus cepit agere quod circumstantes mirabili
tate preteriti in terram cadebant Nam
quinque infusis oculis manibus suis iunctis
facie terribili voce quasi dira ... sedens
clamabat non faciam non faciam Contur-
mentum propter ad terram vertens facie
... in terram quantum poterat cla-
mans adiuvate me fratres ne peream.
Quod monachi videntes lacrimantes di-
cebant quid habes pater Ad quos ille non
videtis demonum agmina qui me debel-
lare cupiunt Et illi quid te facere
volebant cum clamabas non faciam Et
ille volunt ut deum blasphemarem Et
ideo me non facere clamabam Tunc illi
Et quare faciem abscondebas in terra
Et ille ne aspectum ipsorum viderem qui
tam terribilis est quod superat omnes penas
huius mundi. Inter hec vero actus post
recitans ad sextam horam pervenit Tunc
sanctus gloriosus confessor apparuit quem
videntes demones omnes fugerunt Egre-
dius autem videns gloriosum confessorem ni-
mio splendore fulgentem pre gaudio cepit
clamare cum lacrimis dicens pater meus
confessor es Et hec verba recitans cur
me numquam pater deseris qualem mea sorte ...
pernis ecce tenebo te non dimittam Ad
hec gloriosus confessor cunctis audientibus
respondit Non te fili desero quem diligo
Iam veni ut meam sit in gaudio sine fine

Quis tamen solutus corpore gaudiis miscuit
Vernita legimus quibus adcelum
duxit discipulis suis vos estis qui per
mansistis mecum in temptationibus meis
et ego dispono vobis sicut disposuit mihi
pater meus regnum ut edatis et bibatis
super mensam meam in regno meo. Ego — Luce 22.
estimo quod corpora glorificata non indigent
cibo nec potu Et ideo vellem scire quis
est ille cibus et potus quem sancti edent
et bibent in regno celorum super mensa
Angelus Cibus et potus sanctorum deus
est nobilissima et candidissima huma-
nitas christi glorificata cum excellenti-
ssima divinitate Hunc cibum et potum
tu debes cottidie desiderare petere et
cum propheta dicere Satiabor cum apparuerit
gloria tua et inebriabor ab ubertate
domus tue et torrente voluptatis tue
potabis me Nunquid oblitus es quod sanctus
et gloriosus confessor in sermone ultimo — Ioh.
dixit Iesu panis vite sine
quo nullus potest vivere ad momentum
Tu panis es angelorum tua visione
